DECISIONVM
CVRIAE ARCHIEPISCOPALIS NEAPOLITANAE.

IN QVIBVS PRAXIS RERVM CIVILIVM, Criminalium, & Ecclesiasticarum in eadem Curia tractatarum dilucidè continetur.

PARS TERTIA.

OPVS OMNIBVS CVRIIS, PRAELATIS, OFFICIAlibus, & Iudicibus Ecclesiasticis, Causarum Patronis, cæterisque in vtroque foro versantibus vtilissimum.

Nunc Primùm in lucem editum, & multis ab hinc annis desideratum.

AVTHORE

IO: ALOYSIO RICCIO

VIRO PATRITIO, ET CANONICO NEAPOLITANO,
Ac vno ex Consultoribus eiusdem Curiæ.

ACCESSERE DVO INDICES LOCVPLETISSIMI; quorum primus Argumenta, Decisionum alter res notatu dignas facillimè demonstrat.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO REGIO.



NEAPOLI, Ex Typographia Hæredum Tarquinij Longhi. MDCXXIII.
EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE.

Imprimi potest, si videbitur perillustri, & Reuerendissimo Domino Episcopo Carinulæ Generali Vicario. Dat. Neap. 16. Septembr. 1621.

Alexander Russus Canonicus Deputatus.

Præsens Liber Decisionum nihil habet regulis Romani Indicis repugnans, Idemq; imprimi posse censeo. Dat. in Carmelo die 22. Augusti 1621.

M. Fr. Saluator Penna Carmelita Deputatus vidit.

Imprimatur

Alexander Episcopus Carinulæ Vicarius Generalis.

Illuſtriſſimo, eidemque Reuerendiſſimo Domino

D. LVCIO SANSEVERINO

S.R.E. CARDINALI AMPLISS. ARCHIEPISCOPO SALERNITANO,

DOMINO SVO OBSERVANDISSIMO.

IO. ALOYSIVS RICCIVS PATRITIVS,
& Canonicus Neapolitanus, F. P.

QVANTAM communi vniuerſæ Eccleſiæ conſenſu in Italia præſertim, & apud exteras quoq; nationes quo ampliſſimi nominis tui odor, & ſanctitatis Fama penetrauerat, diù dilatus, delatus tandem Cardinalatus tuus hilaritatem attulerit Chriſtiano Orbi (Cardinalis Ampliſſime) nouit non ſolum tuis illuſtrata cunabulis Neapolis Parens, nouit & tuæ ſingularis æſtimatrix virtutis Mundi adhuc caput & Imperatrix Imperio firmiore Roma, nouit Italia tota, nouit ingeniorum altrix Hiſpania, norunt Regiones eæ, quas Apoſtolicæ Sedis legatione functus, & luſtraueras, & illuſtraueras; Verum (quod aliquanto maius reor) adeo vitæ integritas, morum candor, doctrinæ præſtantia in te elucebat, vt ſinguli prope Chriſtiani homines incredibilem perceperint lætitiam è dignitate,

qua

qua diù dignissimus eras, accepta. Inter quos non vltimus eram ego, qui vndique occasionem aucupari tentabam, vt id singulare amoris in te mei testimonium aliquando patefecerem. cum opus hoc in lucem edere plurimorum efflagitatione compulsus, Illustrissimi nominis tui veluti clypeo obarmare volui; & ingeniũ (quo nihil maius dare possum) licet incultum tibi vni iubere militare. Accipe igitur tibi addictissimi clientis munusculum, eoq; benignissimè animo cape, quo mittitur. Viue diù Ecclesiæ columen, & Columna, viue diù, ac Vale. Neapoli xij. Kal. Decembris MDCXXII.

Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo Principi

D. LVCIO SANSEVERINO
S. R. E. CARDINALI,
ARCHIEPISCOPO SALERNIT.NO

Pro Opere eruditiſſimi Viri

IO. ALOYSII RICCII.

ODE SAPPHICA.

AD M. REV. D. PROSPERI ANTONII ZIZZAE

Sacerdotis, Academici Ocioſi Neapolitani.

ITALÆ gentis decus, atque noſtro
Additum ſeclo iubar, vt coruſca
Inclyta nobis face ſanctitatis
Aethera pandas,
Vnde ſortitus bene nomen, omen
LVCE cœleſti celebrande LVCI,
Diditq; Terris Duce quo tenebræ
Orbe recedant,
Non ſatis virtus tua prænitebat
Angulo in Mundi modico, meæq;
Proximum dulci Patriæ Salernum
Non ſatis, Heros,
Nomini tanto. tua neſcit alta
Sede ſub parua latitare Virtus,
Quærit extremos penetrare ad Indos,
Ad Garamantas.
Purpura at tandem decorata latè
Pandit alatum ſpacioſa motum,
Et Vaticana datur arce cunctis
Cernier oris.
Gaudet hinc Orbis, face qui nitenti
Ignea quondam veluti Columna,
Aſtra ſignari ſibi ad alta callem
Te duce cernit

Gau-

Gaudet & Christi speciosa dudum
Sponsa, te tandem sibi copulato
Arctius, qui sis columen, decusq;
Atq; Columna.

Sed tremit contra exitialis Hydra
Haresum, tales videt vt galerum
Sumere ornatum radiante gemmis
Clarius ostro.

Inter hos plausus, tua dum triumphat
Iussa Romano rutilare cælo
LVCE maiori patefacta sacro
Cardine Virtus

Nos quoq; incultum resonare carmen
Barbiton dulci modulo latinam
Iussimus (quando strepit inter ipsos
Anser Olores)

Sume tu nostra monumenta Musa,
Prima qua tantum canit ad triumphum;
Forsan hac olim tua grandiori
Carmine gesta

Dicet, & lato resonabit ore
Altius, qua nunc humilis profari
Voce maiori nequit: At potest vt,
Cernua plaudi.

Sume tu, RICCII pariter labores
Vnus hic sacras aperire leges
Natus, & lumen dare: lucidumq;
Pandere dogma.

Ille debebat cui consecrare
Lucidum enitens opus, aureumq;
Ni tibi, ò LVCI venerande, Lucis
Solis ad instar?

Et licet Soli dare lumen audes
Nil, mage ex ipso fluet illud; ales
Plurima at Solem nitidum salutat
Luce reducta.

Sic tibi docto, tibi sanctioris
Pastor ò vita speculo, dat hosce
RICCIVS Libros, tibi pandat hoc vt
Pignus Amoris.

L E-

LECTORI BENEVOLO.

IO. DOMINICVS BOVE Neapolitanus.

IO. Aloysij Riccij Viri Patritij, Canonici integerrimi, ac litteris maximè conspicui, Archiepiscopalis Neapolitani Fori Consultoris æquissimi, plurimorum, & huius, quod nunc tibi promo, voluminis Auctoris nunquam satis laudati Famã, nomenuè laudibus attollere, nec debeo, vt possum, nec si possem, deberem. Nam quis nisi temerarius cum ex merito celebrare se posse confideret, cuius Fama nullo innixa adminiculo, nisi virtutis suæ non in angustiæ Regni huius latebris non in paruo Italiæ Angulo constitit, sed vel ad exteras Orbis plagas penetrauit? Fatentur id, vel me tacente, perutilia eius opera, & hic apud nos edita, & Romæ, in Vrbe regnatrice, & Virtutum omnium singulari æstimatrice, & vltra montes apud Gallos, aliasq; nationes Litterarum cultrices. Quare cum superioribus annis primam Curiæ Archiepiscopalis Decisionum partem emiserim, ac secundam Praxeos Variarum Resolutionum, vt inscribitur, copiosis Indicibus, ac Repertorijs, vt aiunt, mea industria elaboratis, & quia citius, quam cœtera omnia eiusdem fontis opera, venalia exposita exhausta esse perspexi, earundem Decisionum Tertiam Partem edendam curaui ab Auctore extortam, solitisque eam Repertorijs meo Marte confictis exornaui, cum Primam, ac Secundam pariter longè castigatiorem prioribus iterum Typis tradiderim. Interim (humanissime Lector) Deum precare, vt profuturum tibi Riccium seruet incolumen, vt ex eadem Officina habeas Septimam Collectaneorum Partem, & alia non minus docta, quam vtilia Opera. Nec meus in eo labor deerit, cum tot occupationibus distentus nequeat Auctor omnia, vt vellet, recensere. Nec permittam, nisi & meo, & amicorum labore emendata, ac recensita: non tam lucro inhyans, vt alij incorrecta edentes, quam vtilitati tuę, eam æqui, bonique consulas velim. VALE.

IN

IN DECISIONUM

VT VOCANT VOLUMEN CLARISS. VIRI,

Iuriſconſulti noſtra ætate Primarij

IO: ALOYSII RICCII

PATRITII NEAPOLITANI,

Metropolitanæ Eccleſiæ Canonici Fori Archiepiſcopalis Conſultoris.

PROSPERI ANTONII ZIZZAE

Sacerdotis.

EMBLEMA.

Pingendus Erinaceus humeris poma deferens.

QVID non Ingenium, quid non Natura miniſtrat?
Nullius haud eguit iſta, vel illud ope,
Nec ſolum Formica hyemi frumenta reſeruat,
Nec ſolũ & facit, & mella tuetur Apis.
En animal validis quod ſe ſe munijt armis
Naturæ inſtinctu dicitur, atque via,
Spinarum iaculis, quibus eſt armatus, Echinus
Vectigal natis grande referre ſuis.
Voluitur ille ſolo, ſpiniſque tenacibus apta
Mala, ſuo nido, pabula grata legit.
Egregia nobis id præſtat acumine mentis
RICCIVS, & quicquid vtile, quicquid opus,
Ad ſoluenda ſacri perplexa Aenigmata iuris
Colligit, ingenijs fercula grata bonis.

INDEX ARGVMENTORVM DECISIONVM,
A
IO: DOMINICO BOVE NEAPOLITANO
Alphabetica serie dispositus.

A

B

C

Ele-

Fora

Mar-

INDEX ARGVMENTORVM
Decisionum 331. 332. 333. 334. 335. & 336. in calce additarum.

DECISIONES
CVRIAE ARCHIEPISCOP.LIS NEAPOLITANAE.

AVTHORE

IO. ALOYSIO RICCIO

Canonico, ac viro Patritio Neapolitano, vno ex Consultoribus eiusdem Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Maritus spoliatus sua vxore, ante omnia debet redintegrari.*
2 *Inter maritum, & vxorem est reciproca quædam possessio.*
3 *Vxor non potest à viro recedere absque iudicio Ecclesiæ.*
4 *Quando agitur de nullitate matrimonij, non est facienda restitutio coniugi spoliato.*
5 *Pendente lite super matrimonio regulariter non interdicitur carnale commercium, nisi adsint euidentes probationes nullitatis matrimonij.*

An dispositio text. in cap. ex transmissa de restit. spoliat. disponens, quod marito existente in possessione suæ vxoris, si fuit ea spoliatus, debet ante omnia restitui, procedat quando agitur de nullitate matrimonij.

DECISIO I.

1 PRætendebat quidam iuuenis spoliatus sua vxore dictam vxorem teneri redire ad ipsum, & obsequia maritalia illi præstare, ac ad quasi possessionem matrimonij qua ipse fuit spoliatus eum restituendum fore, & redintegrãdum, quare introducta causa in Curia Archiepiscopali; pro parte mulieris dicebatur supradicta non procedere, ex quo agebatur de nullitate matrimonij ex defectu consensus eiusdem mulieris, nam metu paterno contractum matrimonium præsupponebatur, vnde fuit dubitatum quid Iuris, & in fauorẽ mariti dicebatur ipsum iustitiam fo-
2 uere, & obtinere debere, ac pronunciandum esse iuxta suam petitionem, in qua vt spoliatus agit, vt redintegretur ad suam quasi possessionem matrimonij, siquidem fundata est intentio sua, cum de matrimonio inter ipsas partes contracto, & illius quasi possessione ex toto processu constet, neutrumq. negatur per vxorem, vnde restitutio faciẽda est cap. ex transmissa de restit. spolia. & cap. literas in fin. eod. tit. Præsumitur enim vxorem, quæ sine iudicio Ecclesiæ, sua temeritate à viro recessisse d. cap. literas vers. quod si non habeat, quod probatur in cap. accedens il secondo ante finem, vbi Abb. nu. 4. vt lit. non contest. vbi vxor est restituẽda viro, quem inconsultè dimisit, & in cap. porrò de diuort. quod procedit etiam pendente lite mota per vxorem super adulterio viri cap. 2. vt lit. pend. & in cap. ex cõquestione, vbi Cardin. 2. col. de rest. spol. quod ẽt procederet si de spolio per viam exceptionis obijceretur cap. 2. §. sed quoniam de ordin. cognit. & quod causa spolij sit prius tractanda, tradit etiam Glos. in cap. 1. in verb. restituat 2. q. 2. Imol. in cap. 2. in fin. de caus. possess. & propr. Felyn. latè in cap. exceptionem nu. 27. fallent. 7. de except. vbi dicit, quod cum agitur de periculo animarum ad vitandum adulteria, debet causa hæc

expeliri. & idem Io. Bapt. Ferret. in conf. 203. nu.
2. & seq. & cum vxor à viro sua sponte recesserit,
& côiugem spoliauerit non poterit matrimonium
accusare, Io. Andr. in d. cap. ex conquest. col. pen. in
fin. & Io. Bapt. Ferret. in d. cons. nu. 1. certum au-
tem est, quod inconsultè, idest temerè, & sine iudi-
cio Ecclesiæ à viro vxor recedens maritum spo-
liare cēsetur, & agi potest possessorio ad restitutio-
nem, Abb. in d. cap. accedens penult. col. vbi etiam
Soccin. num. 7. & idem Abb. in d. cap. literas 4. not.
de restit. spol. Ferret. d. cons. nu. 3. vers. sexto con-
firmo, & idem est si admonita nolit redire, Glos. in
d. cap. literas, Abb. & Soccin. in d. cap. accedens, &
quod in matrimonio cadat spoliatio cum hinc in
2 de fit reciproca quasi possessio mutuæ seruitutis, à
qua sine iudicio nulli licet se subtrahere, tradit Io.
de Anan. in cap. intelleximus 2. col. circa medium
de adult. per text. in d. cap. ex conquest. & in cap.
literas, & cap. ex parte de restit. spol. & hoc casu di-
cta vxor tanto clarius succumbere debet cum
prius spoliauerit, & postea egerit, Hostiens. & Bu-
tr. in d. cap. ex conquestione col. antepen. Nam eo
casu tanto magis est suspecta, vt per Io. Andr. ibi
col. penult. in fin. Ferret. in d. cons. nu. 1. Cum au-
tem hæc vxor sine iudicio Ecclesiæ, sed sua spon-
tanea voluntate, vel potius temeritate à viro reces-
serit, quod quidem iudicium legitimè interuenire
debebat, nec sat fuisset licentia Iudicis de facto tan
tum, vel nulliter data, vt per Ferret. in cons. 204.
num. 4. vers. non obstat, alia ratio non erat, vel est
etiam à viro alenda, Ferret. cons. 197. num. 1. & 2.
Curt. Iun. in cons. 328. num. 18. & seq. 3. vol. nuper
impresso, & quod vxor non possit à viro recedere
3 sine Ecclesiæ iudicio, præter supra citatos firmat
etiam Dida. Couarr. in epit. in 4. decret. 2. par. cap.
7. §. 5. nu. 8. & seq. & ex his est satisfactum intentio-
ni ipsius magnifici viri, quæ est fundata, vt possit,
& debeat obtinere secundum eius petitionem.

Verùm Domini dixerunt contrarium esse re-
soluendum, stante quod agitur de nullitate matri-
4 monij, quo casu non est facienda restitutio iuxta
tradita per Glos. in citat. cap. ex transmissa, nam
quamuis, quod lite pendente super matrimonio
non debet interdici carnale commercium cap. lau-
dabilem, vt lit. pendent. dicit tamen ibi Ant. de Bu-
tr. quod quando ex probationibus euidenter appa-
ret matrimonium esse nullum, & nil remanet nisi
5 sententia ferenda, potest interdici carnale com-
mercium propter euidentiam peccati, quod vitari
debet, quem sequitur Imola, & licet Barbat. in
cons. 9. vol. 2. conetur impugnare hanc opinionem
Antonij, & contra eum asserat esse communem
nihilominus in Curia Archiepiscopali, pluries vi-
di obseruari opinionem Antonij, ad euitandum
enim peccatum cessant omnes apices Iuris, Ar-
chidiacon. in cap. scriptum est 6. q. 3. quando verò
pendente lite super matrimonio contrahitur se-
cundum matrimonium debet mulier sequestrari,
in aliquo alio loco cap. tenor de sent. & re iudic.
Lancellot. latè de attentatis cap. 4. lim. 17. nisi ma-
trimonium esset iam consumatum, & vir esset in
quasi possessione mulieris, Put. decis. 356. de spon-
sal. Lancellot. vbi supra.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier restituitur in integrum, sed vide nu. 2.*
3 *Præsumitur contra mulierem, quando in loco, in quo ipsa residet sunt periti.*
4 *Respondetur decis. Afflict. 216.*

Mulier in causa matrimoniali, an habeat primum beneficium post publicationem, & conclusum in causa.

D E C I S I O II.

1 MVlier quædam agens in Curia Archiepisco-
pali pro causa matrimoniali, instabat admit-
ti ad beneficium restitutionis in integrum ad effe-
ctum producendi testes post publicationem obten
tam. & dicta testificata, quare fuit dubitatum
si de iure id fieri potuisset, & vnus ex Dominis al-
legauit Afflict. in decis. 216. nu. 2. qui loquitur pro-
priè in muliere, vt possit restitui, prout minor, &
Ecclesia iuxta communem sententiam, de qua per
Innoc. in cap. auditis, vbi Card. col. fin. vers. oppono
ad hoc q. 11. de restit. in integr. Cappell. Tholos. vbi
Addēt in decis. 240 Gabr. de testibus concl. 21 nu.
47. & seq. Ant. de Butr. in cons. 72. visis allegationi-
bus in fin. vbi concludit, quod mulier etiam resti-
tuatur, ex quo ratio restitutionis concedendę mili-
tat propter sexus fragilitatem, potius in ea, quam
in alijs. sequitur Menoch. de arbitr. casu 292. cent.
2. Galuan. cons. 121. num. 13. Ferret. in cons. 122.
vol. 2. & in Regno nostro esse expeditum mulieri
concedi beneficium restitutionis in integrum, te-
statur Grammat. in cons. 72. in ciuilibus per Con-
stit. Regni, quæ incipit beneficium, sub tit. de resti-
tut. in integr.
2 Cæterum fuit contrarium resolutum ex eo,
quod in ijs, quæ inducta sunt ad rigorem iuris
conseruandum, non reperitur mulieribus esse
succurrendum, secundum Bart. communiter re-
ceptum in l. 1. §. nunciatio nu. 35. ff. de nou. oper. nū-
ciat. Felyn. in cap. fraternitatis col. 5. de testib. prout
ignorantia iuris, quæ toleratur in muliere in cer-
tis casibus in iure expressis, non in omnibus, Corn.
in cons. 249. num. 19. vol. 1. Viu. in decis. 253. Gra-
tian. in decis. 219. & alij apud Cephal. in cons. 377.
vol. 2. Item dicebatur, quod in prædicta mulieris
defensione aderat maxima copia Aduocatorum,
propterea esse denegandam restitutionem, ex quo
potuit peritiores consulere, vt per Viu. loc. cit. alias
concederetur restitutio ex clausula generali, Alex.
ad Bart. in d. l. 1. §. nunciatio, & idem Alex. in cons.
14. vol. 2. Bald. in l. fin. in princ. q. 3. C. de iuris, & fa-
cti ignorantia, & in l. iuris C. qui admitti nu. 1. vbi
3 etiam subdit præsumi contra mulierem quando
sumus in loco, in quo sunt periti, per text. in cap.
statutum de rescript. lib. 6. etiam si essemus in Ca-
stro habente merum, & mixtum imperium, &
locum causarum, in quo præsumitur copia perito-
rum, cum dicatur locus insignis, iuxta Nauar. sen-
tentiam in cons. 3. de verbor. sign. de quo per Sar.
in decis. 4. eod. tit. Mascard. de probat. concl. 35. col.
fin. & tandem, quod mulier non restituatur omi-
ttens consulere peritiores, dicit Bellam. in decis. 85.

Non

4 Non obstat decis. Afflict. quia procedit de iure
Regni, & secundum stylum Ciuitat. Neapol. &
propterea non extenditur ad alias Curias, cum di-
ctum Doctoris testantis de stylo, intelligatur de
Curia, in qua versatur Gabr. de probat. conclus. 4.
nu. 2. Mascard. concl. 416. Alciat. cons. 25. & deci-
sionem Afflict. esse reprobatam, testatur idem
Gratian. loc. cit. præsertim à Cacheran. in decis. 87.
qui multum de eius opinione miratur.

Non obstat, quod etiam maior restituatur ex
clausula generali non obstante publicatione, Ho-
stiens. in cap intimauit in fin. de testib. Nouarius in
collect. decis. ad pragmat. Regni 1. de minoribus,
nam respondetur requiri, quod quis ignoret se
testes habere tempore publicationis, & vt ista
ignorantia sit causata dolo, vel malitia partis ad-
uersæ, alias secus Gabr. concl. 21. nu. 52. de testibus,
quod non fuit in casu nostro, cum mulier ista non
probauerit.

SVMMARIVM.

1 *Per adulterium à viro commissum, vxor potest petere separationem.*
2 *Adulterij delictum tollitur mutua compensatione.*
3 *Ob sæuitiam separantur coniuges.*
4 *Separatur matrimonium quo ad thorũ, etiam si vxor ob suam culpam inciderit in odium viri.*
5 *Mulier iniustè verberata potest petere ali extra domum. si percussiones sint indebitæ.*
6 *Si vir vxorem de adulterio accusat, & non probat, fit thori separatio.*
7 *Vir moderatè potest corrigere vxorem suam.*
8 *Vir debet dietim corrigere malos mores vxoris.*

Maritus excedens modum in corrigendo eius vxorem si petijt restitutionem, an teneatur cauere de excessu tantum, an autem de excessu, & correctione.

DECISIO III.

MVltæ sunt causæ, ex quibus inter coniuges
fit thori separatio, vna est adulterium com-
missum per vxoré, quo probato vir petere pote-
rit thori separationem, & eam obtinere in vim
text. in cap. ex literis de diuort. & cap. plerumque
de donat. inter vir. & vxor. & sic versa vice per
1 adulterium à viro commissum vxor petere pote-
rit separationem thori, per text. in cap. fin. de con-
uers. coniug. cap. tuæ de Procur. vbi Abb. num. 7.
Bertazz. cons. 228. nu. 4. vol. 1. & cons. 273. num. 1.
vol. 2. quod quidem adulterij delictum mutua
2 compensatione tollitur cap. fin. de adult. Abb. in
cap. discretioné de eo, qui cogn. consangu. vx. suæ
nu. 5. Item fit separatio thori quando vir vxorem
tentat de crimine pessimo, cap. omnes causationes
32. q. 7. & hanc voluit esse communem Lambert.
de iure patron. in 1. par. lib. 2. q. 9. art. 18. in fin. etiam
si vir delictum hoc cum alijs vltra commiserit,
Abb. in cap. maritis de adult. & stupr. nu. fin. Andr.
3 Sic. cons. 64. nu. 8. vol. 1. Item separantur coniuges
ad inuicem ob sæuitias viri cap. ex transmissa cap.
literas §. fin. de restit. spol. cap. 1. vt lit. non contest.
Paris. cons. 54. nu. 7. 9. & 12. vol. 4. & hæc est causa
licita, & iusta, vt voluit Riminald. Iun. cons. 174.
nu. 13. & Mantua cons. 64. nu. 19. vol. 2. ex quibus
antiquitus fiebat repudium §. meliores auth. de
nupt. vbi gladio, aut si flagellis super ea vtatur l.
consensu C. de repud. in fin. ibi si suæ vitæ veneno,
& cap. huius loco thori separatio successit, vt Cyn.
Alex. Ias. & Dec. l. 1. C. vnde vir, & vxor relati à
Mantua d. cons. 64. nu. 2. vol. 2. & separatio huius-
modi fit etiam quamuis mulier causam huic de-
derit separationi, & in tale odium licet inciderit
4 mulier propter sui culpam, text. & Glos. in cap. de
benedicto 33. q. 1. & Abb. in d. cap. literas de restit.
spoliat. nu. 23. Paris. cons. 54. vol. 4 nu. 13. si vir ver-
berat vxorem fit thori separatio, ita Paris. d. cons.
54 nu. 9 vol. 4. quia mulier iniustè verberata potest
5 petere ali extra domum, Bald. in l. 1. vers. tertio du-
bitatur C. de legat. nu. 11. licet ex causa vir vxo-
rem videatur verberibus moderatis afficere posse,
vt Paris. d. cons. 54 vol. 4. nu. 33. & nu. 60. quinimò
& eam occidere potest repertam in adulterio, ar-
gum. l. iure mariti l. quod ait lex ff. ad l. Iul. de
adult. & stupr. sed intelligitur de indebitis percus-
sionibus tantum ex mente Doctorum prædicto-
rum, item si vir capitali odio vxorem prosequa-
tur, idem Paris. d. cons. 54. vol 4. nu. 2. Abb. in cap.
si quis de diuort nu. 4. item si prouocatus excesse-
rit modum corrigendi vxorem, sed non prouoca-
tus non excusatur, Rimin. Iun. cons 174. num. 35.
vol. 2. Item minæ considerantur quando non ex
calore iracundiæ, sed ex odio nulla causa præce-
dente proferuntur, Paris. d. cons. 54. vol. 4. nu. 32.
6 Item si vir vxorem accusat de adulterio, & non
probet fit thori separatio ad instantiam mulieris,
quia adulterium est delictum capitale l. Graccus
C. ad l. Iul. de adult. & stupr. accusatio adulterij est
accusatio criminalis, ex qua oritur inimicitia capi-
talis, Blanc. in l. fin ff. de quæst. nu. 115. & per eum
ibi allegata omninò videnda.

Sed demum, quod constaret illam á viro fuisse
percussam pugno super faciem. vt ipsa asserit, er-
go ista est sæuitia? & talis, quod mereatur, vt fiat
diuortium, & separatio thori! certè nullus sani ca-
pitis hoc affirmaret, cum sciamus licere marito
de iure communi corrigere vxorem suam, & mo-
7 deratè eam percutere l. 1. C. de emend. propin.
Glos. vlt. in d. cap quemadmodum, & ibi Abb. nu.
15. & idem Abb. in cap. cum contingat nu. 20. de
for. compet. Bald. pulchrè in cons. 176. Cæcil. nu. 1.
vol. 1. vbi Surtius voluit maritum non posse com-
pelli ad cauendum de non corrigendo malos mo-
res vxoris, & si hoc expressè promitteret, non va-
leret promissio, quia esset contra bonos mores, &
daret vxori materiam delinquendi, argument.
l. si plagij ff. de verbor. obligat. Idem quod liceat
marito verberare vxorem, voluit etiam Signor.
cons. 63. Titius in princ. & Abb. in dicto cap. ex
transmissa nu. 3. & illic in addit. ad eum, & Roland.
à Vall. in d. cons 27. nu. 12. & seq. Menoch. tract.
de arbitr. iudic. lib. 2 cent. 4. casu 364. nu. 8. non po-
test igitur de iure dici maritum vsum fuisse sæuitia
in vxorem, qui semel in multis annis, vel etiam bis,
vel ter moderatè percussit vxorem, sed esse corre-
ctionem, non sæuitiam, vt Bald. ad propositum tra-

dir in d.conf.176 nu.3.ante fin. vbi not. fubiungit,
8 quod imò certè fapiens vir debet dietim malos mores corrigere, nè tranfeat in confuetu linem delinquendi,quia vix tollitur vitium,quod confuetudine radicatur, vnde principijs obfta ferò medicinâ paratur,& ex Ariftot.addit,quod vxor femper debet effe fub timore, & reuerentia viri, & quod maritus poffit vxorem moderatè caftigare, latè ponit Tiraquell. qui plures citat, & præ cæteris hoc confilium Bald. in fuis legib. connubial. in l.1.nu.22.

Ex quibus omnibus in quadam caufa mihi delegata cenfui maritum excedentem modum in corrigendo eius vxorem, fi petierit eius reftitutionem teneri fi leiubere de exceffu tantum, non autem de correctione.

SVMMARIVM.

1 *Quælibet caufa minima, iniufta, & beftialis excufat à dolo.*
2 *Caufa quælibet excufat à dolo, & à pœna.*
3 *Titulus inualidus inducit bonam fidem.*
4 *Poft tempus longiffimum, malæ fidei præfumptio allegari non poteft.*

An falfa fides Parochi afferentis alterum ex contrahentibus effe folutum excufet alium, ad ornatum text. in cap.ex tenore, qui filij fint legitimi.

DECISIO IV.

SVpponatur in facti contingentia eueniffe quendam vxoratum contraxiffe viuente eius vxore matrimonium cum fecundo in faciem Ecclefiæ adhibitis omnibus follemnitatibus à facris Canonibus, & Concilio Tridentino requifitis, habita etiam fide à prædicto Parocho, quod prædictus erat folutus, quare fuit dubitatum an prædicta fides falfa inducat bonam fidem, ita quod filij nati ex ifto matrimonio cenfeantur legitimi,& fuit refolutum affirmatiuè ex duobus.primò ex eo,quod
1 quælibet caufa,etiam minima, & iniufta, atque temeraria, fatua, feù beftialis excufat omni dubio procul à dolo ipfo præfumpto l. igitur §. poteft ff. de liberal.cauf.l.plagij la 2.ff.ad l.Flau.de plag. & l.1.§.fin.de abig.Verall.decif.108. feù 2. fcientia nu.3. in 3 par. Bertrand.conf.418. vidi proceffum in fin.vol.4.& conf.146.quælibet caufa nu.1.vol.6. Berou.conf.187. in præfenti caufa nu 15. & feq. & conf.feq.nu.10.& 11.vol.3.& conf.151.ad fauorem nu.8. vol.1. vbi hoc vtiliter limitat Glof. communiter approbata in d.l.1.in fin.ff de abig.Marc.Anton.Eug. conf.60. nu.4.& feq.lib.1. Dec.conf.60. nu.16.conf.78 nu 28. conf.96. nu.17. & conf.104. nu.9.vol.1.Caffador.decif.19.item voluerunt nu.4. fuper Regul.Cancell.& decif.2. fub nu.5. de penfionibus,Surd.conf.86.leuis nu.22. Ant.Ciof conf. 118.cum refpondendi num.13. volum.1. Alexan conf.126. num. 14. volum. 3. vbi indicat iftam effe in iure Scribentium communem fententiam,
2 Surd. conf.103. duplici nu.4. & caufa ipfa excufat eum demum à dolo, & à pœna, fi appareat eum ex tali caufa motum,idem Beccius in allegato cō. 78. nu.29. & ita iudicauit non femel tantum Sacra Regia Audientia Barenfis in anno 1589 & feq in varijs, diuerfifq. caufis, in ea tunc decifis, per Viuium in decif.80.

3 Secundò, quia illa falfa fides præftat iuftam caufam,cum titulus inualidus inducat bonam fidem, vt tenuit Rota in decif. 68. Verall par.1. cuius tenor eft Bonæ fidei poffeffor eft Matthæus, qui habet donationem etiam defectiuam à Rege,cui prohibitum erat bona donare, Bald.in l.1.col pen.verfic.item quæritur C. de furt. quem fequitur Alex. in d.l.1.ad Bart.in l Celfus col.3. in verb.alio ff. de vfucap.& ibi Balb. in repet.in §. expedita num.19. verf. fed idem quamuis concurrat error iuris, vt per Bald in allegata repetit. l.Celfus §. expedita in fin. verf. item fecundum Chaffan. fuper confuet.Burgund.in tit.des cenfes §.2.in princ.num.9.
4 dicens, quod poft tempus longiffimum malæ fidei præfumptio allegari non poteft, præterea titulus inualidus præftat bonam fidem,etiam fi non interuenerit iufta caufa credendi illum inualidum, Balb.in d.l Celfus notab.3 & quia Religio non allegabat iuftam caufam contra Matthæum,ad hoc, vt non effet hæres, Paul.de Caftr. in l. fi debitores nu.2.ff.de petit.hæred. & ita fuit tentum die 5. Iunij 1551. in vna Maioricenfi pecuniaria, coram D.Veftano, prout in eius libro fol.90.

SVMMARIVM.

1 *Propter adulterium fit feparatio matrimonij.*
2 *Grauius eft adulterium vxoris, quam viri.*
3 *Per adulterium à viro commiffum, vxor poteft petere feparationem.*
4 *Adulterium tollitur mutua compenfatione.*
5 *Quando ambo coniuges fuerunt adulterati, non feparatur matrimonium propter adulterium.*
6 *Separato matrimonio, vir tenetur reftituere dotem vxori, & donationem propter nuptias.*

Textus in cap.ex literis de diuort. difponens feparari matrimonium propter adulterium, an procedat tàm in adulterio vxoris, quàm viri.

DECISIO V.

INftabat quidam iuuenis in Curia Archiepifcopali, vt fibi reftitueretur vxor propria, & cum pro parte eiufdem vxoris allegaretur adulterium
1 commiffum à viro, & proinde faciendam effe feparationem dicti matrimonij, ex difpofitione text. in cap. ex literis de diuortijs, & cum pro parte eiufdem viri dicebatur prædictum textum, loqui de adulterio ex parte vxoris tantum, non autem à viro, & ex parte eiufdem viri allegabatur Caiet. in eius fumm. in verb.diuortium in princ.vbi propter vxoris adulterium, non autem viri fit feparatio,& ratio eft fecundum Armill.fimiliter in fum-
2 ma verb.adulterium, quia grauius eft adulterium vxoris, quam viri, vnde fecundum Clarum in §. adulte-

adulterium maiora mala, & magis praeiudicialia ex vxoris, quam ex viri adulterio filijs afferuntur.

Verùm Domini contrarium resoluerunt admittendo separationem thori propter adulterium viri, nam licet inter caeteras causas, ex quibus fit thori separatio, vna sit adulterium commissum per vxorem, quo probato vir petere poterit thori separationem, & eam obtinere in vim text. d.cap. ex literis de diuortijs, & cap. plerisque de donationibus inter virum, & vxorem, vt supra dixi, nihilominus versa vice per adulterium à viro commis-
3 sum, vxor petere poterit separationem thori, per text. in cap. fin. de conuersat. coniugat. cap. tuae de procurat. vbi Abbas nu. 7. Bertazz. conf. 228. nu. 4. vol. 1. & conf. 273. nu. 1. vol. 2. quod quidem adul-
4 terij delictum mutua compensatione tollitur cap. fin. de adulter. Abbas in cap. discretionem, de eo, qui cog. consang. vxor. suae nu. 5. & huius articuli probatio corroboratur etiam ex infra dicendis, primò per text. in cap. intelleximus de adulterijs, vbi coniux coniugem impetere non potest, si, & ipse adulterium commisisse conuincatur. Secundò per text. in cap. tua fraternitas eod. tit. de adulterijs, vbi non debet separari matrimonium quoad thorum propter adulterium, quando ambo
5 coniuges fuerunt adulterati, tandem faciebat ad hoc, quod voluit Archidiacon. in cap. quicquid 32. quaest. 3. vbi saeuitia mariti in tenendo concubinam cum vxore in domo, vel extra, ex ea causa
6 peti potest separatio thori ab vxore, & tenebitur vir dotem restituere, & donationem propter nuptias, ac maritus hoc facinus committens erit infamis, vt pulchrè per Dec. conf. 330. num. 4. vbi consuluit tanquam turpem personam instituti non posse, & iure merito nihil hoc peius, & indecentius, ac Reipublicae christianae perniciosius.

SVMMARIVM.

1 *Per instrumentum dotationis, & erectionis probatur ius patronatus.*
2 *Ex insignijs patroni descriptis in pariete, probatur ius patronatus.*
3 *Per libros visitationum probatur ius patronatus.*
4 *Verba enunciatiua aequipollent famae.*
5 *Bulla Apostolica, in qua asseritur beneficium esse de iure patronatus, probat dictum ius, nam praesumitur interuenisse consensum patronorum, maximè cùm adest clausula, dummodo accedat consensus patronorum.*
6 *Ad inducendam quasi possessionem iuris patronatus sufficiunt duae praesentationes effectum sortitae.*

Ius patronatus, ex quibus censeatur probatum.

DECISIO VI.

IN Curia Archiepisc. in causa probationis iuris patronatus fuit de duobus dubitatũ. Primò, quae nam requirantur ad probandum ius patronatus; secundò, quae sint necessaria ad inducendam quasi possessionem praesentandi; ad primũ cum in dicta causa fuerint adducta nonnulla dictũ ius patronatus probantia, de quibus infra, quae vetustissimum
1 instrumentum dotationis, & erectionis Ecclesiae dicti iuris patronatus, & reseruationis eiusdem, per quod instrumentum facillimè probari ius patronatus Domini tenuerunt, moti ex decis. Rotae 5. nu. 1. de iure patron in antiq. voluit etiam Staphileus de literis gratiae in rubric. de iurisp itronatus praerogat. nu. 5. sequitur, & Lambert. 1. part. 1. lib. art. 4. 2. quaest. principali, & post alios Paris. de confidentia beneficiali q. 38. num. 31. Secundo descri-
2 ptionem, quae extat in pariete cappellae, cum insignijs patroni; nemo est, quin dubitet dictam Ecclesiam fuisse constructam, & dotatam ab eodem patrono probatum, Bellamer. decis. 70. nu. 3. & notabiliter Imol. conf. 60. & Bald. conf. 300. lib. 5. & Glos. in cap cum causam de probat. & probat tex. in cap. sanè 24. q. 2. & probari ex praedictis ius patronatus, concludit Mar. Anton. variar. resolut. lib. 1. resol. 26. num. 6. necnon ex libris visitationis, quando fit particula tale beneficium esse ius patronatus alicuius familiae, probatur ius patronatus, cũ
3 libri visitationis probent in eius contenta, vt tenet Paulinus in tract. de visitat. q. 4. num. 24. & 34. & eo magis quando in his supra dictis instrumentis sunt verba enunciatiua, quia nulli dubium est, quod probent ius patronatus, ex traditis per Doctores, & Glos. in cap. cum olim de censibus in vers. instrumentis, Caualcan. decis. 17. nu. 2. & 35. par. 2. & Mascard. concl 612. nu 5. vol. 1. quia talia verba
4 aequipollent famae, iuxta decis. Caputaqu. 499. & 337. par. 3. & fuit iudicatum in vna Aretin. Cappell. 27. Iunij 1590. coram Domino Comitulo, & fortius, cum in libris visitationis sint prolata verba à personis non habentibus interesse, ita Aretin. in cap. cum causam col. . de probat. & ibi Felyn. nu. 4. Achill. decis. 5. de iure patron. & fuit dictum in vna Nouarien. beneficij 5. Nouembris 1586. coram Domino Pamphilio, quas decisiones recenset, & sequitur Praxis nostrae Curiae Archiepiscopalis cap. 100. nu. 11. & 12. Bulla etiam prouisionis
5 Apostolicae, in qua asseritur beneficium aliquod esse iuris patronatus laicorum, ex qua assertione probatum patronatum liquet ex decis. Lancellot. in vna Neapol. Rector. 29. Ianuarij 1571. namque praesumitur intercessisse consensum patronorum, vt docet Dec. conf. 126. propè finem, & fuisse resolutum per Rotam, demonstrat Puteus in vna Mediolanens. beneficij die 7. Iunij 1589. quod eo magis videtur procedere, quando in dictis literis Apostolicis adsunt verba illa, (dummodò accedat patronorum assensus) quandoquidem dictio illa, dummodò, siuè sonet in modum, siuè in conditionem debuit per impetrantem adimpleri, & antè implementum non consequitur effectum gratia, Ancharan. conf. 169. nu. 1. & Dec. conf. 661. nu. 12. & per testes testantes, Cappellam fuisse aedificatam, dictumq. beneficium esse iuris patronatus alicuius familiae, quae attestationes sic reproductae, dicuntur publica acta, publicumq. documentum, ita quod censeatur satisfactum Concil. Trident. requirenti authenticas scripturas, respondet Menoch. conf. 336. num. 237. vbi vltra, quod praedicti testes probent etiam famam iuncta centenaria, qua dicetur verificari dictum beneficium esse iuris patronatus alicuius familiae, ita quod dicitur plenè

probatum prædictum ius patronatus, tùm attenta iuris communis dispositione, Cassad. & Puteus decis. 140. in fin primi libri, tùm etiam ex dispositione Sac. Concil. Trident ex Rota, quæ sæpiùs ita iudicauit iuuata quasi possessione, prout in vna Tirasonen. coram D. Penia Mercurij 5. Maij 1593. & coram D. Litta in eadem Tirasonen. iuris præsentandi Lunæ 24. Ianuarij 1594. hæc & alia cum in dicta causa fuerunt adducta. Iudicauimus esse sufficientia ad probandum ius patronatus esse ipsius familiæ, quæ ad ipsam spectare dicebat.

Ad secundum fuit dictum, quod ad inducen-
6 dam quasi possessionem iuris præsentandi sufficiunt duæ præsentationes effectum sortitæ, iuxta textum in cap. consultationibus de iure patronat. cap. querelam de electione, & ibi glos. Rocch. de Curte verb. competens nu. 39. & nouissimè ex declaratione Sacræ Congregationis super text. Concil. Trident. cap. 9 de reform. sess. 25. vbi habetur patronum non esse repellendum à sua quasi possessione præsentandi, si post Concilium causa cognita fuit admissus, etiam si contingerit dubitari de iure patronat. vt voluit Innocent in rubr. de iure patronat. Rocch. de Curte verb. ipse, & is num. 17. & ex his probauimus quasi possessionem præsentandi esse inductam in beneficio iuris patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Assensus in donatione iuris patronatus est voluntariæ iurisdictionis, & potest expediri extra Diœcesim.*

2 *Episcopus extra Diœcesim potest exercere actus voluntariæ iurisdictionis, secus si actus sint iurisdictionis contentiosæ.*

3 *Vicarius Episcopi etiam potest facere ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis extra Diœcesim.*

4 *Vicarius est Ordinarius.*

5 *Conferre beneficia est actus iurisdictionis voluntariæ.*

6 *Episcopus non potest conferre beneficia in Curia Romana.*

7 *Episcopus potest in alieno territorio causas delegare.*

8 *Episcopus extra Prouinciam habetur pro priuato, in concernentibus iurisdictionem contentiosam.*

9 *Concessio literarum dimissorialium est voluntariæ iurisdictionis.*

An assensus Episcopi in donatione iuris patronatus præstitum extra suam Diœcesim valeat.

DECISIO VII.

IN quadam donatione iuris patronatus cuiusdã donatoris interuenit consensus Episcopi, quod de iure requiritur, sed fuit præstitus extra suam Diœcesim, fuit igitur dubitatum in nostra Curia cum de dicta causa tractaretur, an assensus Episcopi interuentus in dicti iuris patronatus donatione, sed extra Diœcesim propriam præstitus inualidet dictam donationem, & fuit communi voto resolutum dictam donationem esse validam, ex eo,
1 quia assensus in donatione iuris patronatus est voluntariæ iurisdictionis, & ideò potest expediri per Episcopum non sedentem pro tribunali, absque strepitu iudiciali, & causæ cognitione, & parte non opponente, quæ omnia denotant voluntariam iurisdictionem, & faciunt differre à contentiosa, vt per Syluest. & alios in Summa in verb. iurisdictio l emancipati, vbi Doctores de adopt. & quod concedere talem assensum connumeretur inter ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, vide Felyn. in cap. ex parte col. 3. in fin. vers non obstat, quod ea, de Const. post Domin. in cap fin. de offic. Vicarij in sexto, vnde Episcopus poterit concedere, & præstare dictum assensum extra suam Diœcesim, cum ea, quæ sint voluntariæ iurisdictionis pos-
2 sint per Episcopum exerceri in alieno territorio, & in quolibet loco, præsertim in actu, qui est singularis aliquibus cap. nouit, & ibi Abbas nu. 3. de offic. legat. l. 2. ff. de offic. Procõsulis, Vital in. in clement vnica in princ. nu. 27. & ibi Cardin. de foro compet. Geminian. in cap. si Abbatem nu. 3. in fin. de elect. in sexto, secus verò si contentiosè vellet procedere, quia tunc non posset, Bald. in l. si ex consensu nu. 10. C. de Episcop. Audient. Abbas in d. cap. nouit nu 3. in fin. Imò non solum Episco-
3 pus, sed etiam eius Vicarius poterit facere ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis extra territorium, Geminian. in cap. vlt. in fin. de offic. Vicarij in sexto, vbi exemplificat de Vicario habente speciale
4 mandatum ad conferenda beneficia, qui poterit illa conferre extra suam Diœcesim, sicut posset Episcopus, tùm quia est Ordinarius cap. penult. de of-
5 fic. Vicar in sexto, tùm quia conferre est voluntariæ iurisdictionis, ergò extra territorium poterit fieri l. 2. ff. de offic. Proconsulis, quam legem ita esse intelligendam dicit Geminian. in d. cap. vlt. in fin quæ autem dicta sunt de collatione beneficiorum extra Diœcesim, intellige procedere præter-
6 quam in Curia præsente Papa, & hoc de stylo, licet secus sit de iure, Gomes. de non iudic. iuxt. form. supplicat. q. 3. Aeneas de Falcon. de reseruat. q. 4. in princ. q. 10. Paul. in pract. Cancellar. q. 82. &
7 eo magis, quia Episcopus in alieno territorio potest causas delegare, Vital. in d. clem. vnic. in princ. nu. 24. vers. item in delegatione, & ibi Cardin. nu. 1. Archidiacon. in d. cap. si Abbatem de electione in sexto, glos. in fin. in d. cap. nouit, vbi Abbas nu. 3. & Innocent. nu. 2 de offic. legat. Bart. & Bald. in l. fin ff. de offic. Præfecti Vrbis, vnde & dictum assensum præstare, & concedere poterit, cum huiusmodi concessio sit quasi delegatio propriæ iurisdictionis, & in specie, quod sit delegatio, dicit Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 5. nu. 1. & quod Episcopus quemadmodum potest delegare causam, ita & præstationem assensus tanquam à pari procedant, dicit Cardin. in d. clement. vnica nu. 56. colum. 4. vers. sexto quæro de for. compet.

8 Nec videtur obstare, quod Episcopus egrediens Prouinciam suam habeatur pro priuato l. 3. de offic. Præsid. Gemin in cap. si Abbatem num. 4. de elect. in sextò, & ideò prohibetur iurisdictionem exercere extra suam Diœcesim cap. Episcopum 9. q. 2. cap. 2. de consit. in sexto, l. fin. de iurisdict. omn.

omn. iudic. quia respondetur præ dicta procedere in iurisdictione contentiosa, secus in voluntaria, Abbas in d. cap. nouit num. 3. in fin. de offic. legat. Bald. in l. si ex consensu nu. 10. C. de Episcop Audient. & pro huius articuli comprobatione nouissime insurgunt ea, quæ dicit Grat. decis. 98. in qua
9 fuit dictum, quod concessio literarum dimissoriarum est voluntariæ iurisdictionis, & ideò possunt expediri dictæ literæ absque causæ cognitione, sine strepitu iudiciali, & parte non opponente, ad latè tradita per Domin. in d. cap. fin. de offic. Vicar. in sexto.

SVMMARIVM.

1 *Quæsitum resoluitur negatiuè.*
2 *Omnia nostra facimus, in quibus nostram impartimur authoritatem.*
3 *Actus pendet à mandante, & non ab exequente.*

Fideiussio laici de clerico à Magistro Actorum Magnæ Curiæ Vicariæ recepta, auctoritate, & licentia Curiæ Archiepiscopalis, an incusari possit in casu contrauentionis absque licentia dictæ Curiæ Archiepiscopalis.

DECISIO VIII.

QVando Clerici liberantur, siuè habilitantur per nostram Curiam Archiepiscopalem, solent præstare fideiussionem de se præsentando, & quia Magister Actorum Curiæ Archiepiscopalis recusat aliquando recipere fideiussiones, solet Curia nostra impartire licentiam Magistro Actorum laico dictæ Magnæ Curiæ recipiendi fideiussores, & cum interdum solent côtrauenire, proinde dicti Mag stri Actorum incusant fideiussionem absque licentia nostræ Curiæ, qua-
1 re fuit dubitatum, an de iure fieri possit, & fuit decisum negatiuè, ex eo, quod auctoritate nostra recipitur cautio, siuè fideiussio, propterea nostra
2 debet impartiri auctoritas, omnia enim meritò nostra facimus, in quibus nostram impartimur auctoritatem, Gl. f. in cap. cum venissent 18 de testibus, & in cap. 1. de transactionibus, Abb. in cap. 1. in princ. vers. & aduerte de præsumptionibus, text. in cap. vt famæ 35. de sentent. excommunicat. ibi cum non hoc ipsi, sed illi, quorum auctoritate id faciunt facere videatur l. ita autem 5. §. quod si quis ibi gessisse enim videtur, & qui per alium gessit ff. de administr. tutor. Bellamer. conf. 38. nu. 10.
3 Nam actus pendet à mandante, & comm ttente, non ab exequente l. item eorum 9. §i Decuriones ff. quod cuiusq. vniuers. nomin. l. apertissimi, vbi glos. vlt. C. de iudicijs. capitul. literis, vbi Abb. de rescript. cap. cum aliquibus eod. tit. lib. 6. l. pater ex Prouincia ff. de manum. vin l. l. vnum ex familia §. si de falcidia ff. de legat. 2. ibi. a si nominatim ei, qui postea electus, & si primo testamento fideicommissum relictum fuisse, Marc. Anton. Eugen. conf. 50. nu. 51. & seq. & quemadmodum si fecisset Pontifex, cuius auctoritas supremi erat, & ab omni regula excepta, vt per Bald conf. 324. vol. 1. & Albert Brun. conf. 1. n. 143 tradit Gabriel conf. 83 nu 66 Berous conf. 88. nu. 17 lib. 1. Capic. decis. 16. nu 6 Riu lens respons. 17. priori parte nu. 12. Mart. Vranius conf. 12. nu. 3. tom. 1. Eugen. conf. 4. num. 41.

SVMMARIVM.

1 *Magni Principes æquiparantur Regibus.*
2 *Principes Achaiæ, Salerni, & Tarenti, sunt magni Principes, item Marchio Montisferrati.*
3 *Marchiones, & Duces æquiparantur Imperatori in suis Marchionatibus.*
4 *Clement de Baptism locum habet in Principibus, qui subsunt Imperatoribus, & Regibus.*
5 *Rex inuestiens vasallum de mero, & mixto imperio, cum regalibus, priuat se iurisdictione, & emolumentis.*
6 *Viri opulenti non veniunt appellatione magnorum Principum.*
7 *Titulati sunt magni Domini.*
8 *Magnates sunt nobiles in aliquo Potentatu, seù Baronia existentes.*
9 *Titulati Regni Neapolitani sunt magni Principes, nam habent titulos à Rege, qui est Monarcha, & veluti Imperator in Regno.*
10 *Recognitio inuestientis, non tollit dignitatem.*

Quid intelligatur in Concilio Tridentino, nomine magnorum Principum, cum quibus solis est dispensandum in secundo consanguinitatis gradu.

DECISIO IX.

IN quadam causa mihi delegata à quodam Reuerendissimo Antistite fuit coram me dubitatum, quid intelligatur nomine magnorum Principum, ad effectum, vt cum eis solum fit dispensandum in secundo consanguinitatis gradu, à Papa, an veniant Barones, & Titulati huius Regni Neapolis, vt ex Con il Trident. sess. 24. cap. 5. & prima facie videbatur dicendum, quod non, ex quo verba diriguntur ad magnos Principes, qui secundum Bald. in conf. 123. vol. 1. intelligendi sunt
1 de maioribus Principibus, qui Regibus æquiparantur, secundum Rodulph. in tract. de origin. Ducum Italiæ nu. 295. & argumento eius, quod dixit Vit lin nu. 43. in clement. vnica de baptismo, dixit verba illa intelligenda esse de magnis Dominis, subdens, quod non comprehenditur Dux Venetiæ, & Ianuens. sed Duces regales, puta Dux Sabaudiæ, & Flandriæ, & similes, adeò quod secundum Paset. in consil. 2 sub dicta dispositione non continetur Marchio Montisferrati, licet benè Marchio Brandeburgensis, sequitur Alciat. in tract. de singul. certam. cap. 32. nu. 5.

Cæterùm supradictis minimè suffragantibus contrarium censui, motus ex dictis Abb. Panorm. in d. clement. vnica de baptism. nu. 6. vbi voluit à dicta dispositione non esse excludendos Duces, Mar-

Marchiones, & Comites, qui iure meritò possunt
2 Principibus æquiparari, & istos explicat in Princi-
pe Achaiæ, Salerni, & Tarenti, qui Principes fue-
runt Neapolis, igitur dicta dispositio comprehen-
dit quoque Titulatos huius Regni, quod euiden-
ter probatur, etiam quia ipsi Titulati tanquam
perpetui inuestiti censendi sunt supremi Princi-
pes in eorum titulis, & omnia possunt, quæ potest
Imperator in toto Orbe, Curt.Sen. cons.49. nu.5.
& in specie de Marchione Montisferrati loquitur
Natt. in cons.487. nu.9. Lederch. in cons.71.nu.1.
vol.1. Bellon.in cons.51.nu.3. & in cons.59. nu.10.
Bert. in cons.56 nu.61. vbi loquitur non solum de
Marchione Montisferrati, sed de alijs, de quibus
mentionem facit Roland.in cons.29. nu 30. vol.1.
Menoch. cons.31. nu.13. vol.1. & propterea Chas-
san. in cathal. glor. mundi in 5 par. consid.47. vo-
3 luit, quod Marchiones, & Duces æquiparantur
Imperatori in suo Marchionatu vnde quoad ipsos
verificatur dictum glos. Abb. Anchar. & Bonifac.
dùm affirmant text. in d.clem.1 de baptism. faciē-
tem mentionem de Principibus, comprehendere
4 etiam eos, qui Imperatoribus, & Regibus subsunt,
quales fuerunt isti Principes nostri, qui cum sint inue-
stiti de mero mixtoq. imperio, habent omnia, quę
ad iurisdictionem pertinent priuatiuè ad Regem,
vt notatur in cap imperialem de prohib feud. alie-
nat. per Federic. latè de Pont. de laudemio q. 24.
5 Thesaur. decis. 150. hinc est, quod Rex inuestiens
vasallum de mero, & mixto imperio, cum Regali-
bus priuat se iurisdictione, & emolumentis, Cra-
uett. cons. 218. Brun cons. 71. in fin. Bellamer. cons.
15. col. pen. Paris. cons. 1 volum. 2. Rubeus cons. 77.
Curt. Iun. cons. 2 nu. 4. Rolând. cons. 42. & 48 lib.
2. Afflict. decis. 272 Guid. Pap. decis. 241. Boer de-
cis. 264. Gramm decis 30 & Thesaur. decis. 131. &
quamobrem Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 3.
nu. 6. in comment. lit. X. adeò ampliat supradictam
opinionem, vt dicat praxim interpretari in Tri-
dentino nomine Principum, intelligi principales
personas, & num. 9. ait, intellige viros opulentos,
quod ex larga significatione hi Principes appellen-
tur, ex multis probant Tiraquell. de nobilitate
cap. 3. nu 3. & 6. & l. si vnquam vers. facultatem
à nu. 1. C. de reuoc. donat. Molina lib 1. de primo-
6 gen. cap. 2 num. 25. Sed hæc interpretatio non pla-
cet, quia Tridentinum non dicit absolutè Princi-
pes, sed magnos Principes, at viros opulentos, ne-
mo magnos Principes iure vocauit, & adde men-
tem Tridentini fuisse, vt rarissimè essent hæ di-
spensationes, quæ defraudantur, intelligendo viros
opulentos, cum frequentissimè mercatores diui-
tijs abundent.
7 Quarè concludendo existimaui eum Sanch. de
matrimon. lib. 8. disput. 19. nu. 2. in fin. intelligi in
eo decreto Dominos solos Titulatos, qui merito
magni Domini appellari possunt, cui expositioni
maximè fauet in simili Bald. cap. innotuit nu. pe-
nult. de elect. vbi in priuilegio concesso alicui le-
8 gitimandi omnes, præter natos de genere magna-
tum erit, nomine magnatum comprehendi nobi-
les, qui sunt in aliquo Potentatu, seù Baronia.

Nec obstat, quod Principes Regni Neapolis ha-
bent potestatem valdè limitatam, vt ait Brun con-
sil. 45. sub num. 21. ex quo secundum eundem di-
cuntur Principes, Duces, Marchiones, & Comites
abusiuè allegat Afflict. in cap. 1. nu. 6. quis dicatur
Dux, Calcan. in tract. de Equestri dignitate nu. 115.
Pacian. lib 2. de probat. cap 34. nu. 11. & secundum
Rodulph. loc. cit. num. 185. supradictos Principes
Neapol. solo nomine esse Principes, nam respon-
detur supradictos nihil boni dicere, nam secun-
dum Minad. in Constit. Regni in aliquibus nu. 17.
9 de success. Comitum, habetur quod non minus
realiter possunt dici Duces, vel Principes ij, qui in-
uestiti sunt in Regno Neapolis, in quo Rex est Mo-
narcha, quam ij, qui ab Imperatoribus alibi con-
10 stituti sunt, nam recognitio inuestientis non tollit
effectum dignitatis, nec secundum ipsum habere
regalia est de proprietate Ducum, vel Comitum.

SVMMARIVM.

1 *Ex actu baptizandi non infertur cura.*
2 *Ex consuetudine introduci potest, vt filij Parochia-
norum vnius Parochiæ baptizentur in alia.*
3 *Sepultura, & actus sepeliendi non concludit Eccle-
siam esse Parochialem.*
4 *Quælibet Ecclesia, seù Cappella non Parochialis, po-
test ex consuetudine, vel priuilegio habere ius se-
peliendi.*
5 *Quamuis Ecclesia non percipiat decimas, vel primi-
tias, vel quod in illa diebus festis fideles non au-
diant missam, non ob id concluditur, quod Ecclesia
non sit Parochialis.*
6 *Sepultura, & decimarum exactio multum conferunt
ad probandum Ecclesiam Parochialem, quamuis
id non concludant necessario.*

In generali concessione administrandi Sacramenta, an veniat facultas baptizandi.

DECISIO X.

FVit resolutum affirmatiuè, ex quo potestas
baptizandi versatur extra actus parochiales,
vnde quamuis deficeret fons baptismalis, non
propterea desineret esse Parochialis Ecclesia, quia
1 ex actu baptizandi non infertur cura, cum baptis-
ma, etiam à laico, & muliere exerceri possit, cap.
ad limina 30. q. 1. cap. verum 32. distinct. & hic nō
spectat ad curam pœnitentialem, nec iudicialem,
cuius quidem laicus, & mulier incapax est, cap. om
nis cap. noua quædam de pœnit. & remiss. cap. dile-
cta de maiorit. & obedient. & ita concludit Car-
din. in clem. 1. de baptismo q 4. nu. 7. vbi etiam di-
2 cit, quod ex consuetudine, vel concessione intro-
duci potest, vt filij Parochianorum vnius Parochiæ
baptizētur in alia, & hoc non est res essentialis fons
baptismalis, vt aliquis Ecclesia dicatur Parochialis,
3 sicut idem est dicendum quoad sepulturam, &
actum sepeliendi, quia non arguit, seù concludit
Ecclesiam Parochialem, & Curatam, nam quam-
uis concessa ædificatione Ecclesiæ, vel Cappellæ,
non sit concessum ius sepeliendi, vel funerandi,
Hostiens. in Summa de sepult. §. 2. & 3. Vitalin. in
clem. dudum §. huiusmodi nu. 10. eod. tit. post alios

quos

quos allegat, tamen qualibet Ecclesia, siuè Cappella, quæ parochialis non sit, & curam non habeat,
4 potest habere ex consuetudine, vel concessione Episcopi cœmeterium, siuè ius funerandi, vt in eo fidelium cadauera sepeliantur, Federic. consil. 135.num.2.Staphil. us de qualitate, & statu beneficiorum §.circa secundam qualitatem num.4. Gomez.q.11.nu.8. Mascard.de probationib. conclus. 469.num.10. quemadmodum etiam non sequitur
5 ista Ecclesia non percipit dec mas, nec primitias, vel in illa diebus festiuis christi fideles missam non audiunt, vel alia Sacramenta, excepto pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta non percipiunt, nec præstant, ergò non est Ecclesia Parochialis; nec per contrarium ista iura habet talis Ecclesia, ergo necessariò sequitur, quod sit Parochialis Ecclesia. Nam quamuis ista sint iura, & quædam signa Ecclesiæ Parochialis, ac præsumptionem non leuem inducant, vt docuit Roman.consi.356.num.3. & 4. Rebuff.in tract.nominat.q.16.nu.8. Cacheran.decis.Pedemontan.99. nu.2. Guttier.allegat.8. nu.9. non tamen necessariò ex illis infertur ad curam Parochialem, cum possint adesse, & abesse ex aliquo accidenti, Butr. in cap.quia nonnulli num.10. de clericis non residentibus, post Hostiens. Io.Andr.& Cardin. ibidem; negari tamen non potest, vt
6 dixi, quod quamuis fons baptismalis, & sepultura, ac decimarum exactio, non concludant præcise ad Ecclesiam Parochialem, tamen multum conferunt ad comprobandum esse Parochialem, quia licet non sint essentialia, sunt tamen ordinaria, & ferè naturalia ex supradictis.

SVMMARIVM.

1 *Ad iustitiā cambij per literas, necessariò debet interuenire diuersitas locorum, & distantia.*
2 *Cambium ex nundinis ad nundinas eiusdem loci, est illicitum.*
3 *Campsor prohibetur aliquid lucrari, etiam si det, vel recipiat intrà idem Regnum.*
4 *Prohibitum est tàm naturalibus, quàm exteris dare pecuniam ad cambium cum incremento ab vno loco Regni ad alium.*

An cābium in nundinis Augusti ad nundinas Maij eiusdem loci sit licitum, cum incremento.

DECISIO XI.

FVit resolutum communi Dominorum voto in quadam Curia Archiepiscopali, cambium in nundinis Augusti ad nundinas Maij eiusdem loci, cum incremento esse illicitum, & consequenter incrementum licitè percipi minimè posse, ex eo,
1 quia, vt omnes sciunt ad iustitiam cambij per literas necessariò debet interuenire diuersitas locorū, iuxta doctrinam Martini Nauarr. in suo manuali cap.17. sub num. 289. locaq. debent esse distantia, vt post alios firmat Sot. de iustit. & iur. lib. 7. cap.13.art.5. vnde meritò vsurarius appellatur iste contractus, Rebell.de obligat.part.2. lib. 11.q. 14. nu.1. Valent.dicens esse certum inter oēs catholicos 2.2.disput.5.q.23. punct.4. conclus.1. Vega in Summ.& Epitom in verb.cambium cas.46.& 49. & Enriq. in libell. monit. ad confess. part. 2. post
2 medium, & hinc euenit, vt cambium in nundinis ad nundinas eiusdem loci esse illicitum, affirmat Salas in tit.de cambijs dub.16. post Lopez in eiusdem nominis tractatu lib.2. cap.10. vers.quantum verò ad primam, & cap.1. vers. & tertio dicimus.
3 Immò Campsor prohibetur aliquid lucrari, etiam si det, & recipiat intra idem Regnum, vt habetur per Sotum de iustit.& iur.q 10.art. 1.& q.13.art.1. quem sequitur Roderic. de annuis redditibus q.5. num.17. citans Mercatum de contractibus cap. 7. fol.178.vers.ad lunas veces, Thom.de Vic.in tract. de camb.cap.1. nu.7. Lopez lib.2. instruct negot. cap. 12. & putat Roderic. tale cambium esse siccum, & vsurarium, & eandem sententiam probat Palac. & Didac. Ag. star vterque super Caiet. in verb.cambium, vnde in Regno Castellæ Hispaniæ
4 vigore legis 8. lib.5. tit. 18 nouæ collect. prohibitum est tam naturalibus, quàm exteris dare pecuniam ad cambium, cum quocumque incremento, vel interesse ab vno loco eiusdem Regni ad alium, etiam vbi fuerint nundinæ, sub pœna amissionis totius pecuniæ, quæ ita data sit accipienti illam ad cambium, & vt qui illam dedit subiaceat pœnis omnibus vsurariorum.

Quod tanto magis à fortiori facit pro comprobatione articuli, vt non agatur intra idem Regnū, sed in eodem loco, argumentum enim à fortiori, & de maiori ad minus est validum, vt post Abbatem in cap. per venerabilem nu 6. & Felin.in cap. postulasti col. 11. vers. limita secundo de rescript. quare cum iuxta doctrinam supra allegatorum prohibeatur lucrum, & incrementum, vbi datur, & recipitur intra idem Regnum, quanto magis si detur, & recipiatur in eodem loco, vt in casu nostro, in quo agitur de cambio in nundinis Augusti ad nundinas Maij eiusdem loci. Ex quibus omnibus omninò venit dicendum, cambium in nundinis Augusti ad nundinas Maij eiusdem loci, cum incremento esse illicitum, & prohibitum, & incrementum licitè percipi non posse.

SVMMARIVM.

1 *Clausula sine præiudicio posita in medio, extenditur ad omnia præcedentia, & sequentia.*
2 *Clausula sine præiudicio, præseruat ius.*
3 *Clausula sine præiudicio, reddit conditionalem concessionem factam.*
4 *Papa non censetur tollere ius commune.*

Priuilegium concessum Cappellanis S. Georgij Ecclesię Nationis Ianuēsium cum clausula citra præiudicium Parochorum, & iurium Parochialium, quid operetur.

DECISIO XII.

ECclesia S. Georgij nouiter fundata Neap. per Nationem Ianuensem obtenuit priuilegium à sede

à sede Apostolica, vt possit habere tres Cappellanos eligẽdos per Gubernatores dictæ Ecclesiæ, qui possint ministrare aliqua Sacramenta, & sepelire homines dictæ Nationis cum pompa funerali in dicta Ecclesia, & quia hæc fuerũt in priuilegio cõcessa, cum clausula absque tamen licẽtia requisita, & sine præiudicio Parochorum, & iurium Parochialium; fuit dubitatum an Cappellani dictæ Ecclesiæ S. Georgij possint se intromittere, & excludere proprium Parochum Sancti N. ne procedat in exercitio officij Parochialis, & iurium Parochialium, & pro parte Parochi dictæ Ecclesiæ
1 S. N. fuit dictum, quod clausula sine præiudicio, &c. in medio posita refertur ad omnia præcedentia, & sequentia, & similiter in fine posita refertur ad omnia contenta in scripturis l. talis scriptura § fin. vbi Bart. ff. de legat. 1. Alexan. cons. 48. lib. 1. Soccin. cons. 128. col. 2. post num. 8. vol. 4. & comprehendit omnia ante dicta specificata, Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres nu. 12. ff. de verbor. oblig. & Oldrad cons. 148. num. 3. & 7 & in cons. 8. quem sequitur Dec. cons. 92. nu. 3. Couarr variar. resolut. lib. 2 cap. 5. nu 5. hinc sequitur, quod omnia antea dicta, & expressa in dicta bulla, cum illis verbis absque licentia requisita comprehenduntur sub illa clausula subsequenti sine tamen præiudicio Parochorum, & iurium Parochialium, & censentur concessa quotiescumque nullum inferatur præiudicium Parochis, & iuribus Parochialibus, & etiam quia dicta clausula sine præiudicio,
2 &c. præseruat ius, quod habent Parochi, Put. decis. 32. lib. 2. & decis. 197. lib. 1. Rota in nouis decis. 13. alias 17. de præbend. Bellamer. decis. 167. Crescent. decis. 7. nu. 3. de iure patronat. quod procedit etiam si ius sit quæsitum ex præsentatione, vel electione, Sarnen. q. 1. nu. 8. in reg. de iure quæsit. facit etiam, quia per dictam præseruationem iurium Parochialium, idest iuris percipiẽdi funeralia, colligitur intentio Summi Pontificis, qui voluit præseruare, & conseruare Parocho, & hebdomadarijs dictæ Parochialis Ecclesiæ Sancti N. potestatem, & possessionem pacificam, & antiquissimam, in qua inter alia reperiuntur interueniendi personaliter, cum erectione Crucis dictæ Parochialis Ecclesiæ, ac salario consueto, iuxta solitum in funeralibus, etiam respectu mortuorum Nationis Ianuensis in locis spectantibus ad dictam Parochia-
3 lem Ecclesiam, præterea dicta clausula sine præiudicio reddit dictam concessionem contentam in dicta bulla conditionalem, Sarnen. loco citato nu. 4. Rebuff. in forma nouæ prouisionis nu. 5. Puteus decis. 32. lib. 2. & operatur, quod quatenus per dictam concessionem inferatur præiudicium Parochis, & iuribus Parochialibus, permissa in dicta bulla perinde sint, ac si non fuissent concessa, Rota diuers. decis. 107. Ludouic. decis. Perusina 47. num. 22. Immò constito de iure alterius concessio redditur nulla, Achill. de Grass. decis. 18. nu. 2. in fin. de probat.

Verum his minimè refragantibus fuit in Curia Archiepisc. resolutum Cappellanos posse ministrare Sacramenta extremæ Vnctionis, & Eucharistiæ hominibus dictæ Nationis, & pariter illos sepelire cum pompa funerali, Parochis minime requisitis, verùm quod teneantur ad emolumenta ipsis Parochis competentia, & hoc patet ex verbis dicti
4 breuis, in quo Papa non censetur tollere ius commune, & alterius l. præcepimus C. de appellat. l. 2. §. si quis à Principum ff. ne quid in loco publico cap. cum dilectus de consuetud. cap. dudum de priuileg. cap. quamuis in fin. de rescript. in sexto, & multos alios textus cumulat Gonzalez §. 4. proem. num. 21. & multo magis in casu nostro cum expressè reseruauerit iura dictis Parochis, dicendo sine præiudicio Parochorum, & iurium Parochialium deputan.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad dicendam missam pro aliquo, non satisfacit si ei tantum partem aliquam applicet.*
2 *Missa pro multis dicta non tantum valet cuilibet illorum ac si pro vno solo celebraretur.*
3 *Sacerdos etiam pauper non potest habere plures pitantias pro vna missa.*
4 *Missæ celebratio est ordinata ad Altissimi Dei gloriam.*
5 *Clerici non admittuntur ad sacros ordines, nisi ad titulum patrimonij, vel beneficij.*
6 *Obligans rem duobus punitur pœna falsi.*

An Hebdomadarius Ecclesiæ Cathedralis, in cuius Hebdomada est annexum onus celebrandi missam, possit missam ibi celebrare, alteri applicando meritum.

DECISIO XIII.

HEbdomadarij Cathedralis Ecclesiæ huius fidelissimæ Ciuitatis Neapol. inter cætera sunt obligati singulatim, vulgò per Turnum missas celebrare; quare cum ad aures nostræ Archiepiscopalis Curiæ peruenisset, prædictos ibidem celebrare missas, alteri applicando meritum, fuit dubitatum, si hoc de iure posset procedere, & tuta conscientia fieri, & communiter resoluimus negatiuè, & sic, quod non possent ipsi Hebdomadarij Ecclesiæ Cathedralis, in quorum hebdomada est annexum onus celebrandi missam, ibidem missam
1 celebrare, & alijs applicare meritum, siquidem obligatus ad dicendam missam pro aliquo, non satisfacit, si ei tantum partem aliquam applicet, cum iuxta veriorem sententiam, si idem sacrificium pro multis offeratur, singuli defraudantur aliquo fructu, quo Sacerdos posset, & deberet applicare vnicuique eorum. Missa enim si per applicationem diuidatur inter multos, tantò minus de hoc fructu satisfactionis commendans missam, pro se solo participabit, quia valor missæ in quantum est satisfactorius, est limitatus, & finitus, & est determinatus, quia deriuatur à potentia, & deuotione limitata, nempè ab homine, vt optimè probat Spin. in specul. testament. in glos. 13. Princip. num. 55. Aragon. de sacrific. art. 3. vers. sed aliquis pagina 677.

Vndè communiter dici solet, quod missa pro
2 multis dicta non tantum valet cuilibet illorum, ac si pro vno solo celebraretur, vt pulchrè differunt, & declarant Nauar. in cons. 7. per totum de celebrat.

brit.missar.optimè Spin. loco citato ex nu. 55. vsque ad num.60. Rodriquez tom. 1. cap.252. in tit. de missa nu.2.pulchrè, & latissimè Serp.in tractat. de purgat.cap. 37.per totum, pulchrè Graff.in decis.cas.conscient.lib. 2.cap.45. ex nu.16. Nunn. in 3. part. D.Thom. q.84. artic.1. dub.8. pagin.960. Conràd.in respons.cas.conscient.casu 266. per totum, de quibus omnibus, & alijs meminit Nouarius, vt vidi in quadam eius consultatione manuscripta,vbi ex hoc dicit ipse,quod nunquam ei placuit negotiatio aliquorum ecclesiasticorum recipientium quamplures missas, vt eas pro minori pitantia ab alijs Sacerdotibus celebrari faciant, & subdit etiam, quod ex his vera redditur opinio il-
3 lorum dicentium, Sacerdotem etiam pauperem non posse occupare plures pitantias pro vna missa celebranda, vt fuerunt iuxta eius allegationem, Nauar.in suo manual. cap.25. nu.92. Suarez de sacrament disputat.86. sectlon.2. Tolet.in summa lib.2.cap.9. de quibus meminit Costa de remedijs subsidiarijs remed.71.sub nu.13. qui nu.14. refert
4 fundamentum esse, quia missæ celebratio non est ordinata ad vitæ substentationem, sed ad Altissimi, immortalisq. Dei gloriam, & populi chri-
5 stiani vtilitatem, vndè dicit ipse non admitti clericos ad sacros ordines, nisi ad titulum patrimonij, vel beneficij, vt probatur expressè in Sac. Concil. Trident.sess.21.canon.2. de reformat.

Accedat prædictis pro decisionis corroboratione,& fundamento, quod cum ipsi Hebdomadarij habeant onus annexum in eorum hebdomadis celebrandi missas in ipsa Cathedrali, & sic videntur obligati,si eis esset licitum ibi celebrare alijs meritum applicando, vtique appareret eandem rem duobus obligare contra regulam iuris, de qua per
6 text.in l. qui duobus ff. ad l. Cornel. de falsis, vbi punitur pœna falsi,qui rem duobus obligauit,de quo per Doctor. & præsertim per Ias. in l. quoties C. de rei vendicat. & per Canonist. in cap. 2. de consuetud.

SVMMARIVM.

1 *In donatione causa mortis quinque testes requiruntur, & num.3.*
2 *Testamentum iure donationis causa mortis sustineri nequit, nisi adhibitis quinque testibus.*
4 *Donatio causa mortis conuenit cum vltima voluntate.*
5 *Testes requisiti in donationibus causa mortis debent esse contestes, & non singulares, & sic fertur decisum in Curia Archiepiscopali Neapol.*

An dispositio text.in l.fin. C. de donat. causa mortis,procedat si illi quinque testes sint singulares de loco, & tempore.

DECISIO XIV.

1 Sciendum est pro articuli intelligentia, quod in donatione causa mortis ex dispositione l.final. C. de donat. causa mortis, adhibendos esse quinque testes,vt communiter receptum esse,dicit Riminald. in princip. de donat. nu.342. quem allegat
2 Graff.de success.in §.donatio causa mortis num.1. vbi num.2.dicit hoc adeò esse verum,vt testamentum iure donationis causa mortis sustineri non possit, nisi quinque testes in præsentia donatarij fuerint adhibiti, allegat Soccin.in cons.112. vol 3. Hartm.Pistor. q.2. nu.22. quibus addo Franc.in
3 decis.693.num.1.vbi inquit etiam, quod ad hoc,vt donatio causa mortis valeat, requiritur, quod in eius celebratione quinque testes adhibeantur, & eodem tempore ad textum per ipsum allegatum in l.fin.§.in omni autem C.de codicill.dum dicit in
4 omni vltima voluntate, cum qua conuenit donatio causa mortis,vt dicit text.in l.fin. C. de donat. causa mortis,& licet in ea non adsint verba prædicta, nihilominus ita eam intelligunt Glosæ tam in d. §. in omni, quàm in d.l. final. & omnes in verbo quinque,dum allegant iura prædicta pro concurd. Adeò vt dum dicit text. in d.l.fin.quod sunt necessarij quinque testes per d. §. in omni autem, suppleatur eodem tempore præsentes, & hoc sentiunt omnes Doctores in l. 2.ff.de legat. 1. quando declarant in quo conueniat donatio causa mortis cum vltima voluntate.

Quarè cum in facti contingentia fuisset dubitatum,si isti quinque testes, qui requiruntur in tali-
5 bus donationibus causa mortis debeant esse contestes,& non singulares de loco,& tempore, Curia decidit pro affirmatiua opinione, & sic, quod non sint singulares, iuxta decis. Franc.693. superius citatam, de qua memini Ego ipse in meis collectan. decision. collect. 225. & ambos nouissimè allegat Thorus in suo Compend.Decision. in verb.donatio causa mortis.

SVMMARIVM.

1 *Sponsus, qui contraxit sponsalia de futuro cogendus est ad contrahendum matrimonium.*
2 *Cap. ex literis de sponsalibus habet locum, etiam si non interuenit iuramentum.*
3 *Sponsalia de futuro, etiam non iurata, copula carnali interueniente obseruanda sunt.*
4 *Promissio de ducendo in vxorem facta tempore copulæ non inducit sponsalia, & nu.12.*
5 *Amor dicitur furoris species.*
6 *Amoris furore nihil vehementius.*
7 *Amor priuat à deliberatione.*
8 *Donationes inter virum, & vxorem præsumuntur factæ calore amoris.*
9 *Furiosus non punitur de delicto.*
10 *Impossibilium nulla est obligatio.*
11 *Excæcatus amore gaudet beneficio electionis fori.*

An promissio de ducendo in vxorem facta propè copulam carnalem ab amore capto inducat sponsalia.

DECISIO XV.

Erat valdè retinens pars offensa contra quendam Clericum, qui violauerat mulierem virginem,quam summopere diligebat, vt duceret ipsam in vxorem, sub prætextu, quod tempore copulæ

copulæ carnalis promisisset ipse clericus eam in
vxorem ducere, quarè introducta causa in nostra
Curia Archiepiscopali, fuit dubitatum in limine
expeditionis causæ, si prædicta promissio facta
propè copulam carnalem induxisset sponsalia,
ad effectum, vt nos possemus eum cogere ad con-
1 trahendum matrimonium, iuxta seriem disposi-
tionis text. in cap. ex literis de sponsal. Rota decis.
497.par.1.in nouissimis, qui text. licet loquatur in
2 contractibus iuratis, tamen habet locum etiam si
iuramentum non interuenisset, vt dicit Abb. in
d.cap.ex literis nu.3.latè Menoch.cons.386. vol.4.
Surd.cons.364. nu.10. Couarr.alios cumulans in
epitom. de sponsal.cap.4 nu.2. de quibus meminit
Marta in decis. 172. vbi inquit conclusum, quod
3 sponsalia de futuro etiam non iurata interuenien-
te copula carnali obseruanda sunt.

Et resolutum fuit pro parte negatiua, habendo
4 pro vero talem promissionem factam de ducen-
do vxorem propè copulam carnalē minimè indu-
cere sponsalia, tanquam facta ex vi, & impetu lu-
xuriæ, & libidinis, quæ instabat in illo actu, & in-
stanti, quo fuit facta dicta promissio de ducendo
in vxorem illam, quam copulare carnaliter inten-
debat, & eò magis, quia ex parte Inquisiti allega-
batur amor erga illam mulierem, cuius potentia,
& vigore facile est præsumendum absque illius
voluntate, & contra propriam mentem illam pro-
5 missionem fecisse, cum vi, & ardore amoris du-
ctus, cum amor sit quædam furoris species, teste
Platone, qui in Phædro scribit quatuor esse illius
species, inter quas Amorem reponit, qui est à Ve-
nere, idcircò Poetæ passim Amorem furorem vo-
cant, & Amantes furibundos furentes, & furiosos,
vt habetur per Catullum in Nuptijs Pelij.

Heù mixere exagitant immitti corde furores
Virgil.lib.4.Æneidos.
Ardet Amans Dido traxitq. per ossa furorem.
Et alibi eodem libro.
Quid vota furentem, quid delubra iuuantur.
Et paulò post.
Vritur infelix Dido totaq. vagatur Vrbe furorem.

Et Summus Pontifex in cap. cum iuuentute de
præsumpt.hunc affectum furorē vocat, qui igneus
6 amoris furor adeò nescit habere modum, quod
regulariter dici solet furore amoris nihil est vehe-
mentius, Chassan. in consuetud. Burgund. fol.39.
num. 13. dicens, quod in facti contingentia vidit
quodammodo excusari propter amorem quan-
dam mulierem, quæ receptauerat res furatas ab
Amante suo, allegabat etiam Clar. in lib.5. §. fin.
quæst. 6.nu.9.qui dicit, & refert in facti contingen-
tia absolutum quendam, qui fecerat sortilegia, &
alios casus dicto nu.9.refert in quibus in facti con-
tingentia fuisse absolutos, inquit Amoris furore
delinquentes, & etiam pondero, quod adducit Pa-
lat in repetit.rubric.de donat.§. 28.num.6. dicens,
7 quod cum Amor priuet à deliberatione, quia si-
cut vinum, ita Amor ebriat, vt in princip.institut.
de success. sublat. & dixit Sapiens Ecclesiast.19. vi-
num, & mulieres apostatare faciunt Sapientes, &
furore Amoris nihil vehementius inueniatur, vt in
authent. quibus modis natural. effic. legit. §. illud
collat.6. & iste Amor inter coniuges præsumatur
inesse, vt in d. authent. sequitur, quod donationes
8 factæ inter eos præsumantur factæ calore Amoris,
& ideò non debent á iure approbari, ergo nec de-
licta puniri, quæ calore, furore, & impetu Amoris
sunt commissa.

Item nam Amore captus furiosus dicitur, vt in
9 d.authent.& supra latè fuit probatum, sed qui per
furorem agit non dicitur delinquere. nec pro deli-
cto punitur, clement. si furiosus de homicid. l. in-
fans ff.ad l.Cornel. de sicar. etiam in crimine læsæ
maiestatis l.famosi ff.ad l.Iul.maiest. ergo nec amo-
re captus puniri debet.

His etiam accedebat, nam impossibilium nulla
10 est obligatio l. impossibilium ff. de regul. iur. sed
impossibile est amoris ardore, seù furore captum
se posse continere quandoquidem, nec ipsi Philo-
sophi possunt, vt in d.authent.quibus modis natu-
ral effic.legit. §. illud col.6. igitur iure optimo ex-
cusari debet à pena, & Nouar. in praxi electionis,
& variationis fori sect. 1. quæst. 27. ex his, & alijs
11 fundauit excœcatum amore gaudere priuilegio
electionis fori, tanquam miserabilem perso-
nam.

Hæc omnia cum fuissent in dicta Curia consi-
derata, fuit ipse Clericus inquisitus condemnatus
12 in exilium per triennium, & vt dotem congruam
ei constituat, iuxta terminos text. in cap.1. & 2. de
adulter. non habendo pro vero promissionem il-
lam factam induxisse sponsalia, & sic fuit resolutū.

SVMMARIVM.

1 *Vsura est omni iure prohibita.*
2 *Vsura ex nulla causa potest reddi licita.*
3 *Consuetudo, nec Princeps potest permittere vsuras.*
4 *Clericir est interdicta vsura, quod amplia, vt nu.5.*
6 *Pœnæ clerici vsurarij remissiuè.*
7 *Clericus vsurarius manifestus qua pena puniatur.*
8 *Clericus vsurarius, sed non manifestus, qualiter pu-
niatur.*
9 *Clericus, qui semel tantum vsuram commisit, quomo-
do puniatur.*

Pœna Clerici vsurarij, quæ nam sit,

DECISIO XVI.

1 OMni iure prohibitam esse vsuram certum
est, pro quo sunt consulendi, post alios Villa-
gut in tract. de vsur. ex quæst.3. vsque ad quæst.7.
Sotus de iustit.& iur.lib.6. q.1. art. 1. ex conclus. 1.
Scapp.de iur., non scripto cap.169. Medic. in sum-
ma peccat.in 1.part.tit.6.quæst.60.& alij complu-
res apud Cened.in collect iur.canon.collect.41.ad
2 decret. fol.mihi 215. vbi refert adeò hoc crimen
in se malum esse, vt ob nullam causam reddi pos-
sit licitum, allegat Conrad.de contract.lib.2.q.25.
3 sic, nec consuetudo, nec Princeps potest cas per-
mittere, Caballin. milleloq.810. Menoch. de præ-
sumpt. lib. 2. præsumpt.10. ex nu.45. late habetur
per Cened.in collect iur.canon.collect.30. fol.mi-
hi 195. videndi etiam in materia Peguer. in decis.
30.cum decis.sequent. vsque ad decis.35. Gregor.
Tholos. in tract. quem edidit de vsur. Morla in
emptor.par.1.tit.8.q.25.per totam.

Quarè Clericis interdictum esse vsuram facere
4 dubitandum non est, eò magis cum id prohibitum
reperia-

reperiatur in Concilio Laodicensi canon. 5. relato in cap. non licet 47. distinct. necnon in Concil. Carthag. 1. canon. 13. prout benè explicat Diaz in pract.
5 crimin. canon. cap. 88. vbi ampliat, quod clericis non licet exercere fœnus, tàm suo, quàm alieno nomine, per text. in cap. sicut suo eadem 47. distinct.

Vnde cum hoc sit prohibitum de iure, certè cō-
6 tra facientibus huius iuris dispositioni, debetur aliqua pœna, de quibus remissiuè est videndus Lopez in addit. ad Diaz in practic. crimin. canon. dicto cap. 88 lit. C. in verb. suspenduntur, vbi plures pœnas clerici vsurarij reperies.

Ipse verò scribo, quod aut clericus est vsurarius
7 manifestus, aut non manifestus, si manifestus te consulo, vt videas vndecim pœnas positas per Siluestrum in sua Summa in verbo vsura 6. quarto quæritur, Hostiens. in Summa de vsur. §. fin. vers. alias à Iudic. Couarr. variar. resolut. lib. 3. cap. 3. nu. 3. vers. cæterum, Peguer. in decis. 31. num. 4. & tractetur materia in cap. quia in omnibus extra de vsur.

Aut clericus est vsurarius non manifestus, & di-
8 co, quod deponitur, quando non semel tantum, sed pluries vsuras exercere contingat, & in hoc criminé incorrigibilis existit, text. est in cap. 1. de vsur. in cap. canonum, in cap. quoniam, & in cap. si quis oblitus 14. quæst 4. & est statutum in Concilio Eliberthino canon. 20. relato in cap. si quis 7. distinct. Alex. cons. 72. lib. 1. Diaz in practic. crimin. canon. dicto cap. 88. vers. sed text. in cap. 1. vsque ad fin. vbi propterea ponit modum procedendi contra clericum vsurarium, vt primo Iudices contra ipsum à suspensione incipiant, & eo se non corrigente ad degradationem, idest ad depositionem deueniant, quod & idem scripsere Couarr. variar. resolut. lib. 3. cap. 3. vers. imò, & clericis, & vers. quod ita, Foller. in practic. crimin. canon. cap. 33. nu. 29. in princ.

Aut clericus semel tantum vsuram exercuerit,
9 vel monitus destiterit, nec in vsurarum exercitio sit irretitus, minimè deponitur, sed suspenditur ab officio, & beneficio arbitrio Iudicis, prout est text. in cap. præterea de vsur. & voluerunt Hostiens. in Summa de vsur. §. fin. Couarr. dicto cap. 3. num. 3. vers. quibus obijcitur, Foller. in d. cap. 33. num. 29. vers. quæ omnia, Diaz in sua practic. crimin. canon. dicto cap. 88. vers. subest etiam vsurarijs, & vers. stat ergo ex præmissis, & iuxta hanc distinctionem censuit nostra Curia Archiepiscopalis in facto occurrenti.

SVMMARIVM.

1 *Exequutor Apostolicus datus, vt mittat pensionarium in possessionem, cum clausula, dummodò centum pro Rectore remaneant, an possit cognoscere de meritis.*

2 *Clausula, dummodò, de sui natura non importat conditionem, sed modum.*

3 *Clausula, dummodò, operatur, vt probatio debet esse concludens, nec sufficit probatio per famam.*

4 *Clausula, dummodò, restringit, & modificat præcedentia.*

5 *Clausula, dummodò, qualiter differat à dictione, donec quousque, & similibus.*

Exequutor Apostolicus datus, vt mittat pensionarium in possessionem, cum clausula, dummodò remaneant centum pro Rectore, an possit cognoscere de meritis causæ.

DECISIO XVII.

Fvit admodum Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Episcopus Carinolæ Vicarius
1 Generalis Neapolis, datus exequutor Apostolicus, vt mitteret N. in possessionem pensionis cuiusdam Parochiæ resignatæ, cum clausula, dummodò remaneant centum pro Rectore, & cum per partem aduersam instabatur, dari terminum pro verificatione si redditus dictæ Parochiæ ascenderent ad ducatos centum, & consequenter petebatur impediri dictam immissionem in possessionem, fuit dubitatum, an d. Reuerendissimus Dominus debebat concedere dictum terminum, & dicebatur terminum non esse concedendum, ex quo
2 dicta clausula, dummodò, de sui natura non importat conditionem, sed modum, vt notant Bertacch. verb. dummodò, Viuius tom. 1. commun. opinion lib. 9. tit. 34. num. 63. Rebuff. in comment. ad l. maiore parte nu. 156. vers. dummodò, ff. de verbor. signific. pagin. 544. Molin. de primogenijs lib. 2. cap. 15. num. 28. Octau. Vulp. cons. 23. Menoch. cons. 134. nu. 36. Azeued. ad l. 11. num. 39. titul. 6. lib. 5. nouæ recopilationis, Cardinal. Tusch. conclus. 272. nu. 1. Surd. cons. 186. nu. 11. & consil. 371. nu. 69. Cardin. Seraphin. decis. 338. nu. 5. & decis. 349. nu. 1. Anton. Monach. Florent. decis. 46. nu. 64. Cened. singul. 11. nu. 1.

Cæterum fuit contrarium resolutum in dicta Curia, nam fuit concessus terminus, cuius decisio-
3 nis ratio fuit, quoniam supradicta clausula operatur, vt probatio debeat esse concludens, nec sufficiat probatio per famam ad decis. Mohedan. 148. aliàs 3. de testibus in fine, vt fuit resolutum in causa Clusina pensionis 9. Decembris 1573. coram Lancellotto, vt in decis. 158. lib. 1. quotidiè, & Oppideh. pensionis 3. Iunij 1585. coram Pamphilio, & fuit dictum in causa Cosentina pensionis 27. Maij 1596. coram Litta, & facit decis. 60. de concess. præbend. in antiquis, & in causa Interamnen. pensionis 23. Iunij 1602. coram Cordub. item quia
4 dicta clausula, dummodò, restringit & modificat præcedentia, Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. q. 86. nu. 28. Marches. de commission. par. 1. pagin. 325. nu. 2. Cened. dicto singul. 11. nu. 6. vbi nu. 5. asserit
5 quod differt à dictione, donec, quousque, & similibus in eo, quod illa denotat perpetuitatem, & perseuerantiam, secus verò in his, & quando iungitur eo, quod venit implendum antequam actus perficiatur, prout in casu nostro significat conditionem, non modum, l. Thaijs §. Stychus ff. de manumissis testamento, notant Aymon. cons. 10. nu. 14. Chassan. in consuetud. Burgundiæ rubr. 8. §. 5. verbo Christi nomine inuocato nu. 19. Octauian. Vulpell. dicto loco, Surd. decis. 209. num. 4. & cons. 186. nu. 11. & tunc non valet actus, nisi conditio fuerit adimpleta, text. est in l. qui hæredi ff. de condit. &

B demon-

demonstr. Rebuff. in commment. ad d. l. maior. part. vers. cum verò, Cened. dicto singul. 11. num. 4. importat etiam conditionem, vel modum pro qualitate causæ, & materiæ, vt est text. in l. dummodò ff. de procurat. notat Rebuff. in comment. ad d. l. maior. part. vers. verum, maximè quando adijcitur actui imperfecto, prout hic, ita colligitur ex Molin. dicto cap. 15. num. 29. & ex Sanchez de matrimon. lib. 5. disput. 83. nu. 2. ita etiam importat conditionem, quando est adiecta dispositioni, non quando exclusioni, ita Seraphin. in Rota Roman. decis. 1017. num. 4. & tandem in proprijs terminis facit decis. Rotæ in vna Cremonen. pensionis lunæ 10. Decembris 1612. vbi stante clausula, dummodò, apposita in gratia reseruationis, pensionis illius iustificatio spectat ad pensionarium, etiam si agatur contra eum, qui consensit pensioni, cum per eam fiat gratia conditionalis, vt in Salamantina pensionis 26. Martij 1596. coram Gypsio, & in Meleuitana pensionis 28. Nouembris 1597. coram Litta.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria facta vni ex consanguineis, censetur alteri facta.*
2 *Cui competit ius querelandi, competit, & ius remittendi.*
3 *Pater potest remittere iniuriam factam filio, etiam ipso ignorante, vel inuito, declara vt nu. 10.*
4 *Pater, & filius, vna eademq. persona censentur.*
5 *Vir, & vxor sunt vna, eademq. persona.*
6 *Iniuria facta vxori censetur facta marito.*
7 *Tutor potest remittere querelam pro iniuria facta pupillo.*
8 *Argumentum de minori ad maius est validum.*
9 *Maritus an possit remittere querelam pro iniuria facta vxori.*

Ius remittendi offensam factam vxori, an competat marito, an verò ipsi vxori.

DECISIO XVIII.

INquirebatur quidam Clericus in nostra Curia Archiepiscopali de vulnere illato in personam cuiusdam mulieris, cumquè in expeditione causæ eiusdem Clerici, ad mitigationem prædicti delicti inter alia adducebatur remissio, seu pax habita à marito pro dicta iniuria eius vxori facta, fuit dubitatum, an sufficeret remissio facta à marito, vel requireretur, quod fieret ab vxore ad effectum, de quo supra, & dicebatur sufficere remissionem à marito factam, ex illa regula generali, quod in-
1 iuria facta vni ex consanguineis censetur facta alteri, vt probatur in l. lex Cornelia in princ. ff. de iniur. & ibi Glos. & Bart. Alex. conf. 15. col. 2. lib. 4. Felin. in cap. Petrus num. 8. de homicid. latè Tiraquell. tract. de pœn. legum causa 51. num. 68. ita quod pro ea possunt criminaliter accusare, vt tenuit Bart. in d. l. lex Cornelia sub nu. 1. ff. de iniur. & Bald. in l. 1. num. 6. C. si quacumque præd. dign. & benè possunt remittere; cui enim competit ius
2 querelandi, competit, & etiam ius remittendi, Bald. in l. 2. ff. de re iudic.

Et pro hac opinione facit, quod pater potest re-
3 mittere iniuriam factam filio, etiam ipso ignorante, vel inuito, vt ex communi Doctorum sententia, refert Gomez in cap. 6. de iniur. nu. 6. in 3. tom. variar. resolut. Boss. in tit. de pac. nu. 16. Franc. Marc. decis. Delphin. 672. par. 1. Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. nu. 105 par. 3. & Surd. decis 89. num. 12 ra-
4 tio què videtur esse, quoniam pater, & filius, vna eademquè persona censentur. ad vulgatum textum in l. fin. C. de impuber. & alijs substit. & vir, & vxor
5 sunt etiam vna, eademquè persona, & non debent ad imparia iudicari l. fin. C. indict. viduit. toll. latè
6 Franch. decis. 180. Ergo iniuria facta vxori censetur facta marito, & consequenter potest maritus querelare, Iniuriamquè remittere, faciunt latissimè adducta per Nouarium de elect. & variat. fori q. 50 sect. 1.

Pariterquè facit, quod si tutor potest remitte-
7 re querelam pro iniuria facta pupillo, vt loquitur Franch. decis. 135. quanto magis maritus pro in-
8 iuria facta vxori, cum argumentum de minori ad maius sit validum, ad text. in l. fin. ff. de rebus corum.

9 Quibus ommissis, fuit resolutum in dicta nostra Curia Archiepiscopali non potuisse maritum remissionem facere, quoniam vxor superstes erat, & ex hac resolutione tu poteris colligere, quando vxor est superstes, remissio facta à marito est inualida, quando verò est defuncta est valida, ex eo, quod vxore occisa, patre, marito, & filijs existentibus, sufficit, quod pax habeatur ab vno tantum, scilicet à patre, vel à marito, secundum Catald. in tract. de syndic. quæst. 128 & alios, quos idem citat Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 58. nu. 26.

Non obstant contraria, & præsertim illud de
10 patre, quia est intelligendum, si iniuria sit leuis, secus si grauis. prout fuit iniuria illata vxori, nam ei fuit vulnus illatum, & ex vulnere oritur iniuria grauis.

SVMMARIVM.

1 *Armorum asportatio in iure est prohibita.*
2 *Arma asportans arguit malum animum.*
3 *Statutum prohibens armorum asportationem, comprehendit mulieres.*
4 *Iudex videns aliquem arma asportare, potest eum punire, absque aliquo processu.*
5 *Statutum continet asportantem cortellum panis, animo offendendi.*
6 *Baiulus non potest arma asportare.*
7 *Statutum an comprehendat asportantem scloppum vacuum puluere, palla, & claui.*

Asportans sclopum vacuum, scilicet sine puluere, palla, & claui, an incidat in pœnam edicti Curiæ Archiepiscopalis contra asportantes arma.

DE-

DECISIO XIX.

1 REgulariter armorum delatio in iure est pro-
bita, ad text. in §.1. authent. de armis, & in
l. vnica C. vt armorum vsus lib. 11. & in Regno
esse constitutiones, pragmaticas, & banna nouissi-
ma, testatur Campag. in cap. Regni 239. à num.
26. cum sequent. Farinacc. tom. 3. quæst. 108.
num 3. & Menoch. de arbitr. iudic. casu 394. vbi
cum ampliationibus, & limitationibus regulam
2 firmat, quoniam arma portans arguit malum ani-
mum, Ias. in § ex maleficijs num 51. instit. de act.
Bart. in l. 1. vbi Alex. ff. ad l. Iul. de vi public. quæ
3 prohibitio comprehendit etiam mulieres, si reper-
tæ fuerint cum armis, Gabr. commun. conclus. lib.
6. tit. de verbor. signif. conclus. 6. num. 37. Suarez
commun. opinion. vers. mulieres nu. 252. Hinc Iu-
4 dex videns aliquem deferre arma, potest eum pu-
nire de delatione armorum absque aliquo proces-
su, Ias. in l. vnica ff. si quis iusd. non obtemp. nu. 28.
& ibi Cagn. num. 98. Bald. in l. officium in fin. reg.
5 eod. tit. & extenditur pariter supradicta prohibi-
tio in asportanta cartellum panis animo offenden-
6 di, est decis. Delphin. 4. nu. 13. & ita similiter pro-
cedit in Baiulo, qui non potest arma portare,
vt in Sacro Consilio de anno 1556. die 2. Decem-
bris, testatur fuisse decisum Anna in repetit. con-
stit. si quis nu. 23.

Quibus sic enarratis, cum fuisset dubitatum, an
7 edictum prohibens armorum asportationem com
prehenderet asportantem sclopum vacuum ab-
sque puluere, palla, & claui, resolutum fuit negati-
uè, tùm quia his deficientibus non censetur aptum
dictum sclopum ad offendendum, & proinde as-
portans non incidit in pœnas nostri edicti, ex quo
de iure indubitatū est, statutum prohibens delatio-
nem sclopi, siuè retentionem intelligi de apto ad
offendendum, Bonacoss. commun. opinion. tom 2.
vers. statutum puniens potestatem, Bologn. consil.
28. per totum, quos refert, & sequitur Baiard. ad
Clar. quæst. 82. statuto 6. nu. 79. tùm etiam, quia
verificabatur, dictum inquisitum asportasse tem-
poris momento sclopum prædictum ei ab ami-
co datum, vt traderet Magistro accomodandi
gratia, & qui per momentum temporis habuit ar-
ma in loco prohibito, vel cum illis paruam mo-
ram traxit non debet puniri, Bursat. cons. 141. nu.
16. & seq. & nu. 42. & cons. 331. num. 37. & Baiard.
vbi supra num. 74. Ex hisque fuit conclusum, vt
exularet inquisitus per biennium.

Non obstat statutum loqui generaliter, & pro-
inde omne genus arma asportandi comprehende-
re, Bart. in l. 1. ff. quemadmod. vsu amitt. & in l.
centurio nu. 21. ff. de vulg. & pupill. Paris. cons. 66.
nu. 29 vol. 3. Decian. cons. 34. nu. 35. vol. 3. Soccin.
Sen. cons. 65. in fine vol. 1. quia respondetur edi-
ctum debere restringi ad terminos habiles, Ias.
in l. 2. §. pretor ait ff. qui satisd. cog. Menoch. de adi-
pisc. poss. ff. remed. 4. num. 755. & de retin. possess.
n. 158. Gozad. cons. 25. nu. 10. sed cum simus in de-
lictis, & non in contractibus, in quibus verba gene-
ralia, & vniuersalia prolata ab homine nullam pa-
tiuntur habilitatis restrictionem, Roland. cons. 96.
in fin. vol. 1. dicens hanc esse communem sententiam,
propterea edictum de re habili intelligi debet.

SVMMARIVM.

1 *Clericus debitor ex alieno nomine gaudet beneficio cap. Odoardus.*
2 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, præsertim in materia fauorabili nu. 3.*
4 *Ratio vbi eadem est, idem ius debet statui, etiam in correctoriis nu. 5.*
6 *Verba legis generalis comprehendunt omnem casum, etiam incogitatum.*
7 *Dispositio generalis tantum operatur, quantum specialis, sed limita, vt nu. 8.*

An beneficium cap. Odoardus de solut. competat Clerico debitori ex alieno nomine, tanquam fideiussori.

DECISIO XX.

1 CLericus quidam cum fideiussisset pro suo fra-
tre, qui acceperat officium Magistri Actorū,
stante decoctione fratris sui principalis, pro quo fi-
deiusserat petebat admitti ad beneficium capit.
Odoardus de solut. quod nostra Curia ipsi impar-
tiuit, ex generali dispositione text. in d. cap. Odoar
dus, vbi generaliter tale beneficium conceditur
Clerico, ergo generaliter est intelligendus, nam
2 lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debe-
mus, vulgata l. de pretio ff de public. in rem actio-
3 ne, præsertim in materia fauorabili, vt nouissime
aduertit Nouarius in sua praxi electionis, & varia-
tionis fori q. 5. nu. 4. & 5. sect. 2.

His accedebat pro comprobatione huius deci-
sionis, nam ratio, quarè præfatum beneficium
conceditur clerico, est, nè in opprobrium clericа-
tus cogatur mendicare, & carceribus mancipari,
quæ quidem habet locum, tàm si sit debitor pro-
4 prio nomine, quàm alieno, vt in casu nostro, vndè
cum eadem vigeat ratio, idem ius debet statui, &
consequenter debet concedi in tali facto hoc bene-
ficium l. illud ff. ad l. Aquil. Nouarius in praxi ele-
ction. & variat. fori quæst. fin. nu. 2. sect. 1. vbi quod
5 quando est eadem ratio, & omnimoda similitudo,
etiam in correctorijs facienda est extensio, nec tūc
dicitur fieri extensio iuris, sed terminorum, immò
etiam si simus in statuto, idem dicendum est, vbi
eadem ratio viget, Glos. in l. illud C. de sacrosanct.
eccles. Salyc. in l. 2. num. 11. C. de noxal. Nouarius
vbi proximè nu. 3. qui fatetur, ita latè allegasse in
6 facti contingentia, verba enim legis generalis om-
nem casum comprehendunt, etiam incogitatum,
Marta decis. 188. num. 6. vbi allegat text. in l. Iutia-
nus, cum similibus de legat. 3. l. in fideicommissis
§. cum pollidius ff. de vsur. Crauett. cons. 227. nu.
13. & seq. vol. 2. & sufficit aliquid in genere esse
cogitatum, & si specialiter non disponatur l. qui iu-
re ff. de testam. milit. Alex. in l. repudianda ff. de
7 acquir. hæredit. & tantum operatur generalis di-
spositio, quantum specialis l. si duo ff. de admini-
strat. tutor. l. si chorus ff. de legat. 3. cum con-
cordantibus, Capriul. de success. ab intestat. lib. 2.
8 numer. 20, nisi essemus in causis priuilegiatis, ex
nouiter traditis per Nouarium in praxi election.

& variat. fori quæst. 1. num. 4. 5. 6. & sequent. sectio. 2.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi, & Archiepiscopi in locis exemptis suæ Diœcesis, vel Prouinciæ, possunt exercere ea, quæ sunt præeminentiæ Episcopalis.*

2 *Episcopi, vel Archiepiscopi non possunt exercere in locis exemptis ea, quæ sunt iurisdictionis contentiosæ, vel voluntariæ, quæ sapiunt superioritatem.*

3 *Episcopus per loca exempta suæ Prouinciæ potest deferre crucem, item populo benedicere nu. 4.*

5 *Diuina officia publicè audire nu. 5. Missas in Pontificalibus celebrare, & in sui præsentia ab alijs, sine tamen Pontificalibus celebrari facere nu. 6. Item pallio uti n. 7. & verbũ Dei populo prædicare. n. 8.*

9 *Non potest Episcopus, vel Archiepiscopus in locis exemptis ordinationes celebrare, nec sedere pro Tribunali, nec cathedram collocare, nec thronizare in fronte, nec degradare, nec facere processionem generalem, nec confessiones audire, vel indulgentias dare.*

10 *Vigore Concilij Tridentini multa sunt permissa Episcopis in locis exemptis.*

11 *Non potest Episcopus in locis exemptis consecrare Ecclesiam, ipsis exemptis inuitis.*

12 *Episcopus in locis exemptis, potest collocare solium ad effectum celebrandi, item habere proprios Canonicos, qui ei assistant nu. 13.*

Quæ possit facere Archiepiscopus, vel Episcopus in locis exemptis suæ Prouinciæ, vel Diœcesis.

DECISIO XXI.

DIscussum fuit in Curia Archiepiscopali tempore bon. mem. Cardin. Gesualdi Archiepiscopi Neapolitani, quæ nã facere possit Archiepiscopus, vel Episcopus in locis exemptis suæ Prouinciæ, vel Diœcesis, & fuit responsum huiusmodi materiam dispersam esse per varia iuris canonici loca; & propterea fuit huiusmodi res resoluta per sequentes regulas.

Prima regula affirmatiua est, quod Episcopi, &
1 Archiepiscopi in locis exemptis Prouinciæ, vel
Diœcesis, possunt sine licentia exemptorum uti insignibus Pontificalibus, & exercere ea, quæ sunt honoris, & præeminentiæ Episcopalis, & alia, quæ non habeant mixturam iurisdictionis, & officij.

Secunda regula negatiua, quod Episcopi, vel
2 Archiepiscopi in huiusmodi locis exemptis, non
possunt exercere sine licentia exemptorum ea, quę sunt iurisdictionis contentiosa, vel etiam voluntariæ, nec ea, quæ sapiunt superioritatem, & habent mixturam iurisdictionis; ita declarant Doctores in clement. Archiepiscopo, post glos. & præcipuè Ancharan nu. 6. & 8. Imol. nu. 4. & 10. Cardin. in princ. nu. 5. & in 6. simili modo num. 6. & in 9. si tamen nu. 1. Abbas num. 3. Vitalin. latè num. 20. 53. & 55. qui subdit, quod nec etiam poterunt hæc, quæ sunt iurisdictionis Episcopalis, cum licentia exemptorum facere, sed forsan est necessaria licentia, superioris immediati dictorum exemptorum, vt idem explicat nu. 65.

Iuxta primam regulam permittitur Archiepi-
3 scopo per suam Prouinciam ante se Crucem de-
ferri facere, etiam transeundo, & declinando ad dicta loca exempta, ex text. in dicta clement. Archiepiscopo, vbi Doctores dicunt hoc ei concedi propter reliquias præcedentis subiectionis, cum per exemptionem talia loca non desinant esse in Prouincia, vel Diœcesi, vt explicat Vitalin nu. 2. & 4. Ancharan nu. 2. Cardin. nu. 2. & 3. Arnulphus Ruzzeus in tract. de præeminentia Archiepiscopi 2. notab.

Item permittitur populo benedicere, dicta cle-
4 ment. Archiepiscopo, quod intelligitur non solum
in loco exempto, sed etiam populo exempto, vt declarat Vitalin. ibidem nu. 7. & intelligitur non solum de benedictione ordinaria, sed etiam de benedictione solemni, per illa verba, *sit nomen Domini benedictum*, vt dicit glos. ibidem in vers. benedicat, & de benedictione, quam itinerando impertiuntur Archiepiscopi, vel Episcopi in sua Diœcesi, quando per signum crucis populo benedictionem infundunt, Ancharan nu. 3. Cardin. nu. 3. & 5. Imol. nu. 6. Vitalin. nu. 58. & 66. cum præcedentibus.

5 Item diuina officia priuatim, vel etiam publicè
audire, dicta clement. Archiepiscopo.

Missas, & diuina officia, etiam in Pontificalibus
6 celebrare, & in sui præsentia ab alijs, sine tamen
Pontificalibus celebrari facere, dicta clement. Archiepiscopo, quia licet sint hæc de lege iurisdictionis, tamen cum sint insignia dignitatis Episcopalis, non debet eorum esse interdictus vsus, cum id sine præiudicio exemptionis fieri possit, Ancharan. dicta clement. nu. 12. Vitalin. latius dicto num. 24. & 30. Arnulphus loco citato. Non sic tamen dicendum est, quando vellet ab alio celebrari facere, quia id esset auctoritatiuè demandare, & iurisdictionem exercere, Ancharan. nu. 40. Imol. nu. 9. Cardin. in princ. nu. 11.

Item si talis Archiepiscopus, vel Episcopus
7 pallio vteretur, poterit etiam in Pontificalibus
celebrans, in diebus à iure permissis pallio vti, glos. in d. clement. Archiepiscopo vers. pontificalibus, & licet non desint, qui id impugnare velint, cum pallium videatur esse quid diuersum à pontificalibus, vt videtur tenere Ancharan. ibi nu. 3. contrarium tamen est tenendum cum glossa, vt dicit Vitalin. nu. 16. & hoc tutius est secundum Imol num. 6. & 7. & verius secundum Cardin. in princ. nu. 8. cum negari non possit, quin sit ornamentum pontificale Archiepiscopi, vt dicit ibi Abbas nu. 3. & in prima lectura nu. 7. & in secunda num. 2.

Item celebrando, aut alias in dicto loco exem-
8 pto verbum Dei populo prædicare, gloss. in d.
clement. verb. etiam celebrare, Abbas ibid. num. 3. Vitalin. nu. 19. 20. & 66.

Sed dubium est, an oblationes, quæ solent offerri in missa debeantur Episcopo, cum in his locis celebrat? Et in hoc Ancharanus distinguit, quod si Episcopus, vel Archiepiscopus declinet ad dicta loca voluntariè, non debet tales oblationes recipe-

re,

re, si autem celebret necessariò pro exequutione officij in casibus permissis exequendo officium pastorale, videlicet chrismando, ordines conferendo, & similia, possit dictas oblationes habere, cum sint accessoriæ ad missam, & celebratio sit necessaria, ita Ancharan. ibi nu 8 & videtur sequi Imola nu. 14. sed Cardin. ibidem in princ. nu. 11. dicit verius esse, quod teneatur ei conseruare, cui iura parochialia competunt.

Iuxta secundam regulam. Prohibetur Archie-
9 piscopus in locis exemptis ordinationes celebrare, quia est iurisdictionis, vt dicit Ancharan. ibidem nu 8. Cardin. nu. 5. in princ. & in §. sic tamen nu. 1. Imol. nu. 4. Abb. nu. 3. Vitalin. nu. 5.

Nec sedere pro tribunali, Cardinal. ibidem in princ. nu. 5. Imol. nu. 4.

Nec cathedram collocare, Vitalin. nu. 30. & est text. in cap. luminoso 18. q. 2. quod tamen intelligitur de cathedra iudiciali, vt dicit glos. ibidem vers. collocare.

Nec chrismare in fronte, quia habet mixturam iurisdictionis, & officij Episcopalis, vt dicit Ancharan. nu. 8. Cardin in princ. nu. 5. Imola num. 4. Abbas nu. 3. Vitalin. nu 20.

Nec degradare, Ancharan. ibidem nu. 90. Vitalin. nu. 20.

Nec facere processionem generalem, quia est potius officij, quàm honoris Episcopalis, Vitalin. in d. clem nu. 55.

Nec confessiones audire, nec confitentes absoluere, nec eis iniungere pœnitentiam salutarem, quia non potest in exemptos potestatem exercere, licet Archiepiscopus possit in visitatione, subditos Suffraganeorum absoluere, vt declarat Vitalin. ibidem nu. 53.

Nec remissiones, & indulgentias dare, quia non est dignitatis, sed iurisdictionis Episcopalis, Anchar. nu. 6. Cardin §. sic tamen nu. 4. Vitalin nu. 65. extendens, quod nec etiam potest concedere, vt exempti suo nomine largiantur, & si dant, non prosunt nisi quoad sibi subditos ibidem nu. 66.

Notandum tamen, quod in casibus, in quibus potest Archiepiscopus, vel Episcopus in locis exẽptis aliqua facere, si de facto prohiberetur, non posset contra eos procedere, sed agere deberet coram superiore exemptorum, vt dicit Cardin. d. §. sic tamen nu. 5. Vitalin. nu. 56. & superior eos coget vigore huius constitutionis in dicta clement. Archiepiscopo.

Notandum, quod vigore Concilij Tridentini,
10 multa sunt permissa Episcopis tanquam Ordinarijs exercere in locis exemptis; & Primò, visitatio Monasteriorum, & Domorum, virorum, & mulierum, quibus imminet cura animarum personarum sæcularium in ijs, quæ ad curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, Concil. Trident. sess. 25. cap. 11. de regularibus.

Secundò, visitatio beneficiorum Curatorum, quæ vnita sunt quibuscunque Ecclesijs, vel Monasterijs, vt animarum cura laudabiliter exerceatur sess. 7. cap. 7. de reformat.

Tertiò, exploratio voluntatis Nouitiarum profiteri volentium in Religione sess. 25. cap. 17. de regularibus.

Quartò, nouorum miraculorum, & reliquiarum approbatio, necnon imaginum, ac picturarum Dei, & Sanctorum, quę in his locis apponuntur, dicta sess. 25. in decreto de inuocatione, & veneratione Sanctorum.

Quintò, benedictio Prædicatorum, quando in Ecclesia sui ordinis prædicant sess. 5. cap. 2. de reformatione.

Sextò, licentiæ concessio cum prædicant in aliena Ecclesia, ibidem, quod de examinatione etiam intelligi debet, iuxta declarationem Congregationis Concilij.

Septimò, correctio Prædicatorum qui scandala, & errores in populo disseminant, ibidem.

Octauò, publicatio censurarum, & interdicti.

Nonò, festorum dierum obseruatio sess. 25. cap. 12. de regularibus.

De consecratione Ecclesiæ, videtur dicendum,
11 quod non possit inuitis exemptis, quia est res dependens à potestate, & officio Episcopali, & non spectans ad honorem Episcopalem, iuxta dictas regulas.

Collocare solium in dicta Ecclesia exempta
12 ad effectum celebrandi, videtur dicendum, quod possit, quia spectat ad honorem Episcopalem, & est de accessorijs ad celebrationem, quam potest facere in pontificalibus, iuxta primam regulam.

Habere proprios Canonicos, & Ministros, qui
13 ei assistant, cum celebrat, & pontificalia exercet, videtur distinguendum, nam si faciat actum permissum voluntariè, habere possit proprios ministros, & assistentes necessarios ad illum actum exclusis alijs, quia cum possit illum actum liberè celebrare, poterit etiam liberè assumere sibi ministros benè visos, propter regulam accessorij, & cum quid conceditur, &c. Si autem faciat actum necessarium exequendo officium suum pastorale vocatus ab exemptis, & tunc primum recurratur ad priuilegium, vt videatur eius forma, & continentia, cap. porrò de priuilegijs, alioquin poterit Episcopus dicere, ego volo meos ministros, & assistentes, & hoc etiam videtur esse ex decore dignitatis Episcopalis, quæ magis honoratur, cum simul cum capite adsunt eius membra. Possunt etiam in hoc casu exempti dicere, nos volumus Episcopo ministrare, & nolumus, quod alij nobis inuitis in Ecclesia nostra faciant similes functiones, & tunc differentia ex conuentione posset terminari; & bonum videretur, quod omnes Episcopo assisterent, quia ita maiore solemnitate, & ministrorum numero res perageretur, & Episcopus à suis membris non separaretur, cap. nouit de his, quæ fiunt à Prælatis, & personæ exemptæ non possent conqueri, quod earum ministerium despiceretur ab Episcopo, & quodammodo læderetur exemptio, dum ipsis exclusis, alij in eorum Ecclesia inseruiunt, præsertim in his, quæ iurisdictionem concernunt, qualis est ordinatio.

SVMMARIVM.

1 *Episcopo celebranti Synodum Diœcesanam debetur cathedraticum.*
2 *Cathedraticum non potest præscribi contra Episcopũ.*
3 *Valet præscriptio circa quotam cathedratici.*
4 *Pro cathedratico debentur Episcopo duo solidi.*

Num cathedraticũ debeat persolui Episcopo ab Ecclesijs, si numquam fuit consuetum persolui.

DECISIO XXII.

1 Catedraticum, seu Synodaticum deberi Episcopo Massæ Lubrensi celebranti Synodum primam Diœcesanam, & toties quoties eam deinceps celebrat, moueor ex infrascriptis.

Vulgata iura canonica, quibus colligitur hoc deberi, sunt videlicet, cap. placuit 10 quæst. 3. cap. olim de censibus, cap. conquerente de offic. ordin. sequitur Archidiacon. in cap. eulogis 18. distinct. Panorm. 1. notab. in d. cap. olim. & debet solui in Synodo, Goffr. in Summa tit. de offic. ordin. col. final. & in tit. de censibus 5. nunc videamus, & alios, quos congerit Henrichus Botæus in tract. de Synodo Diœcesan. nu. 76. & infra.

Neque possunt iuuari, qui tenentur ex solutione hucusque non facta, quia præscriptio non potest interuenire, vbi Synodus non fuerit hucusque coacta, & sic non entium nullæ sunt partes, tanto magis, quod communis est opinio glos. in cap. qui-
2 cumque il primo 16. q. 7. vbi affirmat non posse præscribi contra Episcopum in totum circa catedraticum, cum non possit illud Episcopus abdicare à se, cap. pastoralis de donation. Io. Andr. in cap. eum venerabilis de censibus col. 3. vers. de catedra-
3 tico, & ibidem Cardin. Zabarell. licet valeat præscriptio circa quotam, cap. olim de censibus, Cardinal. de Turrecrem. in d. cap. placuit, sed non in totum, ita Balb. in tract. præscript. in quinta parte in 16. q. 36. col. . ita Diuus Carolus Borromeus in secunda Synodo Diœcesan.

Remanet autem potest dubitari, quid intelli-
4 gi possit, nunc in praxi per duos solidos, de quibus iura loquuntur circa qualitatem monetæ, aliqui dicunt intelligi de argentea, alij verò de aurea magis vsuali, & ita intelligendum esse, testatur Hostiensis in tit. de censibus 5. ex quibus.

A quibus autem est exigendum remitto me ad ea, quæ tradit Imola in dicto cap. conquerente.

Qua re delata ad sacram Congregationem Illustriss. Cardinal. negotijs regularium præpositæ, fuit decisum, posse Episcopum exigere Synodaticum, siue Cathedraticum, iuxta dictum cap. conquerente, non obstante allegata præscriptione, seu immemorabili consuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Aliquid deberi Ecclesiæ, & deberi eius Rectori sunt idem.*
3 *Rector repræsentat Ecclesiam.*
4 *Appellatione Ecclesiæ venit eius Capitulum.*
5 *Iurans obedire Episcopo, & Ecclesiæ, tenetur obedire Episcopo, & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis.*
6 *Quando Rector Ecclesiæ aliquid possidet, Ecclesia dicitur eandem rem possidere.*
7 *De iure dicitur dari Ecclesiæ, quod datur eius Prælato, siue Rectori.*

Cultræ defunctorum, num debeantur Ecclesijs, exclusis earum Rectoribus.

DECISIO XXIII.

1 Orta lite inter Reuer. D. Anellum cessionarium Rectoris cuiusdam Parochialis Ecclesiæ, & Administratores regulares eiusdẽ Ecclesiæ circa cultram paruam appositam super scutillo, in quo delatum fuit corpus cuiusdam pueri defuncti ad ipsam Ecclesiam, dicti Administratores bonorum, seu fabricæ dictæ Ecclesiæ prætendebant dictam cultram spectare ad Ecclesiam, & in ipsius Ecclesiæ vtilitatem conuertendam esse, & ad fundandam eorum intentionem, allegabant edictum funeralium Curiæ Archiepiscopalis, in quo habentur hæc verba, videlicet: *Quando verrà alcun figliolo nello scutillo, con la coltrella noua fatta dalle parti, resti à beneficio della Chiesa, & non essendo noua, non se ne pigli cosa alcuna;* ex quibus verbis colligitur, quod dicta cultra conuertenda sit in vtilitatem Ecclesiæ.

Et introducta causa prædicta in Curia Archiepiscopali, videbatur resoluendum esse pro dicto Rectore, seu eius Cessionario; nam per illa verba edicti, per quæ reseruantur cultræ paruæ ipsi Ecclesiæ, non excluduntur Rectores, sed intentio Legislatoris fuit declarare, quæ cultræ restitui debeãt hæredibus defuncti, & quæ remanere debeant penes Ecclesiam; non autem fuit definire, quæ conuertenda sint ad vtilitatem Ecclesiæ, & quæ accipere debeat ipse Rector pro se, quod clarè colligitur ex verbis; nam dicitur, *che essendo noua resti alla Chiesa, & non essendo noua, non paghi cosa alcuna*, id est restituatur hæredibus defuncti absque pecuniæ solutione.

Præterea, de iure non sunt contraria hæc duo,
2 videlicet aliquid deberi Rectori Ecclesiæ, & deberi Ecclesiæ, imò hæc duo inuicem se includunt; nam dominium rerum est penes Ecclesiam, & ad-
3 ministratio penes Rectorem, qui repræsentat Ecclesiam, Innocent. cap. cum super nu. 3. & 4. & ibi Abbas nu. 18. Imola nu. 7. Bellamer. nu. 1. & 2. Ancharan. nu. 6. Butrius nu. 9. Felin num. 19. de rescr. Parif. cons. 24. nu. 5. vol. 1. & nouissimè Rota Romana collecta per Farinac. par. 2. decis. 695. vnde Ecclesiæ nomine venit Episcopus, qui est Rector Ecclesiæ, glos. cap requisisti vers. exprimat de te-
4 stament. Item appellatione Ecclesiæ venit Capitulum Canonicorum, vnde Canonici censentur agere nomine Ecclesiæ, cap. ex parte de concess. præbend. glos. cap. fin. de restitut. spoliat. verb. Canonici, Abb. cap. eam te de rescript. & d. cap. requisisti de testament.

Tùm quia iurãs obedire Episcopo, & Ecclesiæ,
5 tenetur obedire Episcopo, & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis, cap. cum clerici de verbor. significat. Rota Romana Farinaccij par. 1 decis. 118 nu. 1.

Tùm quia quando Rector Ecclesiæ aliquid pos-
6 sidet, Ecclesia dicitur eandem rem possidere, Innoc. cap literas de restit. spoliat. vbi Abbas, & cap. cum super nu. 2 t. de causa poss. & ppnis, & proprietatis, Natta cons. 562. Rota prædicta part. 1. decis. 119. num. 2.

Tùm

Tùm quia de iure dicitur dari Ecclesiæ, quod
7 datur eius Prælato, siuè Rectori, glos. cap. si quis contumax, verb. componat 17. q. 4.

Ex quibus concludendum videbatur, quod verba edicti, quibus mandatur dicta cultra dari Ecclesiæ, non excludunt dictum D. Anellum Cessionarium Rectoris, & proinde posse sibi applicare, maximè cum dicta cultra parua, parum vel nihil inseruire possit Ecclesiæ. Huiusmodi tamen causa adhuc pendet indecisa, nam partes tractarunt de concordia.

SVMMARIVM.

1 *Ad denunciationem vnius honesti viri, qui defert de fama, vel scandalo, impeditur matrimonium contrahendum.*
2 *Ab iis, quæ omitti possunt sine peccato, abstinendum est propter scandalum.*
3 *Electio iusta, propter scandalum irritatur.*
4 *Ad vitandum scandalum, matrimonium impeditur simpliciter, & non ad tempus.*

Num matrimonium impediri possit ab Episcopo propter scandalum.

DECISIO XXIV.

Tractatum fuit matrimonium inter duas personas, quæ inter se concordes erant circa matrimonij prædicti sollemnizationem; verùm quia mulier erat valdè nobilis, & virum, qui volebat cum ea contrahere, excellebat multum in nobilitate; propterea consanguinei dictæ mulieris, stante disparitate conditionis cæperunt minari cædes, & mortem, si tale matrimonium contraheretur, quod in dedecus familiæ cedere conclamabant; & quia verisimiliter dicta scandala oriri poterant, fuit dubitatum, an Episcopus posset huiusmodi matrimonium impedire, & prohibere ne contraheretur.

Et cum fuissem de hac re consultus, auditis rationibus vtriusque partis, videbatur dicendum. Primò, quod nullo modo poterat impediri, nam in casu huiusmodi aderat consensus viri, & mulieris, qui necessarius est ad contrahendum; quare non poterat impediri ob scandalum, quod est extrinsecum, & per accidens, maximè cum matrimonium institutum sit in remedium luxuriæ.

Secundò, quia consensus in contractibus est de iure gentium, & non potest impediri per ius aliquod positiuum, quin suum sortiri possit effectum.

Tertiò, vtilius est permitti scandalum, quam veritatem relinqui, cap. qui scandalizauerit, de regulis iuris.

Sed ex alia parte fui in voto, quod dictum matrimonium poterat per Episcopum impediri, ex sequentibus rationibus.

Primò, per textum in cap. cum in tua de spon-
1 salibus, vbi habetur, quod ad denũciationem vnius honesti viri, qui defert de fama, vel scandalo impeditur matrimonium contrahendum.

Secundò, per textum in cap. 2. de nou. oper. nunciat. vbi habetur, quod ab eis, quæ omitti possunt
2 sine peccato, est cessandum pro vitando scandalo, iuxta dictum Apostoli, qui ait: *Si scandalizauero fratrem meum, non comedam carnes in æternum*; & Dominus noster Iesus Christus, vt habetur Matth. cap. 18. dixit: *Væ homini illi per quem scandalum venit*, idquè tenet expressè Gloss. cap. super eo de cognatione spirituali, vbi habetur: Si scandalum est, quod aliqui coniungãtur, prohibendi sunt pro-
3 pter scandalum; vndè similiter electio iusta, ob vitandum scandalum, reuocatur, & irritatur, gloss. cap. 2. distinct. 62. Abb. cap. 1. de electione, Felin. cap. nihil de præscript. Dec. cap. cum teneamur de præbendis, facit text. in cap. nisi cum pridem de renunciatione §. pro graui cap. quæsitum, vbi Abbas de rer. permutat. Couarr. in regul. peccatum 1. par. relectionis nu. 5.

Replicabat quidam Reuerendissimus Episcopus, non posse in tali casu prohiberi simpliciter matrimonium, sed tantum ad tempus, quod quidem videbatur probabile; sed re maturius perpen-
4 sa resolui, quod stante dicto scandalo, simpliciter poterat dictum matrimonium interdici quousque causa dicti scandali durauerit; nam vitare scandalum in illis rebus quæ sine peccato omitti possunt, est præceptum diuinum naturale, ex allegato loco Matth. 18. omittere autem matrimonium, non est peccatum, quare simpliciter potest prohiberi, nam omni tempore scandalum est malum, & euitandum, & ponderatur id, quod dictum est supra de D. Paulo: *Si scandalizauero fratrem meum, non comedam carnes in æternum*; & non dicit ad tempus aliquod determinatum, sed potius in æternum, quia in æternum vitari debet scandalum, & non ad tempus, in ijs, quæ sine peccato omitti possunt.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum, quod consensus matrimonialis, licet sit de substantia matrimonij, tamen præstandus est cum debitis circumstantijs, & non cum scandalo, & licet matrimonium sit remedium luxuriæ, tamen peccatum luxuriæ vitari potest alijs modis, vel contrahendo cum alijs fœminis.

Ad secundum respondetur, quod ratio naturalis de vitando scandalo dictat in tali casu abstinendum esse ab huiusmodi consensu ad euitandum malum imminens.

Ad tertium respondetur, quod argumentum procedit, quando aliquid non potest committi, vel omitti absque peccato, tunc enim ob vitandum scandalum non debet fieri dicta commissio, vel omissio, ac in casu nostro non est peccatum omittere contractum dicti matrimonij. Quare concluditur ob scandalum vitandum, posse matrimonium simpliciter impediri.

Audiui huiusmodi causam fuisse introductam in Curia Archiepiscopali, tamen adhuc pendet decisio.

SVMMARIVM.

1 *Clerus, & Canonici in festis sollemnibus debent obuiam ire Episcopo suam Ecclesiam ingredienti, & honorificè eum suscipere.*
2 *Clerus, & populus debet exire obuiam Episcopo Ciuitatem ingredienti.*

3 Cano-

3 *Canonici an teneantur accedere ad palatium Episcopi distans ab Ecclesia Cathedrali per vnum miliare ad eum associandum.*
4 *Canonicorum obligatio erga Episcopum intelligi debet in terminis habilibus.*
5 *Canonici sunt viri in dignitate positi.*
6 *Dispositio est regulanda, & interpretanda, iuxta solitum.*
7 *Palatium Episcopi gaudet immunitate Ecclesiæ, & quare.*
8 *Obligatio accedendi ad publicas processiones est magis enixa in Canonicis, quam illa obuiam ire Episcopo.*
9 *Clerici si absunt à Ciuitate per dimidium miliare non tenentur accedere.*

Palatium Episcopi si distet ab Ecclesia Cathedrali per vnum miliare, an Canonici in festiuitatibus teneantur illuc accedere ad sociandum Episcopum.

DECISIO XXV.

1 EPiscopo in festiuitatibus sollemnibus suam
Ecclesiam ingredienti debet eius Clerus, &
Canonici obuiam ire,& honorificè eum suscipere,
vt notabiliter voluit Bertach. in tract.de Episcopo
in 1.part.4.lib.in rubr. de vita Episcopi, Bombin.
in tract.de resident.Episcop.q.13.nu.6. & seq. vo-
lens Episcopum esse recipiendum á Canonicis in
Ecclesia tanquam supremum Principem,Bald.an-
te omnes in cap. licet causam il secondo, vers. ibi
honore de probat.de quo meminit Tiraquell.in
tract.de nobil.cap.25.nu.37. vers.sed Bald.dicit si-
2 cut à simili Clerus,& populus debet exire obuiam
Episcopo ingredienti Ciuitatem, vt per Franch.in
decis.164. Quarè ex his fuit coram me dubitatum
in quadam causa compromissa, an supradicta
3 conclusio procederet,vbi palatium Episcopi dista-
ret ab Ecclesia Cathedrali per vnum miliare, &
quod tenentur dicti Canonici accedere, facit ratio
generalis, quæ includit omnem personam, l. si
ita, vbi Bald. & reliqui communiter ff. de legatis,
Alexand.de Neuo in cons. 16. num 3. & sequent.
hinc voluit Alberic. in l. semper ff.de oper. libert.
personam Prælati à subditis esse tenendam in ma-
xima veneratione, etiam cum periculo propriæ
personæ, cum sit Princeps in Diœcesi, cap.illud de
maiorit. & obedient. & ab omnibus Principibus
obediendum cap.omnes Principes eod.tit. vbi latè
Bald.in 3.notab.

Cæterùm supra positis minimè suffragantibus
4 contra eum fuit ex voto meo iudicatum, ex quo
obligatio Canonicorum erga Episcopum,intelligi
debet terminis habilibus, argum.text.in l.si quan-
do ff.de inofficios.testament.Bald.cons.23.num.6.
& in cons.16.num.4. vol. 1. Alex.cons.197. vol.2.
& indecorum videretur Canonicos pedetentim
5 ibi accedere, cum sint viri in dignitate positi, glos.
in cap.si quando de rescriptis, Verall. in decis.90.
par. 1. Mohedan.in decis.1. de constitut. & posse
quis dicitur,quod honestè potest,vt dixit Ias.plura
cumulans in cons.93. vol.1. & in dicta l.si quando
in princ. & non omne, quod licet honestum cen-
setur,vt per plura fundauit Dec. in l.semper ff. de
regul.iur.& in cons.51.nu.7. & seq. vol.1. Dicebа-
tur etiam ad hoc facere regulam illam, dispositio-
6 nem regulandam, & interpetrandam, iuxta illud,
quod fieri solitum est, l.quod si nolis §. qui assidua
ff.de ædilit.edict.Menoch de arbitr.iudic.q.83.Be-
rous cons. 91. vol. 2. Magon. in decis. Florent.56.
nu. 3. cum consuetudo sit interpretatiua omnium
actionum hominum, Gabr. de consuetudine con-
clus. 1. Ronchegal. in l.nemo num.27. ff. de duo-
bus reis, & consuetum, atque solitum est Episco-
porum palatia non distare tantum ab eorum Ec-
clesijs,vt probatur in cap.quisquis 17.q.4.vbi pro-
7 pterea palatium Episcopi gaudet immunitate Ec-
clesiæ, quoniam est contiguum Ecclesiæ Cathe-
drali, vt probat etiam Panormit. in cap. Ecclesiæ
de immunit. eccles. quamuis quod gaudeat, siuè
contiguum, siuè separatum magis communis est
opinio, vt per Decian.in tractat.crimin.lib.1. cap.
26.Ambros.de immunit.eccles.cap.3.Ital.eiusdem
nomin.tract.cap.29. tandem ad comprobationem
supra positi principalis articuli adducebatur obli-
8 gationem accedendi ad publicas processiones esse
magis enixam in Clericis,& Canonicis, quam illa
obuiam ire Episcopo,vt per Calder.in cons.8. de
Regularibus, Cappell.Tholos. in decis.483. Ma-
resc.lib.1.variar.resolut.cap.44. cum prima respi-
ciat seruitium, secunda verò hominis obsequium,
argument, text. in cap. omnes Principes de maio-
rit. & obedient. & propterea ab illo nullus excusa-
tur, vt latè per Gratian. in decis. Rotæ Marchiæ
232. Antonin.lib.1. variar. resolut. cap.103. & ta-
9 men,si prædicti Clerici abessent à Ciuitate per di-
midium miliare,non tenentur accedere,vt fuit per
Sacram Illustrissimam Congregationem declara-
tum, ad quod facit text. in cap. si quando in fine
38. distinct. vbi huiusmodi obligatio cessat pariter
in Clericis longe absentibus à Ciuitate, qui de
consuetudine non tenentur venire,ergo a fortiori,
neque tenentur Canonici obuiam ire, & accedere
ad palatium Episcopi distans per vnum miliare,
ex vi text. in auth. multo magis C. de sacrosanct.
eccles.argumentum enim de maiori ad minus va-
let, & sic fuit iuridicè decisum.

SVMMARIVM.

1 *Patronus in limine fundationis iurispatronatus potest ad eius libitum quodlibet genus conditionis apponere.*
2 *Patronus in limine fundationis iurispatronatus potest apponere conditionem, vt ad illud valeant præsentare, etiam minores quatuordecim annorum.*
3 *Minor quatuordecim annis de iure communi olim habilis erat ad obtinenda beneficia, quod secus hodie procedit.*
4 *Aetas certa, vbi est requisita per statutum alicuius Ecclesiæ in præsentatione ad aliquod beneficium tunc præsentatio contra dictam formam est nulla.*
5 *Stante statuto in aliqua Ecclesia esse præsentandum sacerdotem præsentatio facta de illo non habente dictam qualitatem non valet.*

6 Testa

6 *Teftator non poteft difponere, vt leges locum non habeant in eius teftamento.*
7 *Regula, quod quilibet poteft apponere legem, quæ fibi placet in eius difpofitione declaratur.*

An Patronus in limine fundationis iurifpatronatus poffit apponere conditionem, vt ad illud valeant præfentari, etiam minores quatuordecim annorum.

DECISIO XXVI.

1 Regulariter Patronus in limine fundationis poteft ad eius libitum quodlibet genus cōditionum apponere, vt latè dixi in decif. 76. part. 1. eum liberum fit de rebus fuis voicuique difponere l. in re mandata C. mandati, & iniquum eft alicui rerum fuarum difpofitionem auferre l. feruus C. de Iudæis, & equum fit cuique fua committere l. liuus ff. fi quis à parente fuerit manumiffus.

2 Verùm in cafu propofito contrarium fuit dictum, & decifum in quadam Curia Epifcopali me ita confulente, in qua dicebam primò, quod li-
3 cet olim de iure communi minor 14. annor. effet habilis ad obtinenda beneficia, Put. in decif. 339. nu. 3. par. 1. & in decif. 46. par. 2. vbi ampliat etiam quò ad acquirendam poffeffionem, vt per Ant. lib. variar. refolut. caf. 109. lib. 1. nihilominus hodie dicitur effe inhabilis ex difpofitione Concilij Tridentini de reformat. feff. 23 cap. 6. Nauar. conf. 11. de præbend. Parif. lib 3. quæft. 3. & lib. 4. quæft. 1. nu. 7 & 9. Leon. in Thef. for eccle. par. 2. cap. 18.
4 nu. 14 fortificabatur pariter fupradicta conclufio, quod vbi certa ætas requifita eft per ftatutum alicuius Ecclefiæ in præfentatione ad aliquod beneficium, tunc præfentatio, & difpofitio contra prædictam formam erit nulla, vt per Caffad. in decif. 69. Bellon. conf. 65. nu. 4. Barbat. in conf. 33. nu 8. vol. 2. & Farinacc. in decif. 15. par. 2. tom. 2. vbi fi infpecto tenore ftatuti alicuius ecclefiæ fit præfentan-
5 dus Sacerdos, non valet præfentatio de illo facta non habente dictam qualitatem, vt etiam tenuit Rota in Valentina iurifpatronatus 20. Martij 1586. coram Iufto, & in alijs pluribus caufis, & fic in cafu noftro, cum dicta conditio fit contra difpofita per Sac. Concil. Trident. mandans ad beneficia ecclefiaftica obtinenda requiri ætatem quatuordecim annor. vt etiã cenfuit Sacra Congregat. refert Neldin fua Summa rerum practicab. verb. beneficium nu. 16. quanto fortiùs erit reijcienda conditio contra Concilium Tridentinum.

6 Nec teftator poteft difponere, vt leges non habeant locum in eius teftamento l. nemo poteft ff. de legat. 1. cum innumeris apud Mantic. de tacit. volunt. lib. 5. cap. 3. & Velafc. in conf. 1. vol. 1. forma enim data à Concilio à nemine prætermitti poteft, Bald. conf. 16. vol. 1. cum debeat adimpleri fpecifice, Viu. in decif. 336. & feruari ad vnguem, & integraliter Grammat. in decif. 79. & non feruata etiam in minima quantitate actus corruit, Mandof. conf. 98. nam forma non feruata propria fubftantia perire dicitur, Pinus conf. 66. nu. 6. & forma priuilegij, & contractus dat legem ipfi contractui, idem Viu. in decif. 337. & eo magis, cum difpofita ab aliquo ftatuto, fiuè lege magis, quã ratio attenditur Mant. conf. 143.

Non obftat decif. Rotæ 480. num. 3. in fin. par. 1. diuerf. volens dictum locum Sac. Concil. Tridenti. de ætate ad beneficium obtinendum habere dumtaxat locum in beneficijs liberis, non autem in patronatibus, quia refpondetur id non feruari in praxi, & numquam vidi practicatum, cum nulla fit diuerfitatis ratio in vtroque cafu, & proinde à regula dicti Concilij non eft recedendum, argum. text. in l. illud ff. ad legem aquiliam l. adijcere §. quamuis, & quod ibi notatur ff. de iurepatronatus.

7 Minus obftat poffe quemlibet in eius difpofitione apponere legem, quam fibi placuit, quia refpondetur id minimè procedere, vbi vergeret in præiudicium iuris determinati cap. venientes de iureiurando, & priuatorum pact onibus iuri publico non derogatur l. priuatorum C. de iurifdict. omn. iudic. l. iuris publico ff. de pactis, Bald. in cap. licet caufam nu. 3. & feq. de probationibus, quod adeò verùm effe fatentur, vt procedat etiam de confenfu partium, Bart. in l. cum hi §. prætor ait ff. de tranfact. Bald. in l. 1. C. qui admitti, Felyn. & alij in cap. fi diligenti de for. compet. Frecc. de præfent. inftrument. par. 9. quæft. 8. nec forma tradita à lege omittenda eft, etiam fi actus expediretur in melius, Felyn in cap. caufam nu. 8. de iudicijs, Rimin. in conf. 467. nu. 12. & Gomef. in §. fuerat, inftit. de actionibus.

Finaliter non obftat claufula appofita in fine inftrumēti, non obftantibus quibufcūque legibus, & conftitutionibus, cuius virtus eft derogare omnibus ijs, quæ difpofitione obftare poffunt, Farinacc. in decif. Rotæ 506. num. 5. tom. 1. par. 1. Anton. variar. refolut. lib. 1. refolut. 46. nu. 7. & 12. quoniam refpondetur teftatorem non poffe in teftamento hanc claufulam apponere, nec ea quifquam inferior à Principe, vt per Barbof. de claufulis cap 45. alios cumulans, nec per eam tollitur conftitutio conciliaris, Gratian. difceptat. forenf. cap. 397.

SVMMARIVM.

1 *Crimen facrilegij eft graue, & atrox.*
2 *Crimen facrilegij æquiparatur crimini læfæ maieftatis.*
3 *Sacrilegium eft grauius delictum, furto, & fornicatione contrarium religioni & pietati.*
4 *Furto fubtrahens bifidam, qua pœna punitur.*
5 *Sacrilegium, quod committitur aduerfus fanctiffimum Sacramentum inter omnia eft grauiffimum.*
6 *Sacrilegij pœna eft arbitraria.*
7 *Pœnæ, quæ fuerunt inflixæ ijs, qui hoc facrilegium commiferunt enumerantur.*

Qua pœna puniri debet furto fubtrahens facrum vas, in quo conferuatur fanctiffimum Sacramentum Eucharistiæ, vulgò appellatum *bifida*.

D E

DECISIO XXVII.

1 QVam graue, & atrox sit crimen sacrilegij scribit Foller. in practic. crimin. cap. 17. nu. 1. & seq. vbi nu. 11. & 12. dixit præsertim esse crimen exceptum, quando immediatè committitur in Ecclesiam, aut Episcopum, secus in alijs, Iodoch. in pract. crimin. cap. 113. rubr. de sacrileg. nu. 11. & seqq. Gregor. sintagm. iur. lib. 33. cap. 15. rubr. de pœn. veri sacrilegij nu. 1. vbi hoc sacrilegij cri-
2 men diuinæ læsæ maiestatis rectè dici potest, cum surripiendo quis, & contrectando res Deo ablatas Deum ipsum contemnere, eiq. iniuriam inferre nitatur. & num. 4. & plurib. seqq. ponit diuersas, & quidem graues antiquorum pœnas in sacrilegos inflictas, & cap. 16. pariter ponit plura exempla diuinæ vindictæ in sacrilegos, Decian. in tract. crimin lib. 6. cap 30. nu. 1. qui benè docet, quomodo lege diuina sacrilegium prohibitum sit, & cap 31. vbi multa de grauitate sacrilegij, & in illius detestationem, & præsertim, quod sacrilegium est gra-
3 uius delictum, furto, & fornicatione contrarium religioni, & pietati inter atrociora crimina connumeratur, æquiperatur crimini læsæ maiestatis, & proditioni, etiam quod in minima re commissum fuerit, & cap. 37. nu. 1. & seqq. ponit, quod tam grauiter diuino iure sacrilegi puniantur, & apud antiquos puniti fuerint. Bonifac. in tractat. de furt. §. alienæ rei nu. 23. & seqq. plura de atrocitate huius criminis cumulans.

Vndè cum fuisset dubitatum, qua pœna veni-
4 ret puniendus furto subtrahens dictam bisidam fuit conclusum esse condemnandum ad triremes per decennium, prout fuit condemnatus, & meritò quidem, quoniam sacrilegi capitis pœna puniuntur, vt dicit text. in l. sacrilegi ff. ad l. Iul. pecul. de qua pœna loquitur latissimè Farinacc. in tract. de furt. & fragm. par. 1. quæst. 171. & eo magis hoc
5 videtur procedere, nam sacrilegium, quod committitur aduersus sanctissimum Sacramentum inter omnia esse grauissimum, probat text. in cap. 1. de custod. Eucharist. Christ. & alior. sacr. ibi ne possit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua hamilia, vel nepharia exercenda, & in cap. nihil de consecrat. distinct. 2. quā penā de iure fundauimus, stante quod sacrilegij pœna est arbitraria, iuxta fa-
6 cti, & personarum qualitatem, prout hic l. 4. §. mandatis autem ff. ad l. Iul. pecul. nam vt supra diximus, dictum sacrilegium fuit commissum contra Dominum Cœli, & Terræ, vnde Iudex debet ante oculos hoc habere, hinc Boerius decis. 254. nu. 15.
7 refert quosdam fuisse ad mortem condemnatos, qui vas, seù custodiam, in qua corpus Christi sanctissimum reponebatur custodiendum acceperāt Iesu Christo in ea existente, confirmat Boss. in tit. de sacrileg. nu. 4. vbi commemorat, de quodam fure, qui calicibus, & alijs ornamentis quasdam Ecclesias spoliauerat, & dicit super furcis altissimis, cum tota caterua furum laqueo suspēsum, idemq. probat Foller. in practic. crimin. fol. 389. nu. 47. & post eum Clar. in §. sacrilegium, vers. sed quæro, quod hic Neapoli fuit suspensus quidam Salernitanus, qui furto subtraxerat quandam crucem ex Ecclesia S. Florentij, & tandem confirmat Gregor. in sintagm. iur. dicto lib. 33. cap. 15. num. 3. dicens se semper fuisse in opinione, sacrilegos, qui impia, & detestanda manu sacram Eucharistiam contrectauerunt, vel sacrarium, seù arculum, quo contineretur tollerent igne viuos comburendos ob sacrilegium, & impietatem.

SVMMARIVM.

1 *Allegans seruitutem itineris non sufficit verificare quasi possessionem ad effectum probandi dictam seruitutem in petitorio.*
2 *Allegans seruitutem illam probare debet, quod amplia, vt nu 3.*
4 *Quasi possessio non liberat ab onere probandi.*
5 *Prædia omnia in sui origine fuerunt libera.*

Alleganti seruitutem itineris non sufficit verificare quasi possessionem, ad effectum probandi dictam seruitutem in petitorio.

DECISIO XXVIII.

FVit excommunicatus quidam ab Episcopo Acerrarum tanquam impediens seruitutem prætensam à quodam Archipresbytero, quare cum fuisset appellatum ad N. Curiā Archiepisco-
1 palem, fuit dubitatum, an esset probata dicta seruitus ad effectum declarandi excommunicationem validam, & fuit communi omnium voto resolutum minimè probata fuisse requisita ad præscriptionem dictæ seruitutis, per regulam illam, quod ab origine sua qualibet res præsumatur libera nullo modo præsumitur, vt tradit Cępoll. de seruitut. vrban. præd. cap. de pariete, & muro post nu. 15. & respondit Roland. à Valle in cons. 32. nu. 36. & in cons. 50. nu. 38. & cons. 2. nu. 15. ac cons. 98. nu. 13. vol. 3. per text in l. altius C. de seruit. & aqua, & ita consuluit Soccin. Sen. in cons. 75. col. 2. idem etiam confirmat ipsemet Roland. à Valle in cons. 34. vol. 4. nu. 1, & Dec. in cons. 360. nu. 4 per text. in d. l. altius, & in l. loci corpus §. competit ff. si seruit. vend. ac per not. à Bald. in cap. 1. in princip. de controu. inuest. facit, quod dicit Alexand. in l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollend. quem referendo sequitur Fr. Bursat. in cons. 46. num. 11. & hoc idem voluit etiam Alexand. in cons. 23. col. 2. lib. 5. Calcan. cons. 34. col. 2. quos nouissimè recenset, ac sequitur Menoch. eruditissim. in cons. 35. nu. 2. & ideò, qui serui-
2 tutem allegat, illam probare debet, author est Riminal. in cons. 431. num. 6. vol. 3. Curt. Sen. in cons. 75. hoc idem voluit Bart. in l. si prius vers. venio ad tertiam partem ff. de oper. nou. nunciat. & Dec. respondit in cons. 32. col. pen. in fin. & in cons. 269. in princ. & 424. col. 2. & 468. col. 2. & 583. col. 2. Ruin. in cons. 45. col. fin. vol. 1. Alciat. eruditè in cons. 491. circa finem, & hoc placuit etiam Soccin. in cons. 102. col. 4. vol. 2. & Paris. cons. 20. in princ. vol. 1. Berous cons. 115. num. 30. vol. 1. & in cons. 65. nu. 157. vol. 2. vbi etiam de communi opinione fidem facit, & sequitur referendo Roland. à Vall. in d. cons. 98. vol. 3.

Amplia conclusionē, habere locum, etiam si aduersarius

5 uersarius sit in quasi possessione nihilominus enim ei onus probandi incumbit, vt tradit Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt 1. nu. 2. inquit enim, ac attestatur mentem DD. esse, vt quasi possidenti incumbat onus probandi, facit, quod dixit Menoch. in dicto cons. 75. num 4. per glos. in l. si priusquam de oper. noui nunciat. vbi Iason num. 30. & Natt. in cons. 23. col. 1. nu. 5. per text. in l. vti frui §. 1. cum ibi not. ff. si vsufr. pet. & per not. in Glos. & Bart. in d. l. si prius in 2. opposit. 3. par. ff. de oper. nou. nunciat. & quod aduersarius in quasi possessione existens probare debeat seruitutem, voluit Alex. post Bart. in d. l. si prius, quos referendo sequitur Hieronym. Gab. in cons. 145. nu. 3. vbi sub-
4 bijcit, quod quasi possessio non liberat ab onere probandi, per glos. communiter receptam, atque approbatam in l. sicuti §. sed si quæratur ff. si seruitus vendic. & Natt. in cons. 69 nu 6 inquit, quod ex quasi possessione seruitutis non præsumitur
5 prædium seruire, quia omnia prædia in sua origine fuerunt libera, vnde ea non releuat ab onere probandi.

SVMMARIVM.

1 *Sodomiæ crimen detestabile est.*
2 *Crimen sodomiæ probatur testibus inhabilibus, fallit, vt nu. 4.*
3 *Linteamina sanguinolenta faciunt indicium sodomiæ.*
5 *Inimicus in criminibus atrocissimis non admittitur.*
6 *Crimen sodomiæ an probetur si duo testes vnus post alium asserant se vidisse per foramen aliquos nefandè coire.*

Sodomiæ crimen, an censeatur probatum si duo testes asserant se vidisse, vnus post alium per foramen aliquos nefandè coire.

DECISIO XXIX.

1 Sodomiæ crimen, quàm sit detestabile, & odiosu colligi pôt ex rescripto Cõstantini Imperat in l. cũ vir ff. ad l. Iul. de adult. cum vir, inquiunt, nubit in fœminam, viris porrecturam quid cupiatur, vbi sexus perdidit locum, vbi scelus est id, quod non proficit scire, vbi venus mutatur in alteram formam, vbi amor quæritur, nec videtur iubemus insurgere leges, armari iura gladio vltore, vt exquisitis pœnis subdantur, infames, qui sunt, vel futuri sunt rei, sed & idem nobis ostendit Constitutio Imperator. Valent. Theodos. & Archad. lib. 9. Cod. Theodosiani tit. 7. omnes inquiunt, quibus flagitis vnus est virile corpus muliebriter constitutum, alieni sexus damnare patientia: nihil enim videtur habere discretum cum fœminis huiusmodi scelus spectante populo flammæ vindices expiabunt, sed & idem crimen olim lege Scatinia puniebatur, cuius legis vigore plures à Domitiano damnatos Suetonius refert Alex. quoque Summus Pontifex hoc vitio laborantes excomunicatos esse voluit cap. 3. de excessibus Prælatorum, sed ne pluribus vtar, videre potes Menoch. de arbitr. iudic. casu 286. & Didac. Couarr. in repet. clement. furiosus §. 1. nu. 6. apud quos plura in huius odiosi criminis detestationem videre potes.

Crimen igitur istud, cum à communiter accidentibus occultè committi soleat, & ita detestabile sit, cum inter atrocissima delicta meritò possit cõ-
2 numerari coniecturis, & præsumptionibus, necnon testibus inhabilibus probabitur, iuxta tradita in l. famosi ff. ad l. Iul. maiestat. & in cap. per tuas extra de simon. Abbas in cap. fin. extra de testibus, Spe. ul in tit. de accusat. §. 1. in fin. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 27. & casu 474. cent. 5. Marsil. in l. de minore ff. de quæst. cons 101. nu. 16. cons. 161. nu 7 & 11. Caccheran. decis. nu. 36. Vulpell. cons. 96. nu. 7. Roland. à Vall cons. 27. nu. 7. vol. 3. cons. 7. nu 14. vol. 1. cons. 24. nu. 67. eod. volum. 1. & latè Mascard. in conclusione obscurum, & in conclusione testes inhabiles, in quibus causis recipiantur, & in conclusione socius criminis, vbi videre potes, sed & alium modum probandi sodomiam in genere, tradidit nobis Foller. in practic. crimin. par. 2. verb. capiet informationem nu. 13. nempe quod Iudex aduocet matronas obstetrices, vel alios peritos, qui inspiciendo referant, an talis iudicio suo sit stupratus, necne, iuxta tradita per Doctor. in cap. proposuisti de probat.

Sed & etiam ex eo, quod diximus istud crimen coniecturis probari, illud sequitur, quod si testes
3 deponant se vidisse linteamina sanguinolenta, vel camisam sanguine fœdatam faciunt indicium sodomię, vt tradit idem Foller. d. nu. 13.

Animaduertendum tamen est, quod licet testes
4 inhabiles in isto crimine recipiantur, tamen id locum non habet in inimico, qui ad testificandum repellitur, vt latè tradit Marsil. cons. 28. num. 7. & seq. cuius rei ea est ratio, quoniam nec in crimini-
5 bus atrocissimis inimicus admittitur, cap. per tuas extra de simon. Barr. in l. quæstionibus ff. ad l. Iul. maiestat. Roman. in l. si verò §. de viro ff. solut. matrimon. Abb. in cap. inquisitionis §. 3. extra de accusationibus, idem Marsil. in l. 1. §. præterea in princip. ff. de quæstionibus.

Vnde ad casum, de quo quæritur, allegabatur
6 doctrina Marsil. cons. 28. sodomiam non probari per testes de auditu, nam in suo casu testis quidam deposuerat se post parietem intellexisse quendam sodomiam cum puero commisisse, cuius dictum reprobat, cum sit remotum à verisimili, & huiusmodi crimen non possit per auditum percipi, sed per visum solum, quem sequutus est Chassan. in consuetud. Burgund. in tit. des iustices de incelles in rubr. 57. fol. mihi 15.

Verùm fuit decisum contrarium, vt testes videntes vicissim, vnus post alium per foramen coire aliquos nefandè dicantur contestes, Viuius lib. 2. decis. 241. sub nu. 25. Mascard. volum. 1. de probation. conclus. 59. nu. 15 & conclus. 65. nu. 2. Abbas in cap. præterea num. 1. extra de testibus, gloss. in cap. nihilominus 3. quæstio. 8. Crot. in tractat. de testibus num. 187. quicquid dixerit Tholosan decis. 309.

SVMMARIVM.

1 *Clausula in gratia Pontificis, & cum absolutione à censuris ad effectum præsentium dumtaxat, an ei, qui per annum insordescit in excommunicatione, suffragetur, nu. 4.*
2 *Quælibet dictio in iure aliquid operari debet.*
3 *Clausula præfata apponitur in impetratione beneficiorum, & alijs gratijs, quas Papa concedit, ad effectum, vt censuris irretiti valeant beneficia obtinere.*
5 *Insordescens in excommunicatione censetur suspectus de hæresi.*
6 *Clausula prædicta non habet effectum in inobedientibus Papæ.*
7 *Insordescentia excommunicationis excluditur per diligentias factas ab excommunicato pro absolutione.*
8 *Clausula præfata non suffragatur irregulari, ob notoriam fornicationem, neque incendiarijs, & violatoribus Ecclesiarum, vt nu. 10.*
9 *Papa nunquam censetur super irregularitate dispensare.*

Clausula in gratia Pontificis, & cum absolutione à censuris, ad effectum præsentium dumtaxat, an suffragetur ei, qui per annum insordescit in excommunicatione.

DECISIO XXX.

1 IMpetrauit quidam beneficium à sede Apostolica, & commisso mihi negotio in forma dignum, cumq. impetrantis merita scrutassem, ad effectum, de quo supra, opponebatur dictum impetrantem insorduisse in excommunicatione per annum, & proinde esse incapacem dictæ gratiæ, ad text. in cap. postulasti, & in cap. proposuisti de clerico excommunicato ministrant. Cassad. in decis. 1. de præbendis, Put. in decis. 2. lib. 1. verùm in eius fauorem dicebatur, prædicta non obstare, stante clausula in dicta gratia, & cum absolutione à censuris, quo casu inhabilis efficitur habilis, & capax, vt late per Dec. & alios communiter in cap. Apostolicæ col. 2. vers. vltimo prædicta regula de exceptionibus, post Alberic. & alios, quos allegat Boer. in decis. 290. & nonnulli relati per Peguer. in decis. 23. & iuxta sententiam Alberic. in l. à procedente in princ. C. de dilat. cum quælibet dictio in
2 iure aliquid operari debet l. si quando ff. de legat. 1. & nullum verbum esse otiosum, glos. in cap. vnico de scrutinio, propterea dicta clausula debet in aliquo operari, ideò habebit effectum, vt eum reddat gratiæ capaci, & tollere impedimentum prouenientis à censuris, Rebuff. in prax. benefic. par. 1. & in declaratione bullæ nouæ prouisionis §. absoluentes nu. 15. Nauarr. consi. 25. nu. 18 in fine, & nu. 21. de sentent. excommunicat. Monald. consi. 159. num. 6. & seq. vol. 2. Bombin. consi. 71. nu. 3. vbi vo-
3 luit, dictam clausulam apponi in impetratione beneficiorum, & in alijs gratijs, quas concedit Summus Pontifex, ad effectum, vt censuris irretiti valeant beneficia obtineri.

Cæterùm, supra positis minimè suffragantibus
4 contrarium iudicaui, non admittendo impetrantem, declarando ipsum indignum gratiæ, & proinde dictam clausulam non suffragari, ex quo non habet effectum in fauorem insordescentium in excommunicationem per annum, Bombin. consi. 73. nu. 4. & seq. Guttier. lib. 1. canonic. quæst. cap. 71. num. 6. Marta de clausul. cap. 47. Merend. consi. 29. col. 2. nu. 10. & seq. obstat enim insordescentibus Regula Cancellariæ 61. & motus Sixti V. vbi ne præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & insordescendi in illis statuit, ne absolutiones generales apponantur in literis suffragetur ijs, qui scienter excommunicationis sententiam per quatuor menses sustinuerint, adducitur pariter ad prædicto-
5 rum comprobationem, prædictos insordescentes censeri de hæresi suspectos cap. cum contumacia de hæreticis in 6. xin, Seraphin. in decis. 704. par. 2. Rota diuers. in decis. 850. par. 3. lib. 3. & consequenter indignos ecclesiasticis beneficijs cap. ad abolendam de hæret. latè Aufrer. ad Cappel in decis. 340.
6 item dicta clausula non habet effectum in istis, qui possunt dici inobedientes Papæ, vt per Boer. & alios penes cum in citata decis. 290. & de suspectis de hæresi, quod non prosit, facit text. in cap. excommunicamus §. credentes de hæreticis, Felyn. in cap. Apostolicæ col. 1. de exceptionibus.

Non obstat, dictum excommunicatum fecisse diligentias pro absolutione, quo casu tollitur effectus cap. cum contumacia de hæreticis, & facit decisio Rotæ in vna Oscen. Archidiaconatus 16. Maij 1603. coram Lancellotio, vbi excommunicationis
7 insordescentia excluditur per diligentias factas ab excommunicato pro absolutione, quoniam fuit responsum, dictas diligentias non fuisse plenè, & concludenter verificatas, quo casu non suffragatur l. 1. §. quoties ff. de probat.

Animaduertendum obiter, dictam clausulam
8 non suffragari pariter irregulari ob notoriam fornicationem, Nauarr. in consi. 66. de sentent. excommunicat. & ratio communiter redditur, quoniam
9 Papa nunquam censetur super irregularitate dispensare, nisi expressè dicat, idem Nauarr. in manual. cap. 27. nu. 253. neque committentibus falsum in literis Apostolicis, Rebuff. in prax. in forma
10 nouæ prouisionis num. 89. & seq. neque incendiarijs, & violatoribus Ecclesiarum, & alijs personis relatis in dicta regul. 61. Cancellar. Sixti V. & huiusmodi absolutio, vt in litteris dicitur datur ad effectum præsentium, vt ad hunc effectum suspendatur excommunicatio, suspensio, & interdictum, Rebuff. in loco citato nu. 6. vnde si post huiusmodi absolutionem se ingerat in diuinis est excommunicatus cap. is cui de sentent. excommunicat. lib. 6. neque potest habere beneficium ab Ordinario absque alia absolutione.

SVMMARIVM.

1 *Clausula sine præiudicio exequutionis litterarum Apostolicarum, quid operetur, & num. 2. & 3. vbi refertur decisio articuli.*

An

An Delegatus Apostolicus in causa appellationis, sententia executoris literarum Apostolicarum, cum clausula sine praeiudicio exequutionis literarū Apostolicarum possit per viam attentati reuocare exequutionem praedicti exequutoris.

DECISIO XXXI.

1 IN vna Licterensi Canonicatus, in qua mihi cōmittebatur exequutio quorundam literarum Apostolicarum Canonicatus vacantis per obitum N. in quo reperiebatur intrusus N. verificatis clausulis coram me fuit per sententiam immissus in possessionem appellatione pendente prouisus à Summo Pontifice, & cum fuisset praedicta causa cōmmissa per viam appellationis Reuerendissimo Episcopo Cauensi, cum clausula sine praeiudicio exequutionis literarū Apostolicarum, pro parte dicti N. appellantis, fuit instatum pro reuocatione attentatorum coram praefato Domino Episcopo. Fuit dubitatum an stante clausula praedicta apposita in commissione posset dictus Dominus Episcopus per viam attentati reuocare exequutionem sententiae á me latae pro exequutione literarum Apostolicarum, & patrocinante D. Thoma Imperato V. I. D. & Viro doctissimo infrascripta adducebantur, quibus motus censui non posse cognosci de attentatis praedictis, Primo, Quia potuit exequutor non deferre appellationi interpositae, quia praedicta appellatio non habuit effectum suspensiuum ad text. cum ibi communiter notatis in cap. nouit de appellationibus, & in l. ab exequutore C. quorum appellationes non recipiuntur & sic exequutio ea pendente carere dicitur vitio attentatorum.

2 Secundò, quia stante clausula praedicta, sine praeiudicio exequutionis apposita in commissione causae principalis non potest Iudex procedere in negotio nisi parito literis, sicut dicitur de clausula sine retardatione solutionis pensionis, Sarnens. in compēdio signaturae num. 84. Puteus, dec. 19. de pension. Io. Paulus dec. 61. cui aequipollet, ita fuit resolutum in causa Syracusana praeminentiarum 5. Octobr. 1584. coram Bubalo, & fuit decisum in Auellina Archipraesbiteratus 6. Aprilis 1588. coram Serafino.

3 Tertiò, quia articulus praedictus reperitur in terminis decisus, nam clausula haec posita in commissione appellationis operatur quod substineatur exequutio facta appellatione pendente, vt fuit notabiliter dictum in causa Foroliuiensis beneficiorum 13. Iunij 1588. coram Serafinn, & Marta de clausulis claus. 160. & secundum hanc opinionem fuit iudicatum in dicta Curia Episcopali Cauensi.

SVMMARIVM.

1 *Iudici asserenti se adhibuisse causae cognitionem in decreto non creditur.*
2 *Iudici asserenti in sententia libellum, litis contestationem, testiumq; examinationem non creditur.*
3 *Iudici non creditur super stilo, & consuetudine.*
4 *Iudici delegato asserenti mandatum delegationis non creditur.*
5 *Notario dicenti in instrumento fuisse decretum interpositum non creditur.*
6 *Assensus non probatur ex verbis Notarij.*
7 *Decurionibus asserentibus illud quod faciunt ad suū arbitrium pertinere credendum.*
8 *Iudici creditur de his quae coram eo gesta sunt.*
9 *Exequutoris assertioni creditur quando concurrunt adminicula.*

Iudicis assertioni positae in sententia quandoq; standum.

DECISIO XXXII.

IN eadem causa Licterensi fuit dubitatum, an esset credendum sententiae Exequutoris asserētis N. intrusum confessum fuisse coram eodem Exequutore, se nullo titulo praecedēte ingressum fuisse possessionem Canonicatus, praesertim quia non apparebat scriptura dictae confessionis. Et primò dicebatur non esse credendum praedictae assertioni ad text. in cap. cum à nobis de testibus cap. post cessionem de probat. Leos si bene aduertatur C. de apppellat. Menoch. de arbit. Iudic. casu 187. num. 31. Mascard. conclus. 951. nu. 2. vbi nu. 10. post multos relatos subdit, quod non creditur
1 Iudici asserenti se adhibuisse causae cognitionem in decreto, vel detulisse iuramentum suppletoriū aut dedisse tutorem causa cognita, vel sequestrasse possessionem prè timore armorum; in puncto quod non creditur Iudici in eo quod redargueret sententiam nullam, seu inualidam dixit Butr. in cap. cum á nobis nu. 10. col. 4. vers. secundus quando proceditur, & ibidem Felin. num. 8. vers. item procedit conclusio de testib. Aufrer. de reprobat. test. post num. 11. verb. arbiter vers. procederet etiā ista conclusio, Emil. de testib. verb. arbiter nu. 15. Menoch. de arbit. Iudic. quaest. 73. num. 8. Mascar. conclus. 124. num. 9. Crauett. cons. 265. per totum & Farinac. de oppos. cont. person. testi. quest. 69. n. 108. Sic pariter Iudici asserenti in sententia libellū
2 litis contestationem, testiumq; examinationem non credi dixerunt Innoc. & alij in cap. quoniam frequenter de probat. Abb. cons. 18. volu. 2. & Nouell. reg. 42. vbi latè, vt etiam non creditur Iudicis
3 assertioni super stilo, & consuetudine Marsil. sing. 453. Bart. in l. qui bona fide §. huic stipulationi n. 1. de damn. infect. Cuman. cons. 50. col. 2. in fine. Et á
4 simili non credi Iudici delegato asserenti mandatum delegationis cap. cum in iure peritus de offic. deleg. l. vnica C. de mandat. Princip. & l. prohibitus C. de iur. fisci l. b. 10. Guid. Pap. decisi. 322. Boer. dec. 282. Dec. cons. 214. colu. 2. vers. ad tertium & ideo ante omnia debet ostendere literas delegationis.
5 Facit etiam pro hac parte quod decisum refert Benintend. in sua pulcherrima dec. 2. vbi si Notarius in instrumento dixit decretum fuisse interpo

C situm

fitum sine causæ cognitione, non probatur propter hoc causæ cognitio, & quod Garzias in dec. 17. vbi assensus non probatur ex verbis Notarij
4 in instrumento interuenisse Regium assensum allegat Affl. in cap. 1. col. 4. de alienat. feud. Freccia in tractat. de subfeud. lib. 2. quæst. 25. & nonnullos alios.

Contrarium tamen per partem aduersam dicebatur, scilicet quod crederetur Exequutoris assertioni, & consequenter probare, vt colligitur ex textu in l. diuus ff. de offic. præsid. & §. si quis verò comprehensorum Auth. vt nulli Iudic. quoniam si creditur nobili viro, & bono, vt dicit Glos. in l. Titio fundum ff. de cond. & demonstr. ergo multo magis credi debet Iudici, l. vir bonus ff. iudic. solu. vt dicit Curt. in addit. ad Alex. in l. 1. num. 55. ff. de offic. eius, cui accedit maximum esse pro Iudice præsumptionem l. 2. C. de offic. ciu. Iud. quem textum adhoc notat Bald. in l. vnica in fine C. ne quis in sua caus. l. Herennius §. caia de euict. Socci. cons. 96. col. 4. & 215. col. 3. li. 1. plura ad hanc præsumptioné congerit Alcia. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. & esse credendum Decurionibus dum
7 asserunt illud quod faciunt ad suum arbitrium pertinere Bart. in l. ambitiosa num. 27. ff. de decret. ab ordin. faciend. Ruin. consi. 117. Soccin. consil. 4. col. 4. vers. primum probatur lib. 3. & quod credi
8 debet Iudicis assertioni de his quæ coram eo gesta sunt tradit Grammat. cons. 130. num. 6. glos. in constit. regni Caroli sub. rub. de exhib. malef.
9 Discusso tandem hoc articulo fuit resolutum esse credendum præfatæ Exequutoris assertioni concurrentibus tamen alijs adminiculis, & coniecturis, vt dixit Mascard. d. conclus. 951. num. 5. Decian. respons. 18. num. 202. volu. 1. Anchatan. cons. 439. Crauett. locis præalleg. & ita concordari possunt prædicta supra allegata.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet fiscum.*
2 *Appellationis causa est eadem cum principali.*
3 *Suffraganeus nequit fiscalem constituere in causa adducta in Curia Metropolitana.*
4 *Appellatio operatur, vt manus Iudicis à quo ligentur.*

An si à declaratoria excommunicationis facta à Suffraganeo appelletur ad Metropolitanum, possit dictus Suffraganeus in dicta causa constituere fiscum.

DECISIO XXXIII.

SVffraganeus quidam Illustrissimi Nostri citauit eius subditum ad dicendum causam quare non debebat declarari incidisse in pœnas canon. si quis suadente Diabolo 17. quæst. 4. à cuius declaratoria cum appellasset d. subditus ad Nostram Curiam, & Suffraganeus vellet in causa prædicta constituere fiscum, fuit dubitatum an de iure id sibi liceret existente fisco nostro viro quidem integerrimo, doctissimo, & valde morigerato, & pro Suffraganeo dicebatur de iure non dubitari
1 quin Episcopus habet fiscum, & proinde esse pronunciandum ipso audito, ita Bald. in l. 1. in fine ff. de iure fisci, laté Peregrin. de iur. fisc. cap. 3. nu. 5. & seq. Vgolin. de potest. Episcopi cap. 2. num. 12. in princ. per ipsum enim expurgatur Diœcesis ab omnibus delictis, vt refert Diaz in sua pract. canon. cap. 4. & 5. & probant communiter omnes in cap. fin. de appellat. item dicebatur appellationis causam esse eiusdem naturæ cuius est ipsa causa
2 principalis l. 1. ff. an per alium causæ appellat. ita quod secundum Ang. ibid si prima causa est summaria etiam causa appellationis erit summaria, sequitur Dec. in cap. cum te in primo not. ib. de offic. deleg. & ex prædictis refert de Franch. in decis. 520. quod quando in Magna Curia Vicariæ in causa principali proceditur per horas, per Sacrũ Consilium in causa appellationis proceditur pariter per horam, & tandem, quod in causa principalis non datur tempus largior, quam in causa appellationis adest Reg. Pragm. edita 19. Augusti 1544. incipit Don Petr. Crescent. vnde ad propositum dico, quod cum Episcopus in causa principali potuit fiscum constituere, ita pariter in causa appellationis, cum vt dixi eiusdem sit naturæ.
3 Cæterum supradictis minime obstantibus, fuit contrarium resolutum non posse scilicet Suffraganeum constituere fiscalem in dicta causa, nam fuit
4 dictum per appellationem ligari manus Iudicis à quo ad tex. in l. 1. ff. ad turpillianum Bald. in cons. 91. volu. 2. Alex. in cons. 57. num. 3. vol. 1. Alciat. in respons. 29. num. 3. & seq. vbi nonnulla adducit in materia, quando per appellationem iurisdictio Iudicis à quo euanescit.

SVMMARIVM.

1 *Percussor Clerici antequam absoluatur debet satisfacere clerico.*
2 *Iniuria facta Monaco, dicitur facta Abbati, & ideo ei competit actum quæreiandi num. 3. & potest remittere iniuriam num. 4.*
5 *Dominus proprio nomine agit pro iniuria facta seruo, & idem est de iniuria facta procuratori num. 6. & de iniuria facta discipulo nu. 7. & de iniuria facta vxori nu. 8. & de iniuria facta nurui nu. 9. & quid de iniuria facta Ciuitati num. 10*
11 *Baro habens iurisdictionem ciuilem quando possit comparere pro vasallis.*

Excommunicatus ob violentas manus in Conuersum alicuius Religionis, an ad effectum obtinendi absolutionem à dicta excommunicatione sufficiat satisfacere dicto Conuerso, an vero Abbati, & toto Monasterio.

DECISIO XXXIV.

REgulariter percussor clerici, antequam absoluatur debet satisfacere clerico, cap. parochia-

chians, cap. ea noscitur cap. quamuis de sententia excommunicationis lib. 6 late Sayrus in suo Thes. casuum conscientiæ lib. 6. cap. 6. quæ satisfactio cõsistit, vt vltra damna, extimabitur iniuria, & satisfiet clerico in pecunia, & hanc opinionem tenent Hostien. Anton. & probatur in cap. olim de iniur. & damn. & in d. cap. ea noscitur, & cap. quamuis. & dicit veriorem esse Abbas in d. cap. ea noscitur, Imol. in clem. 1. de pœnis, & iniuriatus dicit, quod vellet potius tantum de suo perdidisse, quam hanc iniuriam pati, & Iudex postea taxabit secundum qualitatem, & quantitatẽ iniuriæ, & personæ iniuriatæ c. quod fieri 3. q. 3. Specul. de iniur. §. 1. Imol. vbi supra; Quibus sic suppositis cum fuisset dubitatum in Curia Archiepiscopali, an excommunicatus ob violentas manus in Conuersum cuiusdam Religionis ad effectum obtinendi absolutionem à prædicta excommunicatione, sufficeret satisfacere tantummodo dicto Conuerso, an autem Abbati, & toto Monasterio: & fuit resolutum in dicta Curia, necesse esse satisfieri dicto Abbati, & toto Monasterio, ex quo quidem vulgare est illud commune axioma, quod iniuria facta Monaco, censetur facta Abbati, & toto Monasterio l. in personam cum ibi not. per DD. ff. de pactis, Plaz in epith. delict. cap. 6. nu. 16. & Gomes. in 3. to. variar. resol. c. 6 de iniurijs nu. 5. Hinc est, quod pro iniuria Mona-
3 chi competit Abbati actio querelandi etiam proprio nomine l. iniuriarum actio, & ibi glos. & DD. omnes C. de iniurijs, & §. petitur cum ibi per DD. instit. eod. & refert Plaz. in d. cap. 6. num. 14. hinc
4 etiam est, quod Abbas potest remittere iniuriam factam Monacho etiam ipso ignorante, vel inuito vt ex communi DD. sententia refert Gomes. in d. cap. 6. num. 6. Boss. in tit. de pace num. 6. Marc. in dec. Delfin. 672. in 1. p. Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. in 3. p. num. 105. & Surd. in dec. 89. num. 12. & ex eadem ratione sequitur quod etiam pro iniuria
5 facta seruo, Dominus agit proprio nomine, si iniuria sit atrox, vel facta contemplatione Domini §. seruus autem, cum ibi not. per Aretin. nu. 1. instit. de iniurijs, quod extenditur etiam ad iniuriam factam famulo, & pastori, vt inquit Bald. in l. si quis homicidij in fin. C. de accusat. Alexand. in addit. ad Bart. in l. item apud labeonem §. si quis seruo ff. de iniur. num. 6. Guido in dec. 557. & Baiard. in addit. ad Clar. in §. iniuria num. 34. ex eademq; ratione
6 infertur, vt idem sit quando infertur iniuria procuratori in contumeliam Domini, vel ipso præsente, vel si inferatur iniuria tempore, quo procurator, siue alius minister erant in exercitio repræsentantes personam Domini, vt considerant Cyn. in l. si non conuicij sub num. 7. C. de iniur. Fab. in §. sed si libero homini num. 1. institut. eod. & idem est in discipulo, cui fit iniuria in
7 contemptum præceptoris, vt inquit Nicas. in §. seruis autem num. 4. instit. eod. & Iodoch. in pract.
8 crim. cap. 137. sub nu. 10. eademq; conclusio ampliatur etiam in marito, qui similiter proprio nomine agit pro iniuria facta vxori l. 1. §. item ait ff. de iniur. Nacta in conf. 66. nu. 1. volu. 1. plenè Plaz. in epith. delict. c. 6. nu. 23. & sequ. qui post longam disputationem ex eadem ratione concludit quod inferens iniuriam vxori magistratus eadem pœna puniri debet: vt si eam ipsi magistratui intulisset, pro qua conclusione adeo receptam esse vtriusq; classis DD. sententiam, vt ea amplius in controuersiam deduci non possit, refert Clar. in d. § iniuria vers. item iniuria facta vxori, eademque dispositio procedit in iniuria facta sponsæ, vt apertissimis verbis suadet tex. in d. l. apud labeonem §. sponsum, & testatur Salyc. in l. 1. in fin. C. de iniurijs. & idem est in iniuria nurui, pro qua similiter cõ-
9 petit actio socero, cum loco patris habeatur l. 1 §. item, aut cum ibi not. per DD. ff. eodem, & DD. omnes in d. §. patitur, & eadem quoque conclusio procedit in Episcopo, quando fit iniuria clerico, & in quolibet Prælato, quando eius subditus contumelia afficitur, vt not. Boss. in tit. de iniur. num. 33. Gomes. in d. cap. 6. nu. 6. vers. item etiam est dubiũ, & plenè Carau. in ritu 275. num. 27. cum plur. seq.
10 & idem est in Ciuitate, quando infertur iniuria alicui ciui, & vtili Domino, quando fit iniuria eius vasallo, & alijs similibus, vt benè explicant Aretin. & alij in d. §. seruis autem, & Boss. in d. tit. de iniur. Oldrad. in cons. 66. num. 1. & Foller. in pract. crim. in verb. audiantur exceptiones num. 70. Hinc est quod Baro habens iurisdictionem ciuilem potest legitimè comparere pro suis vasallis ad proponendum grauamina eis illata per Dominum iurisdictionis criminalis, vt pulchrè refert Anna in sing. 61. & eadem quoque ratione procedit, quod quilibet ciuis dicitur particulariter lædi ex iniuria, quæ fit Vniuersitati, & eam prosequitur tanquam propriam, vt inquit Bart. in l. 1. §. fin. ff. de iust. & iure, vnde infertur, quod si quis commictat vsurã cum Vniuersitate, & Syndicus renuit querelam proponere, siue qua non posset ex officio procedi, quilibet ciuis posset eam proponere pro suo particulari interesse, vt notabiliter testatur Carau. in ritu 192. num. 16. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Census inter species alienationis connumeratur.*
2 *Permutatio rerum Ecclesiæ non est valida, absq; sollemnitatibus.*

Census factus per Ecclesiam ad septem pro centenario pro extinguendo aliũ ad octo, an exigat sollemnitates extrauag. Ambitiosæ.

DECISIO XXXV.

1 SVpposita pro verissima conclusione illa, centũ connumerari inter alienationis species ad textum, & quod ibi communiter notatur in l. fi. C. de rebus alienis non alienandis, & in cap. nulli eod. tit. fuit dubitatum in quadam Curia Episcopali huius Regni, an census factus per quemdam Parochũ ad septem pro centenario, pro extinguendo alium ad octo, quod ex redditibus suæ parochialis Ecclesiæ debebatur, dicatur contra terminos extrauag. Ambitiosæ factus, & consequenter d. Parochum incidisse in censuras dictæ extrauag. fuit enim
2 communi voto resolutum pro affirmatiua sen-

tentia, ex quo eramus in terminis permutationis rerum ecclesiasticarum, quo casu non adhibitis solemnitatibus Extrauag. redditur ipso iure nulla, ad notata per Calder, cons. 2. de rer. permut. Henri. cons. 16. & latè Quaran in verb. alienatio in 3. ampl. & ita Grat. discep. forens. lib. 1. c. 46. vbi in alijs terminis loquens per hæc verba dicit: vnde si Ecclesia fecit censum ad septem pro extinguendo censum ad octo, seu decem, licet census sit nullus sine debitis solemnitatibus, tamen restituenda est pecunia, quia non fuit factus cēsus ex causa necessitatis, neque est probanda versio pecuniæ, & poterit agi contra Curiam, quando Canonici se obligauerunt, non vt singuli, sed tanquam vniuersi, & prout Collegiū, glo. fi. in auth. hoc ius porrectum in verb. probet C. de sacrosc. eccl. Alex. in l. ciuitas nu. 11. si certum petatur, Ruyn. in cons. 68. num. 7. lib. 1. cum præsertim venditores censuum non possint cogere ad restituendum pretium, vt in Bulla censuum, Socci. cons. 41. nu. 5. & 11. lib. 4. Franc. dec. 254.

SVMMARIVM.

1 *Clausula (licita tamen, & honesta) adiecta in confirmatione Papæ, an efficiat actum conditionalem, nu. 4. & 5.*

2 *Ad confirmationem sufficit generalis cognitio.*

3 *Clausula prædicta idem operatur, quod clausula (ex certa scientia) quando in confirmatione est expressus totus tenor instrumenti, & quæ sit ratio, nu. 6.*

Confirmatio pactorum alicuius concessionis à Sede Apostolica, cum clausula (licita tamen, & honesta) an stet conditionaliter, an autem causatiuè.

DECISIO XXXVI.

D. Ioannes Longus Nostræ Ecclesiæ Canonicus, Beneficiatus, & Rector Ecclesiæ, seu Cappellæ S. Caroli extra mœnia huius Ciuitatis existentis, cū cōcessisset dicta in Ecclesiam cum aliquibus pactis, & conditionibus quibusdam Monachis S. Bernardi: & cum præfata concessio fuisset à Sede Apostolica confirmata, cum clausula (licita tamen, & honesta) Fuit dubitatum in Curia Archiepisc. an præfata clausula stet cōditionaliter, ita vt egeat verificatione aliqua præfata pacta esse licita, & honesta, & hoc fieri per eundem Pontificem: & fuit per eandem Curiam facta præsens distinctio, videlicet: quod si in confirmatione ista esset expressus tenor capitulorum, seu pactorum, quæ debent confirmari, & in
1 fine adesset clausula (licita tamen, & honesta & c.) tunc quia minime dici potest, Papam habuisse certam notitiam, seu scientiam capitulorum, seu pactorum, sed potius illa ignorasse, & propterea non censetur illa confirmasse, argum. tex. in l. mater decedens ff. de inoff. test. l. cum hi §. fi. ff. de transact. vbi confirmatio non præsumitur super incognitis, sequitur Menoch. lib. 1. de præsumpt. q. 12. post Alciat. eiusdem nominis tractat reg. 4. præs. 13. & in resp. 16. nu. 3. & seq. vnde Thess. in dec. 74. refert per illum Senatum fuisse decisum generalem quietationem non extendi ad ignorata, & incogitata, nec præsumendum esse, Papam habuisse notitiam dictorum pactorum, per illa verba, prout plenius in instrumento contineri dicitur, quia licet ad confir-
2 mationem sufficiat generi. a cognitio, vt per Rot. in dec. 515. p. 2. diuers. Crescent. in decis. vnica de pact. Cassad. in dec. 7. de iur. patr. tamen in casu de quo verba facimus minime sufficit, ex vi clausulæ (licitę, & honestæ) quæ exigit veram, & non fictam cognitionem, vt in proprijs terminis tenuerunt Port. Imolen. in cons. 71. nu. 10. & seq. Fachin. in cons. 17. & 39. Bombin in cons. 22. nu. 16. cum seq. vbi nu. 17. voluit Papam non habere certitudinem eorum quæ sunt facti, allegat text. in cap. 1. de constitut. in sexto.

At secus esse censuit eadem Curia, & cum ea D. Curtius Palumbus inter Iureconsul. verè Monarcha, si in confirmatione prędicta esset expressus totus tenor instrumenti concessionis, quoniam hæc insertio, idem operaretur, quod clausula (ex certa scientia, vt per Anch. in cap. in præsentium num. 1. 7. q. 1. Aret. in cons. 15. num. 5. Fel. in cap. cum inter nu. 1. & 2. de excep. cum alijs per Gabr. de clausul.
3 concl. 1. nu. 30. & seq. & tūc illa verba (licita tamen & honesta) non stant conditionaliter, sed causatiuè, videlicet, quia sunt licita, & honesta, cap. fin. de confirm. vtil. vel inutil. Hostien. in Summa in d. tit. §. fi. Gambar. de clausul. q. 13. Marescot. lib. 2. var. resol. q. 17. in princ.

Nihilominus vbi tenor rei cōfirmatæ non exprimitur, tūc dicta clausula, nō stat causatiuè, sed cōditionaliter, vt colligitur ex notatis p Dec. & reliquos in d. c. fin. de confirm. vtil. vel inutil. & per Ferret. in cons. 38. num. 5. quæ conditio, & si referatur ad præsens tempus, & consequenter nō videatur suspendere, l. cum ad præsens ff. si cert. pet. tamen cum consistat in iudicio intellectus, an pacta sint licita, & honesta de sui natura, regulariter non potest dici verificata, nisi sequatur declaratio officialium Papę, ex notatis per Iason post Bart. & alios in l. stipulatio §. habet ff. de nou. oper. nun. & in terminis confirmationis Apostolicæ, cum prædicta clausula, tenuit Rota in vna Calciaten. iurisdictionis 13. Febr. 1587. coram de Rubeis.

Et istud locum sibi vendicet, qua muis Papa velit
6 pacta prædicta haberi pro expressis ac si tenor illorum de verbo ad verbum esset insertus, quia ad hoc, vt insertio operetur certam scientiam, debet esse vera, & explicita, non autem per fictionem, & procedit quando ea quæ confirmantur specialiter exprimūtur, vt per Panorm. in cons. 61. nu. 4. vers. 2. lib. 1. Socc. in cons. 218. nu. 8. vol. 2. Corn. in cons. 22. nu. 3. vol. 3. & in specie quod requiratur insertio totius tenoris ad effectum inducendi certam scientiam, est decis. Rotæ 2. de confirm. in antiq. & tradit Brixien. in q. 59. vnde non sufficit clausula pro expressis, seu quorum tenores, quia dicta clausula bene operatur ad tollendam subreptionem, vt gratia non dicatur subreptitia, vel ad effectum sufficiētis derogationis, ita vt omnes obstantiæ tollantur pro validitate gratiæ, iuxta consil. Burr. 2. canonizatum per Rotam, non autem operatur, quod Papa dicatur habere certam scientiam, & notitiam rei confirmatæ, quia in hac materia multum refert, quo tenor dispositionis, cuius petitur confirmatio inseratur

ratur confirmationi, vel quod habeatur pro expreffo, quoniam quando verè tenor inferitur, tunc quia verifimile Papam, vel eos quorum minifterio vtatur dictum tenorem refpexiffe facilè præfumi poteft illius fcientia, & ideo fi addatur claufula, quatenus fint licita, & honefta, quæ fæpè ex confuetudine etiam vbi non eft neceffaria irrepfit, neceffe eft nè Papa fibi contrarius videatur, quafi idem fciuerit, ignorauerit illam exponere, vt ftet caufatiuè iuxta notata in d.c.fi.de confirm. vtil. vel inutil. quando vero tenor habetur pro expreffo, non folum apparet Papam illius notitiam habuiffe, fed potius appa ret non habuiffe, quia quod habeatur pro tali, non eft effe tale verè, fed per fictionem, Bal Alex. & Iaf. in l.patris ff. de vulg. & pup. Fel. in rubr. de fid. inftr. num. 1. verf & pro hac parte, latiffimè Rebuff. in l. mercis poft prin ff. de verb. fign. & ideò cum fictio fit difpofitio aduerfus veritatem, Bar. in l. is qui prò emptore ff de vfucap. Alciat. de præfump. in princ. quando quid habetur pro expreffo datur intelligi non fuiffe expreffum, quo fit, vt licet claufula pro expreffis, feu quorum tenores fufficiat quo ad validitatem gratiæ, perinde fit, ac fi Papa rei notitiam habuiffet, quia non poteft dici de fubreptione quafi tacitum fit, quod ipfe voluit haberi pro expreffo, tamen per eam, non folum non poteft dici Papam habuiffe verâ notitiam, fed potius dici poteft ignoraffe, cum dixi fictio veritatem excludit, & illi opponatur, ideo fi tunc apponatur claufula (licita, & honefta) non folum non violabitur eius propria fignificatio, vt exponatur caufatiuè, fed imò illi maximè conuenit propria fignificatio, quæ eft, vt ftet conditionaliter.

DECISIO XXXV.

1 *Terminorum datio eft arbitraria Iudici.*
2 *Dilatio probatoria eft peremptoria, & non concedi- tur alia illa elapfa, nifi cum caufa.*
3 *Probatio ad probandum impedimentum non fufficit, quod fiat per iuramentum.*
4 *Quando dicantur plures dilationes dari.*
5 *Terminus quartus non datur ad repulfam.*
6 *Caufæ cognitio quæ requiratur ad dationem fecūdæ, tertiæ, & quartæ dilationis.*
7 *Dilatio fexta non poteft per Iudicem affignari.*

An ille cui in caufa fuerant conceffi tres termini, poffit habere quartum ad repulfam.

DECISIO XXXVII.

1 TErminorum datio Iudici arbitrarium eft, Grauat. ad Veftrium lib. 4. c. 1. n 4. Menoc. de arbitr. lib. 2. caf. 52. num. 2. Bertaz. inter confil. Burfat. 74. nu. 133. vol. 1. Viui. in dec. 11. nu. 9. Quare fuit dubitatum in Curia Archiepif. an Dominus Vicarius teneretur concedere quartum terminum ad repulfam ei qui habuit tres in dicta caufa, & dicebatur dilationem probatoriam effe peremptoriam, & propterea aliam non dari, fed femel cōcedi, vt per Capyc. in dec. 81. Carau. in rit. 149. nu. 1. Gail lib. 1. obferu 91. nu. 1. Surd. conf 97. n. 16. & feq. volu. 1. & illa elapfa non conceditur alia, nifi adfit magna caufa, Bellam in decif. 523. & ita etiam cautum reperitur de iure Regni Neapol. habetur in pragm. incip. poft prædictas in tit. de ordine iudiciorum; & cafu quo conceditur fecunda, probari debet iuftum impedimentum, Benint. in decif. Bonon 45. poft Maran. in Spec. aureo par. 2. act. 3 n. 5.
3 quæ probatio fieri debet aliter, quam per iuramentum eiufdem, Dec. in conf 154. Lanfr. in repet. cap. quoniam contra in verb. dilationem nu. 9. de prob. imò reperitur in iure cafus, in quo nulla dilatio cōceditur, vt per Verall. in dec. 15. lib. 1. Caffad. in decif. 1. eod. Crefcen. in dec. 2. eod. tit. de dilat. nec omiffio termini in caufa vitiat proceffum, feu iudicium, Capyc. in dec. 1. per tex. in l. 1. C. de dilat. ibi, poftulatum dari.

Vnde quando dantur prima, fecunda, & tertia
4 dilatio, dicuntur plures dilationes, non vna, vt concludit Franc. Marth in decif. 36 nu. 3. vol. 1. quem fequitur Scappus de iure non fcripto lib. 3. c. 8. nu. 10. & feq. quos dari poffe feruata tamen iuris folemnitate, concludit Lapus in alleg. 82 nu. 2. & 7. vfque ad fin. licet Roman. in conf. 225. tenuerit, quod in caufis fummarijs quarta dilatio non detur, quando aliqui teftes non fuiffent examinati in tertio termi
5 no, & ex prædictis fuit denegatus quartus terminus in prædicta caufa, nam prima dilatio dari debet cum modica caufæ cognitione, ac leui, vt confideretur tempus, habita confideratione ad fpatium locorum ob ficultatem, aut difficultatem probationis, vt in Loratione ff. de ferijs, l. 1. C. de dilat. vbi Paul. de Caftr. voluit Alex. in conf. 41. colu. 2 vol. 2. quos refert, & fequitur Boer. in dec. Burdegal. 294. nu. 14. Gregor. Syntagm. iur ciuil. lib. 48. c. 8. nu. 9. Lanfr. in d. cap. quoniam contra in verb. dilationes nu. 9. vbi ex Ang. quem dicit in hoc melius alijs loquutū fuiffe quæ requirantur enarrat Gail pract. lib. 5 obferu. 91. nu 13. Matthias Coler. in dec. 121. nu. 2. Triuif. in decif. Venet. 37. nu. 1. lib. 1. quo verò
6 ad fecundam, tertiam, & quartam dilationem, maior caufæ cognitio exigitur, & in quarta non nifi iuris folemnitate feruata. iux. auth. at qui femel C. de prob. voluit Lanfr. de Orian. in d. c. quoniam contra in verb dilationes nu 14. 16. & 17. de prob. amplè dicit Boer. in decif. Burdegal. 294. nu. 15. antea voluit Azo in fumma C. de dilat. Odoffr. & Salyc. in l. 1. C. eod. Roman. in d. conf. 225. in conf. 216. & conf. 497. March. in decif. Delphin. 36. nu. 3. & 4. vol. 1. Benint. in decif. Bonon. 45. nu. 3. 4. Triuif. in decif. Venet. 37. nu. 2. & in dec. 59. lib. 1. quintam
7 verò & fextam non poffe per Iudicem affignari, voluit Tholof. in dec. 116.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium fori non poteft opponi per obligatum, vt poffit conueniri in quocumq; foro.*
2 *Claufula (vbique locorum) quid operetur.*
3 *Vafallus non poteft renunciare in præiudicium mini,*

4 *Regula quod quis possit renunciare fauori suo, quando sit vera.*
5 *Filiusfamilias non potest renunciare Maccedoniano.*
6 *Nouarij doctrina explicatur ab Authore.*

Commissarius Ill. Nuntij obligans se, cum clausulis, vbiq; locorum, an possit petere remissionem ad dictum Illustriss.

DECISIO XXXVIII.

STante obligatione facta à quodam Commissario Illustriss. Nuntij, vt instrumentum, in quo ipse erat obligatus, potuisset incusari in quacumq; Curia, & foro. Fuit dubitatum in quadã Curia Archiepiscopali, si ibidem potuisset tale instrumentum incusari, & pro affirmatiua parte per Aduocatum vnius ex partibus adducebatur doctrina Nouarij in sua prax. elect. & variat. fori q. 32.
1 p. 2. vbi voluit priuilegium fori non posse opponi per obligatum, vt possit conueniri in quocunque
2 loco, & foro, quia clausula (vbique locorum) submittit contrahentes omni foro, & loco, ita vt possint vbique conueniri, Bart. in l. 3. §. si quis ita ff. de eo, quod certo loco, Felyn. in cap. fin. num. 19. de foro competen. Bald. in l. 3. §. sed & si quis num. 22. C. commun. de leg. vbi multa de virtute huiusmodi clausulæ, Cæpol. cautel. 70. Gallef. de oblig. ad form. Cam. p. 2. q. 4. Grat. in decis. March. 180. nu. 12. ex quo Bart. in l. postulante per illum tex. ff. ad treb. voluit, quod ex submissione defuncti ad omnes Curias cum renunciatione fori potest hæres illic conueniri.

Verum contrarium fuit decisum, & remissa causa ad Tribunal dicti Illustriss. Nuntij; nam fuit habitum pro vero ipsum Commissarium tãquam
3 subditum dicti Nuntij, nõ potuisse in præiudicium ipsius renunciare fori priuilegio, vasallus. n. non põt in alterius iurisdictionem absq; consensu Dñi consentire, nec expressè, nec tacitè, quod si fecerit, nullius erit præiudicij, sed Dominus potest eum rectè auocare per tex. in cap. imperialem de prohib. feud. alien. per Feder. vbi Affl. nu. 23. nam licet quis possit
4 suo priuilegio renunciare, tamen hoc non procedit, quoties renunciatio illa tederet in præiudicium tertij interesse habentis, ex latissimè adductis per Nouar. de elect. & variat. fori q. 7. p. 3. à nu. 14. vsq; ad 19. vbi meritò firmat, quod cum beneficium
5 Macedon. fuerit inductum, & concessum principaliter fauore patrum, propterea non possit per filios renunciari, vnde euenit quod si vocatus contra priuilegium coram alio Iudice compareat, & in eius iurisdictione consentiat, ex talis partis consensu nõ prorogatur iurisdictio in præiudicium Domini facta, cap. cum tempore, vbi Panot. m. nu. 2. de arbitr. DD. eõiter in l. si quis in conscribendo C. de pact.
6 Non obstat Nouar. in d. q. 32. nam Respondetur, eius doctrinam procedere in illis personis, quæ possunt prorogare iurisdictionem suam, ita quod per renunciationem factam non fiat præiudicium Domino interesse habenti, prout in casu nostro, nã si in Curia Archiepiscopali incusatum esset tale instrumentum, vtique fraudata restabat Curia Illustriss. Nuntij, quare iure optimo fuit causa remissa.

SVMMARIVM.

1 *Institutiones à Prælato inferiore Episcopo, non canonizat ius patronatus.*
2 *Præsentatio patroni absque institutione Episcopi, & sic Ordinarij non tribuit aliquod ius præsentato.*
3 *Ius instituendi in beneficio spectat ad Ordinarium loci.*
4 *Præsentatus, & institutus non ab Episcopo, sed ab inferiore, non habet remedium recuperandæ.*
5 *Institutio in casu fundationis, vel dotationis alicuius iurispatronatus, Episcopo, & non inferiori reseruatur.*
6 *Institutio non potest reseruari in limine fundationis à patrono inferiori.*
7 *Forma tradita à Sacr. Concil. Triden. integraliter est seruanda, alias actus redditur nullus.*

Institutiones factæ à Prælato inferiore Episcopo, an canonizent ius patronatus.

DECISIO XXXIX.

IN vna S. Ioa. Maioris Capellaniæ iurispatronatus quorundam DD. de Planterijs; Fuit resolutum in Curia Archiepiscopali absq; vlla dif-
1 ficultate, institutiones factas ab Abbate illius Ecclesiæ de dicto iurepatronatus illud non canonizare iuxta formam traditam à Sacro Concilio Trident. sess. 24. c. 9. de reform. ex quo per præsentationem
2 patroni absq; institutione Episcopi, & sic Ordinarij, alterius habentis ius instituendi non tribuit aliquid ius præsentato in Ecclesia, cap. quod autem cum ibi communiter notatis de iur. patron. Bal. conf. 91. nu. 6. Alex. in conf. 23. vol. 1. quia ius instituendi in
3 beneficio spectat ad Ordinarium loci, cap. omnes Basilicæ 16. q. 7. cum simili. latè adductis per Dec. in conf. 117. in princ. & in conf. 121. in princ. quos refert, & sequitur Benint. in dec. 23. vbi præsentato,
4 non autem ab Episcopo, sed ab inferiore instituto, non competit remedium recuperandæ, ad cuius resolutionis confirmationem adducitur locus Conc.
5 Trid. sess. 14. c. 12. vbi in casu fundationis, vel dotationis alicuius iurispatronatus institutio Episcopo, non autem inferiori reseruetur, ex quibus verbis euidenter ostenditur, quod alio modo facta institutio nullũ ius tribuet, sequitur Cened. in collect. 13. Garz. de benef. par. 10. c. 16. nu. 3. & seq. Bombin. in conf. 91. nu. 8. vbi nu. 16. dicit, quod neq; possit pa-
6 tronus in limine fundationis inferiori reseruare ius instituendi, vt in proprijs terminis fuisse decisum testatur Antonin. lib. 1. variar. resolut. cap. 12. forma
7 enim tradita à Sac. Conc. Trid. integraliter est seruanda, alias actus redditur nullus, vt latè per Viui. in dec. 338. cum forma legis magis quam ratio attendatur, vt per Mant. conf. 143. cum forma sit vltima perfectio substantialis, vt per Bald. in l. quia indignus col. 1. ff. de Senat. Mant. in conf. 232. n. 11. Cæsal. conf. 422. & sic inobseruantia formæ facit actum nullum, Affl. in dec. 355. per tex. in l. cum hi §. eam

s.eam transactionem ff.de transact.in tãtum quod non valet actus, etiam si recedatur à forma de voluntate partium, secundum Bald. in l.1. C. qui admict.Fel.& alios in cap.si diligenti de for.comp.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus in Diœcesibus Suffraganeorum nil potest,inuitis Suffraganeis.*
2 *Gesta per Metropolitanum in subditos Suffraganei in casibus qui non sunt in iure expressi sunt nulla.*
3 *Archiepiscopus quando remittere debet Subditum excommunicatum à Suffraganeo,vt ab excommunicatione ab eo lata absoluat.*
4 *Declaratio Sacræ Congregationis.*

Archiepiscopus, quando remittere debet subditum excommunicatum à Suffraganeo,vt ab excommunicatione ab eo lata absoluat.

DECISIO XL.

EXcommunicatus à Suffraganeo si appellat à prædicta excommunicatione ad Curiam Archiepiscopalem solent Suffraganei corã eis comparere,instando sibi remicti causam.Quare pluries fuit dubitatum circa huiusmodi remissionem faciendam, in cuius articuli dilucidatione di-
1 cebatur regulariter Archiepiscopum in Diœcesibus Suffraganeorũ nihil posse inuitis Suffraganeis, cap.sicut vnire de excess. Præl. cap.pastoralis, cap. duo de offic.Ordin.c.1.de supplen.neglig.in 6. vbi etiam Hostien.dicit,quod prohibitum est Archiepiscopis,vt in Diœcesibus suorum Suffraganeorũ aliquid exerceant, sed suis terminis sint contenti, cap.nullus primas 9.q.2. & ideo in nullo se debent intromictere, præter quam in casibus à iure concessis,& Host.in c.1.de suppl.negl.Præl. refert 18. casus,alias debet Metropolitanus abstinere per d. cap.pastoralis,& cap.sicut, & eosdem etiam casus refert in summa de offic.Ordin. sub nu.7. hinc est
2 quod gesta per Metropolitanum in subditos Suffraganei in casibus, qui non sunt in iure expressi sunt nulla.glo.in cap.per singulas il 2.9.q.3.Card. Alex.in cit.cap.nullus primas,& facit tex. in cap. ea quæ de reg.iur.in 6.vbi bona glos.
3 In casu autem principali fuit dictũ esse obseruandam dispositionem tex.in cap.venerabilibus §. sanè de sent. excom. in 6. & declarationem Sacræ Congreg. relatam per Quaran. in Summ. Bullar. verb.appellatio in fi.his verbis.
Censura Ecclesiastica in appellantem prola-
4 ta relaxari, aut nulla declarari per Iudicem appellationis non possit,nisi auditis partibus, & causa cognita,tuncq; si constiterit eam iustam esse ad Iudicem,qui excommunicauit, appellans remittendus est, vt ab ipso iuxta sacros Canones beneficiũ absolutionis,si humiliter petierit,debit. mq; emẽdationem præstiterit,obtineat,si verò iniustam esse clarè appareat,Superior absolutionem impendat,si dubitetur, honestius est, vt ad excommunicatoré intra breuem aliquem competentem terminum eidem præfigendum absoluendus remittatur,licet etiam Superior hoc casu in idipsum per se præstare iure possit.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in venditione appositum, ne transferatur dominium,nisi pretio soluto, valet.*
2 *Dominium non est de essentia venditionis.*
3 *Pactum ne transferatur dominium, nisi pretio soluto habet effectum inducendi hypothecam.*
4 *Dominij translatio impeditur per pactum,ne transferatur dominium,nisi pretio soluto.*
5 *Census non potest imponi super re vendita cum præfato pacto.*
6 *Vendens cum dicto pacto præfertur omnibus alijs creditoribus.*
7 *Reseruatio dominij facta in venditione, operatur, ne acquiratur ius tertio.*

Res vendita alicui Ecclesiæ cum reseruatione dominij,donec pretium fuerit solutum,an interim possit per Ecclesiam alienari non adhibitis solemnitatibus Extrauagant.ambitiosæ.

DECISIO XLI.

1 PActum in venditione appositũ vt non transferatur dominium,nisi pretio soluto, regulariter de iure valet, in l.procuratoris §. plenè ff.de tribut.act.& in l.cum manusata §.fin.de contrah.empt. & firmauerunt Bal.in rubr. C.de contrah.empt.nu.13.Fabian.de Mont.in tract.de empt.& vend.q.5.nu.39.& q.6.col.1.& 2.Io.And. ad Spec.in tit.de empt.& vend.nu.8.vers.facilè ergo erit & vers.sed an posset, Dec.cons.440.nu.1. Soccin.cons.179.colu.1.vers.item licet volu.2. post Abb.cons.66.volu.2. Tiraq.de retract.lign.g.§.1. glo.2.num.39. & sic fuit pluries decisum Magon. decis.Lucens.51.Afsl.dec.338. Franch.dec.506. &
2 ratio est,quia dominium non est de essentia venditionis,l.si ita §.qui fundum ff.de contrah. empt. & res aliena vendi potest,l.rem alienam ff.eod.& dominium venit in executionem obligationis,quia soluto pretio emptor agit ad sibi tradendum dominium,l.Iulianum §.offerri ff.de act.empt. & ita venit consecutiuè, & accessoriè ad contractum, vt tenet Fabian.in d.q.6.col.1. ergo si in contractu venditionis apponatur, ipsius naturæ non repugnat.
Quibus sic enarratis, cum fuisset dubitatum in quadam Curia Archiepiscopali huius Regni, an Parochus, qui emerat bona quædam pro sua Parochiali,cum prædicto pacto alienando ante solutionem pretij inciderat in pœnas Extrauag.ambitiosæ,dicebatur Primò, non incidisse, quoniam qd est expressum,est proprium naturæ ipsius contractus,l.continuus §.cum ita,& l.interdum de verb. oblig.vndè verè est pura venditio, quamuis nnn fuerit translatum dominiũ,Couar.var.resol.lib.3. c.1 t.nu.6.in princ.licet emptor ante solutum pretium non sit dominus rei emptæ, l. quod vendidi de

de contrah. empt. §. venditę instit.de rerum diuis.
3 Tiraq.de retract.conuent.ad fin.titul. nu.72. & de
retract.lignag.glo.2.§.1.nu.43.& 44. Item quia
dicta reseruatio habet effectum inducendi hypote
cam tantum, & non est impeditiua translationis
dominij,Curt.in addit, ad Alexan. in l. si cum do-
tem §.fin.nu.5.ff.solut.matrim. Negusant.in 4.par.
principal.nu.33. & in 2.membr. quintæ partis nu.
18.Bald.Nouell.de dote in 10.par.principali nu.3.
Strach.de decoctor.in tit.qui potiores &c.in vltim.
part.nu.5. Ias. in l.qui Romæ §. Callimachus nu.5.
de verbor.oblig. & Alberi. in l.obligat. genera. ff.
de pignor. & in venditione cum prædicto pacto
habet locum ius cōgruum,vt per Affl.in dec.339.
& in Constitu.sancimus in §. liceat num.28. & 31.
quod etiam fuit sequutus Tiraqu. in tract. retract.
consang.nu.34.& 37.fol.16.& 17.

4 Cæterum contrarium voluit Curia Archiep.
in facto contingenti,ex eo, quia per dictū pactum
impeditur dominij translatio de venditore in em-
ptorem,Bal.in cap.ad audientiam il 2.col.2.& in
glos. 1.de rescript. DD.in l.vltim. C.de reb.alien.
non alienand. Redoan.de reb.eccles.non alienand.
rubr.16.titul.de constitut.annui census num.23.&
26.Bonius de censib.art.30.num.56. Rota diuers.
decis.121.num. 5. par. 2. & decis.480. par.1. post
Foller.in prax.cens.fol.161.nu.41. & alios ibi alle-
gatos Caputaq. decis.17.par.1. hinc prouenit non
5 posse imponi censum super re empta cum prædi-
cto pacto,Bar.in l.codicillis §.instituto num.4. de
6 leg. 1. & facit etiam quod venditor qui vendidit
sub prædicto pacto in concursu creditorum præ-
fertur omnibus, cum penès eum semper reman-
serit dominium, l.licet, & ibi Bart. Bald. Sa-
lycet. & omnes C.qui potio. in pign. hab. Ne-
gusan. de pignor. part. 4. num. 34. & 36. & in
2. membr. 5. part. num. 25. quia ista reseruatio
dominij operatur etiam contra tertium, vt non
quæratur ius tertio, nisi cum illo pacto, & conser-
uatione,Tiraq.de retract. lignag.§.1. glo.2. nu.39.
in fin.vbi quod in tali venditione haberet locum
retractus cū eodem onere,& reseruatione, Corne.
cons.297.nu.3.vers.secundo modo vol.3.

SVMMARIVM.

1 *Clericus Ecclesiæ alteri, ac Deo seruiens non debet*
liberè sine iusta causa peregrinationis intuitu vaga
ri absque licentia sui Prælati, seu Superioris extra
Ecclesiam cui seruire tenetur, limita tamen de licē-
tia dicti Prælati, & ex causa necessaria probabili,
vt nu.2.
3 *Clericus durante peregrinatione re ipsa est sub prote*
ctione Sedis Apostolicæ.
4 *Clericus ordinatus pro necessitate Ecclesiæ iuxta*
formā Conc.Trid.sess.23.c.16. si post declaretur ci-
uis Neap.per Cur. Archiep. potest cōpelli per eius
Episcopum ad residendum.
5 *Allectio in ciuem in Ciuitatem Neap. abdicat quem*
à potestate sui Episcopi.
6 *Ius patronatus relictum à testatore in eius familia*
extenditur ad familiam allectam.

Clericus ordinatus pro necessitate Ecclesię
iuxta formam Conc. Trid.sess.23. c.16.
an si post declaretur ciuis Neap.per Cu-
riam Archiep. possit compelli per eius
Episcopum ad residendum.

DECISIO XLII.

1 CLericus, & Canonic. Ecclesiæ alteri, ac Deo
seruiens non debet liberè, passim, & indiscre
tè sine iusta causa peregrinationis intuitu va
gari absq; licentia sui Prælati, & Superioris extra
Ecclesiam cui seruite tenetur, cap.non oportet de
cōsecr.dist.5.Cum etiam Episcopus in Dominicis
& solemnibus diebus tenetur in diuinis officijs in
Ecclesia interesse, cap.Episcopus de cōsecr.dist.3.
& Abb in cap.magnæ col.2.extra de voto; alij ve-
rò clerici quolibet die horis Canonicis debēt inte-
resse,per ea quæ habentur in c. 1.extra de celebr.
Miss.& notat glo.in ver.infirmitas in cap.vnico de
2 cler.non resid. lib.6. De licentia tamen sui Prælati,
& ex causa probabili,& necessaria, puta voti adim
plendi benè potest,& debet clericus peregrinari,vt
dicto Prophetæ satisfaciat,dicenti: Vouete,& dici-
te Deo vestro,Psal.115.& cap.sunt quædam 17.q.1.
Eccles.c.5.Vota mea Domino reddam, si quid vo
uisti Deo, ne moreris reddere. & Cic.lib.2. de le-
gib.Cautè vota reddunto:& d.cap.magnæ extr.de
3 voto:Imò prędicta peregrinatione durāte Clericus
ipse est re ipsa sub protectione Sedis Apost. cap. si
Romæ petas 14.q.3. & cap.innouamus extra de
treug. & pac. & donec clericus est in peregri-
natione contra eum nihil est innouandum. vt in
cap.vnico extra de cler.peregr. Imò clerici ipsi pe-
regrinantes gaudent etiam alijs multis priuile-
gijs recitatis per Bened. Canoph. in repetit. extra-
uagan. ambitiosæ de reb. eccles. alienand.vel non,
num.78.

Sed pulchrum,& satis oportunum est modo vi-
dere, de quo fuit dubitatum in Curia Archiep. an
4 Clericus ordinatus pro necessitate Ecclesiæ iuxta
formam Concil. Trid. sess.23. c.16. si post decla-
retur ciuis Neap.per Curiam Archiep.possit com-
pelli per eius Episcopum ad residendum; & dice-
batur non posse compelli per eius Episcopum
5 originalem, cum per allectionem in ciuam in
Ciuit. Neapol.censeatur se abdicasse à iurisdictio-
ne, & potestate illius Episcopi, argum. text.
in l. 1. ff. ad municipal. Cæs. de Grass. in decis.15.
de prob.& in decis.5.qui fil.sint legit.quibus addo
decis. Rotæ in vna Hilginen. iurispatron. 18.De-
cembris 1615.coram Remboldo, teste Farinac. in
6 decis.637. vbi ius patronatus à testatore in eius fa-
milia relictum extenditur pariter ad familiam ag-
gregatam,seu allectam,& ratio est,quia idem iuris
est,de ciue originali, quam de allecto, Bar.in l. tu-
telas num.4.ff.de capit.dimin. Ancharan.cons.152.
nu.4.& 5.Corn. cons.26.nu.3.lib.4. Alex.cons.213
nu.3.lib.6.Gabr.cons.132.q.6.nu.58. & seq. lib.1.
Peregr.de fid.art.22.nu.27.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mulier nupta in familia, potest habere vocem in præsentando in iure patronatus masculorum.*
2 *Mulier nupta extra familiam, licet sit vltimus terminus agnationis, tamen est de familia patris.*
3 *Mulier eatenus excluditur a iure patronatus, quatenus non fueredit, vt hæres.*
4 *Fideicommissa, & maioratus, solent ampliari, & restringi ex testatoris voluntate præsumpta.*
5 *Episcopus potest ex præsumpta fundatoris voluntate aliter seruare, quam reperitur in fundatione dispositum.*
6 *Mulier nubens in familia, & præsentans ex præsumpta voluntate testatoris, non censetur exclusa, sed dicitur habere vocem tanquam masculus.*

An mulier nupta in familia possit habere Vocem in præsentando in iure patronatus masculorum.

DECISIO XLIII.

INter varias difficultates, de quibus fuit habita lóga discussio tempore decisionis in quadam Reuellen. Iurispatronatus Nobilis familiæ Grisonor. Fuit dubitatum, an in computatione suffragiorú esset habenda ratio vocis nobilis mulieris N. quæ cum alijs masculis eiusdem Familiæ concurrebat in præsentatione Reuerendi clerici N. & alter cópresentatus maximam vim faciebat, quod Iuspatronatus prędictum solum spectaret ad masculos, nóautem ad fęminas; circumscripto dubio facti, an nempe ista qualitas esset probata: Nihilominus pro parte dicti clerici N. presentati à dicta nobili muliere, infrascripta fuerunt ponderata, patrocinante Ad. R. D. Thoma Imperato peritissimo Iureconsulto, & Viro magnæ eruditionis.

1 Primò, quia licet mulier nupta extra familiam fit finis, & vltimus terminus agnationis; Nihilominus est de agnatione, & familia patris, l. voluntas la 2. C. de fideicomm. circa princ. Cacher. dec. 127. Thessaur. dec. 123. & ego ipse resol. 158. p. 1.

Secundò, quia dicta domina mulier erat filia, & hęres vniuersalis vnius ex patronis vltimo loco prę
3 sentantis, mulier namq; eatenus excluditur à iure patronatus, quatenus non succedit, vt hæres, obstáte Regni Const. in aliquibus, quæ sicuti excludit illam à successione, & hęreditate, ita à iure patron. quũ cum ea est annexum, sed prædicta mulier, vt fuit probatum in facto sola remansit patri superstes absq; masculis, & sic in totum successit.

Tertiò, nam sicut in simili dicimus, in fideicom-
4 missis, & maioratibus, quæ declarari solent, amplia ri, & restringi, ex ratione, & præsumpta testatoris voluntate, qua nempè motus potuerit disponere, ex regula tex. in l. cum pater 9. dulcissimis ff. de leg. 3. nóant communiter DD. & alij citati per Molin. de hyspan. primog. c. 5. nu. 9 11. & 12. & in proprijs terminis iurispatronatus, quod Episcopus possit
5 ex præsumpta voluntate fundatoris aliter seruare, quam reperitur in fundatione dispositum, habetur per Lamber. de iur. patr. par. 1. nu. 2. 9. quæst. principal. nu. 14. Feminas exclusas à successione maioratus, & fideicommissi ratione conseruationis bonorum in familia nuptas vero in eadem familia admitti ad successiones fideicommissi, vel meioratus prędicti, vti agnatus, & de eadem familia. & do mo, vt ex multis probarunt Crauett. cons. 831. & cons. 879. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. nu. 10. in fi Iaf. cons. 142. vers. sexto facit, Mádell qui plures allegat cons. 87. Peregrin. cons. 50. vers. 3. vol. j. Cacheran. dec. 127. & alij quamplures citati per Molsef. cons. 18. p. 2. num. 15. qui testatur fuisse decisum per Regem Alphonsum in Regno, eod: m planè modo concurrerent ista qualitate ma trimonij contracti in familia per dictam mulieré
6 præsentantem ex præsumpta voluntate fundatoris erit dicendum eá non censeri exclusam, sed dicitur habere vocem tanquam masculum, & sic in proprijs terminis reperitur decisum per Cassad. dec. 1. de iur. patr. & Molin. de hispan. primog. lib. 2. c. 40. Aucnd in l. 40. Taur. glo. 9 nu. 14. quos ego ipse allego in prax. in prædicta resol. 158. Ex quibus examinatis, & discussis cum voto Doctissimorum Virorum in prædicta Curia Episcopali Rauell. fuit decisum in fauorem dicti clerici præsentati per dictam nobilem mulierem. Quod nempe in præfata cóputatione esset numeráda vox prædicta, de cuius veritate decisionis requisitus ego, similiter respódi.

SVMMARIVM.

1 *Clericus extra ecclesiam cui seruire tenetur, non debet abesse, sed bene cum licentia sui Ordinarij, nu. 7.*
2 *Episcopus Dominicis, solemnibusq. diebus tenetur in diuinis officiis interesse.*
3 *Franchitia non debetur clericis vacantibus extra eorum ecclesiam, nisi absfuerint cum licentia Superioris, & ex iusta causa, nu 5.*
4 *Beneficiatus absens à diuinis, non habet distributiones quotidianas.*
6 *Absens cum licentia, dicitur præsens.*
8 *Doctrina Nouarij explicatur, & ei respondetur.*

Franchitia, an debeatur clericis vagantibus extra eorum ecclesiam.

DECISIO XLIV.

CVM quidam Canonicus nostræ Matricis Ecclesiæ absfuisset à residentia seruitij Canonicatus per annum. Prætendebat noster Cellerarius ei non
1 dare franchitias, quæ debentur Canonicis, & reliquis clericis huius ciuitatis Neap. quare dubitauimus, si hoc de iure procedere posset, & dictum fuit affirmatiuè, quoniam Clericus, & Canonicus Ecclesiæ, Altari, ac ideo seruiens non debet liberé passim, & indiscretè sine iusta causa peregrinationis intuitu vagari absque licentia sui Prælati, & Superioris extra Ecclesiam, cui seruire tenetur, cap. cũ oportet de consecr. dist. 5. cum etiam Episcopus
2 in Dominicis, & solénibus diebus tenetur in diuinis officijs in ecclesia interesse, c. Episc. opus de consecr. dist. 33. vnde propterea eis non debétur concessi bene ficia ecclesiastica, nam qui Altari seruit, de altari debet

debet viuere, quarè cum præsupponatur in hoc fa
4 cto istû absuisse, á sua Ecclesia, non debet gaudere immunitate, & franchitia, quas solent habere alij clerici; frustrà enim Ecclesiæ beneficia implorat, qui ab ea discedit, & facit quod Beneficiatus absés
4 à diuinis non habet distributiones quotidianas, ad tradita per cap. vnic. de cler. non resid. Cassad. dec. vnic. eod tit.

5 Licet si clericus, vel canonicus abessent de licētia Episcopi, & ob iustam, vel rationabilem causā, tunc, & si ipsi essent absentes, non deberent eis denegari istæ franchitiæ, ita Viu. in dec. 38. nu 5. & rō
6 est, quia absens cum licentia nō dicitur esse absens, sed præsens. vnde Amat. in dec. 52. firmat salarium deberi Auditoribus Rotæ pro tempore, quo fuerūt absentes cum licentia, ex glo. in l. desertorem ff. de re milit.

7 Pro qua conclusione similiter facit, quod clericus à sua Ecclesia ex iusta causa cum licentia sui Prælati se absentare potest, vt notatur in cap. relatum de cler. non resid. vbi Innoc. Io. Andr. & Host. glo. in cap. cum ex eo de elect. in sexto, & tradit Capra in Reg 91. nu. 11.

8 Non obstat Nouar. in sua prax. variat. fori q. 35. num. 12. vbi voluit, commensales, & familiares Regis non debere gaudere priuilegio fori, vbi absessent à Curia Domini Regis pro negotijs proprijs, etiam si cum licentia; nam respondetur hoc eueniгe, quia priuilegium fori competens talibus personis est præiudiciale alijs Curijs, in quibus possent conueniri, vel ratione delicti, aut contractus, vnde meritó non debemus illud extendere, & ampliare, ad tradita in cap. odia de regul. iur. in sexto, nō debemus enim, ita latè priuilegiatorum iura fouere, ita vt aliorum iurium immemores simus.

SVMMARIVM.

1 *Contractus factus à carcerato, est ipso iure nullus.*
2 *Metus excluditur per præsentiam Iudicis.*
3 *Vbi adest Superior, metus non præsumitur.*
4 *In loco in quo ius dicitur, metus non præsumitur.*

Contractus factus à carcerato intus carceres in presentia Iudicis, an valeat, ad ornatum tex. in l. qui in carcerem ff. quod metus causa.

DECISIO XLV.

1 IN expeditione cuiusdam causæ mihi delegatę apponebant partes contractum factum à carcerato intus carceres in præsentia Iudicis esse nullum, & propterea instabant, vt ita illum declararem, ex eo, quia contractus factus in carcerem est nullus, l. quia in carcerem ff. quod met. caus. l. metum 9. sed licet ff. eod. & iuxta decis. Afſl. 249. vbi latè Addentes.

Sed contrarium iudicaui, patrocinante D. Ioan. Maria Nouario I.C. Lucano, qui pro eius parte, & pro decisione facta adducebat regulam iuris, quæ
2 cauetur, metum excludi per præsentiam Iudicis, imò si adsit eius decretum metus pariter non præsumitur, ex latè traditis per Gram. in dec. 66 num. 10. vbi enim in obligatione adsuit præsentia Iudicis, tunc val. re debet obligatio nam ratio, quare talis obligatio sit inualida, est quia præsumitur metu carceris facta, qui metus per præsentiam Iudicis non præsumitur in carcerato contrahente, Marsil. sing. 417. Menoch. alios referens de præsumpt. lib. 3. præsump. 128. num. 6. Tusc. concl. 220. nu. 42. & concl. 223. num. 12. vbi plurimos DD. refert, nouiter Farin. in suis fragm. crim. in verb. metus num. 155. vbi asserit, quod in loco, vbi adest Superior
3 metus nō præsumitur illatus, ex allegatis per Boss. in tit. de plurib. violentijs num. 89. & 90. Mascar. de prob. concl. 1051. nu. 3. vbi de actu facto in Curia Principis, Menoc. de præsump. lib. 3. præsump. 126. nu. 3. vbi similiter tradit, metum non præsumi il-
4 latū in loco, in quo assidue ius redditur, per textū, quem allegat in l. fin. in princ. ff. quod met. caus. & & in l. si terminus in fi. C. quod cum eo, vnde videmus metum similiter excludi, vbi adest decretum Iudicis in contractu, Roman. in l. interpositas C. de transact. Gram. dec. 66. nu. 10. Tusc. concl. 220. nu. 42. & facit, quia si metus excluditur, & purgatur ex præsentia probi viri, Paris. cum allegatis ab eo in cons. 10. art. 55. lib. 1. Cæphal cons. 91. num. 39. lib. 1. vbi quod metus sinistra suspitio cessat ex præsentia alicuius personæ dignæ, Boss. in tit. de plurib. violentijs nu. 93. ergo quanto magis ex quo præsentia Iudicis, & Superioris, cum argumentum à maioritate rationis valeat, & sit receptum à iure, auth. multo magis, cum ibid. notatis C. de Sacrosc. eccl. cum clarè productis per Viui. in dec. 37. nu. 11. cessante igitur metu per prædictam Iudicis præsentiam, cum regulariter præsumatur pro Iudice, l. Herennius 9. Caia ff. de euictio. & rectè, riteque præsumitur actum, quod fit in eius præsentia, cap. in præsentia de renunc. late Ias. in l. facta nouissimā in 2. col. C. de pact. cum non præsumatur secūdum Crauet. in cons. 253. nu. 9. Iudicem velle malè tractare subditos suos, ex quo manent in eius protectione, dixit Decia. cons. 41. nu. 121. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Ad inducendam nouationem, requiritur voluntas creditoris.*
2 *Nouatio hodie non inducitur, nisi expressè agatur.*
3 *Ad inducendam delegationem, requiritur stipulatio.*
4 *Nouatio per coniecturas præsumitur.*
5 *Ratificatio tacita, idem operatur quod expressa.*
6 *Ratificatio inducitur verbis, & actibus.*

Apocha facta à tertio de soluendo id, quod aliquis est obligatus, an inducat liberationem debitoris principalis.

DECISIO XLVI.

1 IN causa Thome Anelli de Staibano, cum clerico Didaco Porpora; fuit dubitatum, an per Apocham factam à fratre dicti Porporæ de soluendo certam pecuniarum quantitatem dicto Staibano creditori, censeatur liberatus supradictus Didacus ab

ab obligatione, qua ipse tenebatur Staibano pro eadem summa, & dicebatur, quod cum non constabat de voluntate creditoris, in cuius præiudicium inducebatur liberatio debitoris, non debebat dici inductam fuisse nouationem, ad latè tradita per Barbos. in l. venditor nu. 188. ff. de iudit. nouatio n. non potest fieri sine consensu illius, cuius agêdi, vel obligationis competit, l. si mandato §. 1. ff. mand. l. solutionem ff. de solut. Bal. in l. si actor in fi. ff. de procur. Nact. cons. 630. nu. 3. vol. 3. & esse receptum ab omnibus testatur de Amic. in cons. 19. num. 2. Ruyn. cons. 84. nu. 2. vol. 5. cum alijs per Benint. in

2 decis. 92. Item dicebatur, hodie non fieri nouationem, nisi expressè actum fuerit l. fi. C. de nouat. late Bar. in l. 2. ff. eod. Alex. in l 4. §. condemnatum ff. de re iudic. referens hanc esse communem, & ab omnibus receptam, prout testatur hoc idem in cons. 20. vol. 1. de Franch. in dec. 15. & Afft. in dec. 44. & consequenter dicebatur, nullo pacto stanibus supradictis potuisse induci liberationem respectu dicti Porporę per apocham factam ab eius fratre, ijs addebatur, vt nec in casu prædicto posse adaptari terminos delegationis; si quidem eius requisita pariter deficiant, glo. in l. 3. & ibid. communiter omnes C. de nouat. & in l. nouatione ff. de nouat. Ias. nu. 36. & Det. nu. 27. in l. singularia ff. si cert. pet. Rot. Gen. in dec. 2. nu. 10. & dec. 19. nu. 3. & in dec. 99. nu. 20 cum innumeris adductis per Rot. Rom. in dec. 420. nu. 4. p. 1. in recollectis à Farinac. vbi in-

3 ter cætera requisita ad inducendã delegationẽ ad effectũ, vt ex ea cõtingat liberatio, exigitur principaliter stipulatio, quę in casu pdicto nõ apparebat interuenisse, tãdem dicebatur mutationẽ nominis debitoris non posse fieri contradicẽte creditore, l. cũ qui, vbi latè Ias. C. de pact. Menoch. in cons. 29. nu. 3. & seq. vol. 1. Calder. in cons. 16. de iudic. quemadmodum aliud pro alio ei solui nequit, l. eum qui ff. de solut. & l. mutuum §. mutui datio ff. si cert. pet.

Verum supra positis minimè suffragantibus per Curiam Archiepiscopalem fuit contrarium iudicatum; fuit enim dictum per apocham factam a tertio in beneficium alicuius induci liberationem, respectu debitoris principalis, ex eo, quod noua-

4 tio per coniecturas inducitur, vt latè per Menoch. lib. 5. de præsumpt. præsumpt. 91. relatum per Franch. loc. cit. & coniecturas hic adesse non dubitabatur, ex quo apparet de scientia eiusdem creditoris, quo casu inducitur ratificatio, ex latè traditis per Surd. in dec. 111. & Ann. in cons. 115. vol. 2. &

5 ratificatio tacita idem operatur, quod expressus consensus, l. 3. §. falsus ff. rem ratam haberi, Vant. de nullitat. c. 14. nu. 103. & seq. satis enim est, si actu aliquo creditoris consensus demonstretur, secundum Balb. in q. 39. cum non tantum verbis, sed etiã actu ratum haberi possit, l. non tantũ ff. rem ratam haberi, & iure meritò Senat. Pedemon. censuit ra-

6 tificationem tacitam expressę æquiparari, vt refert Thess. in dec. 6. vbi nu. 3. dicit Dominum videri gesta per procuratorem rata haberi, quando facit id, quod dicta ratificatione facere non posset, quæ scientia, siue ratificatio sufficit etiam ex post facto, vt latè per Soccin. cons. 37. nu. 19. vol. 4. & de expressa ratificatione euidenter apparet in casu nostro cum dictus Staibanus creditor apocham ne dum acceptauit, verum etiam illã alteri girauit, quo casu inducta videtur delegatio, vt per Afft. in dec. 333. & Card. Put. in dec. 124. p. 3. lib. 5. in nouissimis.

SVMMARIVM.

1 *Solitus delinquere, quis dicatur.*
2 *Extrauag. ambitiosæ intellectus.*
3 *Semel malus, semper præsumitur malus.*
4 *Valet argumentum a solitis.*

Solitus delinquere, an faciat indicium ad torturam circa aliud delictum.

DECISIO XLVII.

1 Solitus aliquid facere dicitur, qui pluries id egit, vt notatur in §. pauonum instit. de rerum diuisione, & in l. in lege § igitur ff. de verb. sign. in l. si quis donaturus ff. de vsufr. & in l. solet ff. de ferijs, Perret. in commen. in extrauag. ambitiosę super verbis, ac de rebus, & bonis à num. 37. pag. 197. de reb. eccl. non alien. licet verificari potest in vna vice & in vno actu, secundum subiectam materiam, vt in l. mela ait §. alimenta ff. de alim. leg. notat Kirch. in commen. ad commun. opin. lib. 9. tit. 35. nu. 359. Bertaz. de claus. instrum. claus. 21. glo. 12. nu. 1. vbi nu. 2. dicit, quod solitus aliquid facere plures actus

2 exiguntur, nec vnus sufficit; hinc prouenit, quod vt res dicatur solita concedi, requiritur, quod bis saltem fuerit concessa spatio 40. ann. Afft. in dec. 305. nu. 10, Balb. de præscription. par. 1. q. 20. Caualcan. in dec. 30. nu. 8. & dec. 31. a nu. 56. & 95. Gama in dec. 342. num. 4. Borrell. in summa decision. tit. 33. nu. 136. quibus enarratis cum fuisset in Curia Archiepisc. Neap dubitatum, an alias solitus delinquere faciat indicium ad torturam, & dicebatur regu-

3 lam iuris esse, quod semel malus semper præsumitur malus, ad regulam semel malus, & consequenter in eodem genere mali facere indicium ad torturam, vt pulchrè per Granut. theorem. iuris 13. insuper dicebatur delinquentem per consuetudinem magis esse puniendum, vt per Alexand. in cons. 77. & in consil. 72. num. 8. volum. 1. Anan. in cap. 2. colum. 9. de maledictis, vbi voluit, delinquentem ex consuetudine facere indicium ad torturam, Boer. in decis. 301. num. 12. Iaso. in l. ait Prætor §. non ita nu. 12. & 13. ff. de iure iurand. & quod lteratio delicti acriùs punitur, Fran. Marc. in decis. 569. nu. 8, Amedeus lib. 1. c. 2. & 3. ad quorum confirmationem adducitur Tess. in dec. 41. vbi qui ex

4 cõsuetudine solet blasphemare acrius puniatur quã qui semel id egit, & ex dicta blasphemãdi consuetudine inditium sumitur, vnde ad hoc facit quod notabiliter voluit Bald. in cons. 91. pro tenui vol. 1. quod consuetudo delinquendi operatur, vt præsumatur semper id genus delicti committere sequitur Decia. in cons. 21. vol. 1. & idem Decian. in cons. 16. Alcia. in cons. 119. nu. 17. vol. 2. & facit lex. in l. capitalium §. solent ff. de poen. vbi leuius punitur qui prima vice deliquit, quam emendatus pro delicto, ex eo quod emendatus præsumitur pluries deliquisse per prius, & quod ex consuetudine sumatur inditium, confert decis. Mastrill. 196. vol. 3 vbi

vbi fuga rei per loca insolita, & itinera non confueta, vel alio modo non comparentis, prout antea solebat facit inditium ad torturam, vt ante eum voluerunt Gram. conf. 32. nu. 8. & conf. 35. num. 27. Menoch. de præsump. lib. 1. q. 89. num. 1. & seq. Præterea dicebatur ad supradicta facere cõclusioné illã, valere, scilicet argumentum à sepius iudicatis, & solitis, Riminal. in conf. 322. nu. 6. vol. 3. Cæphal. conf. 475. nu. 66. Caualc. in dec. 44. de Franch. in dec. 55. quia non sunt mutanda quæ antiquam interpretationem receperunt, vt per Viui. in decis. 255. Fuit tamen in Curia Archiepisc. decisum non facere indicium, nisi in eodem genere delicti, & quod delictum per prius patratum fuerit probatum alias nullum faceret inditium ex sola deductione in iudicium iuxt. solemne conf. Nauar. 3. de sent. & re iud. quod communiter sequuntur Nouissimi in cap. fi. de iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Effrenatus numerus testium, quando dicatur.*

Effrenatus numerus testium, quando dicatur.

DECISIO XLVIII.

IN quadam causa coram me vertente, fuit dubitatum quando dicatur effrenatus numerus testium in quo articulo dicebatur testium effrenatum numerum, quando venit, vel non referendum, de iure communi videndum est tex. in l. 1 §. fi. ff. de testib. Iacob. Menoch. in tract. de arb. iud. cas. 249. & latissimè post ipsum Mascar. de probat. conclus. 1077. vol. 2. in Regno autem adest pragm. 1. in tit. de testi. refren. vbi Scribentes, & in pragm. 51. in tit. de offic. Sacr. Consil. vbi Rouit. & quid si testes fuerunt recepti, & examinati vltra septem super quolibet articulo, & sic contra formam dictæ Regiæ Pragmat. quales ipsorum reijci debent, Rouit. in dicta pragm. 1. & Palomb. in tract. de regimin. official. regul. 12. num. 15. apud quos reperitur quid fuit decisum in Sac. Conf. Neap. & quid si fuit petitum beneficium per personam priuilegiatam, eidem concessum, & in primo termino fuerunt examinati testes ad eius instantiam iuxta numerũ taxatum in dicta Reg. Pragm. 1. an super termino beneficij possit examinare septem alios testes super quolibet articulo, seruata forma dictæ Pragmaticę, Palomb. loc. cit. refert, quod de hoc dubio fuit consultus Excell. Prorex per Sacr. Conf. Neap. & ordinatum, atq; decisum, quod super quolibet articulo in termino beneficij examinentur septem testes, vt supra.

Effrenatus autem numerus testium dicitur, quãdo super singulo capitulo producerentur vltra tres testes, Bart. in l. quoties nu. 3. C. de naufrag. lib. 11. Menoch. conf. 367. nu. 40. vol. 4. Roman. in l. si vero §. de viro nu. 241. ff. sol. matr. quamuis arbitrio Iudicis remiserint, inspecta qualitate negotij, & personarum, Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centur. 3. cas. 249. num. 3. per l. 1. §. vlt. ff. de testib. Oldrad. conf. 145. Abb. in cap. cum causam nu. 3. extra de testib. Papiens. in form. oppos. contra testes in glo. sunt q; publicati nu. 14. Affl. in cap. 1. nu. 21. vers. item datur arbitrium Iudici ex quib. caus. feud. amitt. Pet. Loriot. in l. 3. nu. 1. ff. de testib. Rebuff. in l. vnica nu. 60. C. de sent. quæ pro eo quod interest.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus in rebus Ecclesiæ quærendis, ei præiudicare potest, limita prout nu. 3.*

2 *Episcopus obtinet vniuersale dominium totius Diœcesis, & omnia loca pia, ipsi tanquam vero Domino subsunt.*

5 *In dubio iudicandum est pro Ecclesia.*

Regula illa, quod Prælatus in quærendis potest præiudicare Ecclesiæ, an procedat in omnibus Ecclesijs suæ Diœcesis, an vero in querendis Ecclesiæ Cathedrali tantum.

DECISIO XLIX.

FVit hæres institutus quidam locus pius, & cum Episcopus loci ordinarius valdè optabat ex causis suã mente mouentibus hæreditatem dicti loci delatam repudiare; fuit dubitatum, an de iure id fieri potuisset, & consequenter, si regula illa, quod Præ-
1 latus potest in quęrendis Ecclesiæ præiudicare, procedat tantum in quærendis suæ Ecclesię Catedrali, & non omnibus suæ Diœcesis, dubium faciebat, quia
2 posset, quia Episcopus obtinet vniuersale dominiũ totius Diœcesis, vt notabiliter dixit Cott. in verb. Episcopus, ex mẽte Innoc. in cap. si quis Episcopus de hæret. Iallong. racemat. iuris lib. 1. c. 91. & in qualibet parte Diœcesis habet iurisdictionem, vt in proprijs terminis probat tex. in cap. cum Episcopus de offic. Ordin. lib. 6. cap. omnes Basilicæ 17. q. 4. & omnia loca pia, ipsi tamquam vero Domino subsunt, cap. ad hæc, cap. de Xenodoch. de relig. domib. Borrell. conf. 81. de Pont. in conf. 18. volu. 1. ex mente Fely. in cap. de quarta vbi latissimè de præscriptionibus, & est caput Diœcesis, secundum Verall. in decis. 306. par. 1. & potest quidquid sibi placet in sua Diœcesi facere, Guid. Pap. in decis. 103. cum sint legitimi administratores suarum Ecclesiarum, & Monasteriorum, Bellam. in dec. 695. & qualibet Ecclesia si sit sub Episcopatu, debet esse sub obedientia Episcopi, secundum quod notabiliter scribit Bart. de Capua sing. 9. cum dicatur Princeps in dicto loco, cap. si quis Princeps de maiorit. & obed.

Cæterum supradictis nihil facientibus, contrarium, ex voto meo fuit iudicatum, ex quo Prælatus
3 in alijs Ecclesijs præter Cathedralem habet tãtũ protectionem, & Episcopalem auctoritatem quo ad earum vtilitatem, cap. fraternitatis, vbi DD. de donat. & ad hoc facit quod voluit Ias. in l. legatum ff. de leg. 1. & in l. si seruus C. de pact. vbi loquitur
4 de legato, seu hæreditate suæ Ecclesiæ delata repudianda, & sic euidenter patet, non licere Episcopo hæreditatem alicuius suæ Diœcesis Ecclesiæ delatã
5 repudiare, in dubio enim iudicandum est pro Ecclesia,

clusa, l.cum sint ff. de relig. & sumpt.fun. & conscientia debet animum Episcopi stringere, Afflict. in dec.23.Dec.in cons.423. num.12.vol.2.Ioseph. Lud.decis.3.num.59.

SVMMARIVM.

1 *In secundo gradu non dispensatur de contrahendo matrimonio, nisi inter magnos Principes, & ex publica causa.*
2 *Conseruatio magnarum diuitiarum in familia, est causa dispensandi.*
3 *Conseruatio Illustris familiæ in eodem sanguine est iusta causa dispensationis.*
4 *Bono publico expedit, familias locupletes, & integras conseruari.*
5 *Omnia Concilia per authoritatem Romanæ Ecclesiæ robur acceperunt.*

Conseruatio magnarum diuitiarum in familiabus, an sit iusta causa dispensandi in secundo gradu consanguinitatis.

DECISIO L.

DIspensationem istam posse, & esse concedendam in hoc gradu consanguinitatis vltra Summi Pontificis maximam, & supremam potestatem, de qua circa hoc non differo, sed me remitto, ad latissimè tradita p Abb.de potest.Pap. & Côcil. p.1.ex nu.31.Aluar.Pelag.de planct.eccles.c.45.& c.58.Loaz.in tract.de matrim.Reg.dubit.2.Mich. Anninon.de vnit.ouil.& past.c.27.ex n.12.Simãc. Cathol.inst.c.45.ex nu.3.latè Alpho.Mendoz.in quodlib.q.4.scholast.§.9.vers.secundo quid,ex pagin.333.Pined.1.par.in agricul.christ. dial.1.§.14. post med.apertè patet, ex eo,quia licet in contrahendis matrimonijs virtute Conc.Trid.c.5.sess.24
1 de matr.in secundo gradu nunquam dispensetur
nisi inter magnos Principes, & ex publica causa
hoc in nostrum fauorem redundat, quia vna causa
iusta dispensandi in impedimentis matrimonium
dirimentibus in nostro casu adest, cum agatur de
2 conseruatione diuitiarum in eadem cognatione,
& clarum est, talem conseruationem diuitiarum in eadem cognatione, ne causa dotis distrahantur ad aliam cognationis familiam esse iustam caussam concedendi talem dispensationem, vt in indiuiduo tenuerunt Galleg. de cognat. spiritual.cap.22. num. 11.12. & 13.Manuel. 1.tom. Summ. cap. 237. 2. conclus. Vega 2. tom. summæ cap.34.cas.167.quos refert, & sequitur Sanch. de matrimon.lib.8.disput.19.num.30. quibus addo Reginal. in prax. fori pœniten.lib.31. nu.197. Ægid. de Sacrament. disput. 33. num. 9. de quibus nouissimè meminit Barb. in remiss. ad Sacrum Concil. Tridentinum cap. 5. sess. 24. de reform.matrim.num.22. vers.octaua, & secundum Sanchez vbi supra num.31.insurgit pro confirmatione altera dispensandi caussa, & est Illustris
3 Familiæ conseruatio in eodem sanguine, quia ad
pietatem, & bonum publicum pertinet conseruari Illustres Familias, Enriq. lib. 2. de matrim. cap.3. nu.9 referens in commento lit.D. ob hanc caussam dispensasse Gregorium Decimumtertium Anno 1575. cum Domina Luisa Comitissa Sanctæ Gadeæ, vt nuberet patruo, cui prius soror eius nupserat, & insuper illa voto continentiæ astricta erat, & facit, nam bono publico non pa-
4 rum conuenit, Familias locupletes, ac integras cô-
seruari, l.1. §.denunciare vers. public. ff. de vent. inspic. nam ex tali conseruatione abundat Respublica Viris Nobilibus, ac locupletibus, qui commodè ipsi inseruiant, & ideo hac de causa iustæ redduntur maioratuum institutiones.

Et quod talis dispensatio possit a Summo Pontifice concedi, apparet ex eo, quia prohibitio facta à Sacro Concilio Tridentino loco citato, fuit facta auctoritate Summi Pontificis, & clarum est, vulgatis iuribus, quod tanquam legislator potest destruere legem ab ipso factam, quod suadetur etiam, quia Papa est supra Concilium Tridentinum, cap. significasti 4. ante finem de elect. ibi: Quasi Romanæ Ecclesiæ legem Concilia vlla præfixerunt, cum omnia Concilia per Romanæ Ec-
5 clesiæ auctoritatem facta sint, & robur accepe-
perint, & in eorum Statutis Romani Pontificis patenter excipiatur auctoritas: & ibi Abbas num.3 cum eius additione magna in verbo Concilia, cap. proposuisti de concess.præbend. glos.in verb.præsumit in cap. sicut Sancti 15.dist. Gemin. cons.44. num.1.& seq. Gramma.cons.2. num.16.17.& 23. Cassador.decis.2.num.4. de præbend.quos refert, & sequitur Gonzalez super regul.8. Cancell. in prohem §. 1. nu. 62. & eo magis cum simus fauore matrimonij, cuius caussa est multum fauorabilis, ita quod ipsius fauore dispensationem, quę est stricta, & odiosa esse extêdendam, tradunt Milis in repertorio lit. D. verb. dispensatio nu.23. Veracrux 1.par. Specul.art.44.pag.5. paulò ante secundum dubium, Borgas.de irregul. par.2. de interpetrat.dispensat.num.23. Gambar.de auctoritat.legat. lib.10.num.262. Loaz. de matrimon. Regis Angliæ dub.2. num.29. post Felyn. in cap. postulasti de rescript. & ita iuxta supradicta audiui esse dispensatum.

SVMMARIVM.

1 *Occupator bonorum Ecclesiæ, incidit in censuras.*
2 *Ad hanc censuram incurrendam, quatuor requiruntur, vt num.3.4.& 5.*

Vt occupator bonorum Ecclesiæ incidat in pœnas Concilij Trident.sess.22. cap. fin. quæ concurrere debent.

D DE-

DECISIO LI.

IN vna appellationis Acerrarum pendente in Curia nostra Metropolitana, fuit dictum, oc-
1 cupatorem bonorum Ecclesiæ incidere in censuras, allegabatur cap. quicumque 12. q. 2. & cap. attendendum 17. q. 4. extrauag. ambitiosæ de rebus ecclesiæ non alien. & cauetur in Sacr. Conc. Trident. sess. 22. cap. fin. de reform. ibi: Is anathemati tandiu subiaceat, quandiu bona, fructus, & redditus ecclesiæ siue beneficiato integrè restituerit, ac deinde à Romano Pontif. absolutionem obtinuerit, & hodie est in Bulla cœnæ clausul. 17. his verbis videlicet: Quiuè iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus ad vos, & Sedem Apostolicam, & quascumque ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum pertinentes vsurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa sine Romani Pontif. vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant.

Verum ad hanc censuram incurrendam qua-
2 tuor conditiones requiri docent Caiet. in verb. excommunicatio cap. 17. & Nauarr. in Manual. cap. 27. sub num. 71. vers. sexta, explicatur in lib. Thesaur. cas. consc. in expos. Bull. Cœn. cap. 21. & ille dicitur vsurpare qui sibi vendicat id quod ad eum non pertinet, glos. in cap. multi 2. q. 1. cuius termini significatum quoad præsentem materiam optimè explicat Angel. in præalleg. tract. cap. 17. num. 4. & eod. cap. §. 2. & quod vsurpantes iura ecclesiastica tanquam sacrilegi iudicentur, est tex. in cap. conquestus de for. comp.

3 Requiritur pariter, vt de occupatione euidenter pateat, Lapus alleg. 64. nu. 4. Caualc. dec. 30. nu. 10. par. 2. & dec. 27. num. 39. par. 3. Natta cons. 524. num. 3. Rolan. cons. 83. nu. 22. vol. 1. Turret. consil. 41. nu. 1. vol. 1. Surd. cons. 61. nu. 2. vol. 1.

4 Tertio requiritur, vt dolo occupet, & ratio est, quia Sacr. Conc. Trid. sess. 22. cap. fin. de reform. loquitur per verbum, præsumpserit, quod importat dolum, Nauar. de regul. tom. 4. nu. 62. & consl. 38. num. 2. de senten. excommun. vbi dicit excommunicationem non incurri sine dolo, quod idem tenet Bellam. decis. 541. Cassador. de constitut. decis. 5. nu. 7. de prob. decis. 1. num. 3. Farin. q. 87. nu. 30. q. 111. num. 357. vbi firmat, nec sufficere latam culpam, quandoquidem ignorantia iuris in omni casu illos excuset, Nauarr. in dicto cap. 27. num. 274. Bellam. dicta dec. 541. Paris. de resignat. benef. lib. 10. q. 9. nu. 10. cum seqq. Farin. q. 90. num. 91. cum seqq.

5 Quarto, vt sit faciens, non mandans, nam talis non includitur, quandoquidem constitutio excommunicans facientem non includit mandantem, glo. in clem. 1. de consanguin. & affin. Caieta. in summa in vers. excommunicatio cap. 46. vers. licet, Angel. in vers. excommun. casu 36. nu. 5. Tabiena in vers. excommun. §. 5. cas. 49. nu. 6. Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 51. & in puncto de hæret. lib. 5. cons. 4. num. 4. vers. quarto etiam, Ledesma 22. q. 16. art. 2. dub. j. Castr. lib. 2. de leg. pen. c. 7. circa fin. & licet Abbas in d. clem. 1. nu. 12. & Vital. ibid. nu. 33. Siluest. in verb. excommun. 9. nu. 70. & aliqui alij tenuerint contrarium; tum ex eo, quia dicta clem. 1. alias esset ludibrio, & frustratoria secundum glos. ibid. tùm demum, quia tacitè videtur colligi tam ex verbis d. clem. quam ex verisi-
5 mili mente Pontificis, quod includatur mandans, tamen prima opinio sequenda est, vti communis, prout vidi quendam Doctorem de communi testantem in quibusdam manuscriptis, nec non vti munita melioribus, & fotioribus rônibus, & innixa pietati, & pro ea admodum vrget, ne ex vnius funere multitudo ligaretur, iuxta glo. in d. clem. 1. & facit, nam in materia odiosa, & pœnali, prout est dispositio d. clem. 1. verba sunt strictè, & ad literã intelligenda Franc. Becc. cons. 11. num. 16. Turr. cons. 6. num. 10. vol. j. Surd. dec. 174. nu. 1. & quia d. clem. 1. loquitur in præsumente scienter, & sic præsupponit dolum, & malitiam, vide in puncto Tabien. in vers. excommun. 5. cas. 31. nu. 6. Nauar. de hæretic. lib. 5. cons. 4. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Plus valet, quod in veritate agitur, quam quod simulatè concipitur.*
2 *Plus valet quod actum est, quam quod scriptum.*
3 *Veritatis effectus connumerantur.*
4 *Contractus ex conuentione partium legem accipit.*

An si locatio bonorum ecclesiæ in instrumento apparet, quod fuerit facta per triennium; verbo verò, & fide, per quadriennium; contrahentes incidant in censuras Extrauag. ambitiosæ.

DECISIO LII.

CVm quidam Rector, seu Parochus locasset quodam petium terræ prædictæ suæ Parochiæ cuidam Equiti S. Ioannis per triennium tantum, & de locatione fuisset instrumentũ confectum, in quo apparebat locatum fuisse per triennium tantum, iuxta illud quod de iure fieri decet, verum verbo, & fide eiusdem Rectoris, locatio erat per quadriennium; fuit dubitatum, an prædicti incidissent in censuras Extrauang. ambitiosæ
1 contra locantes vltra triennium, & fuit decisum affirmatiuè, ex eo quod rei veritate locatio prædicta contracta erat per quadriennium, licet in scriptis contrarium videbatur, & de iure indubitatum est, plus valere, quod agitur, quam quod simulatè concipitur, l. 1. 2. & 3. C. plus valere, quod agitur, &c. Bal. in cons 193. nu. 4. & seq. vol 1. Alex. cõs. 18 vol. 1. Det. in cons. 13. nu. 6. & in cons. 77. nu. 10. & seq. cum alijs apud Alciat. regul 3. præsumpt. 17. nu. 5. vbi nu. 16. voluit veritatem præualere scripturæ, l. talis scriptura ff. de leg. 1. veritas enim semper præualet opinioni, & scripturæ, Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 31. num. 4. Mendez de Castr. in prax. Lusitan. lib. 2. cap. 3. num. 19. Brunor. à Sole in locis communibus verb. veritas num. 45. & facit text. in l. semper in stipulationibus ff. de verbor. oblig. vbi in contractibus atten-
2 ditur magis, quod actum est, quam quod scriptum

tum,[& secundum quod voluit Girond. de priuil.
explic.num.845. veritas, & rei substantia plus va
let, quam ludibrium verborum, & scripturarum
ex quo fides veritatis verborũ adminicula,& scri-
pturarum non desiderat,l.1. C.si minor ab hære-
ditate se abstineat, & veritas rerum gestarum cõ-
uentionibus partium non immutatur, l.illicitas §.
veritas ff.de offic.Præsid.cum sit res solidissima,&
3 murus inexpugnabilis Afflict.in dec.233.num.7.
& omnia vincit, cap.veritate 8.dist. Roland. con-
sil.5.num.19.& cons.33. num.41. lib.4. & illi om-
nia cedunt, idem Roland. in cons.11. lib.3. item
immutabilis est, & perpetua, Aristot. lib. 4. Me-
taphysic. cap.5. vnde cursus temporis non murat
substantiã veritatis,l.sicut C.ad legem Corneliam
de falsis, & in terminis huius articuli facit quod
propter scripturam locationis triennalis non mu-
tatur fides, & promissio præstita, & proinde suc-
cedit conclusio iuris,quod propter nostrum affir-
mare,vel negare rei veritas non mutatur,l.assum-
pto ff.ad municip.

Non obstat, quod in contractu in scriptis cele-
4 brato locationem apparebat per triennium cele-
bratam, & consequenter, vt euitentur censuræ
esse attendenda verba contractus, quia responde-
tur ex subsequenti partium conuentione, quoad
annum additum [contractum legem accipere,
l.contractus ff.de regul.iur.Surd.cons.183.num.6.
Seraphin.in dec.787.num.2.quod procedit, prout
in casu nostro etiam si fuerit conuentum vltra
vel præter naturam contractus, Farinac. in decis.
114.num.4.tom.1.& a partium conuentione reci-
pit formam contractus, Rota apud eundem in
dec.669. par.1. & contractus recipiunt interpetra-
tionem ex tacita mente contrahentium, l. in con-
uentionibus ff.de verb.oblig.Perez tit.7. lib.3. vn-
de ex quo mens dictorum contrahentium dirige-
batur, vt locatio prædicta esset duratura per qua-
driennium, igitur contraxerunt censuras; in con-
tractibus enim potius mens, quam verba sunt
attendenda Molina de primogen. lib.1. cap.4. nu.
20.& contractus conclusio attenditur, l. si domi-
nus ff.de præscriptis verbis, Gratian.disceptation.
forens.cap.115. num.35. nec hoc casu ommissum
habetur pro ommisso, l. quidquid astringendæ
ff.de verbor.oblig.Paris.cons.117.num.6. Surd.de
alimen.tit.8.priuileg.76.& dec.283.num.5.

Non obstat,contrahentes in dubio præsumi se
conformasse dispositioni iuris, idem procedit in
testatore, l. hæredes mei §. cum ita ff. ad trebell.
l.quæro §.inter locatorem ff. locat. Menoch.cons.
211. num.17.Mascard.de probat.conclus.1415. à
nu.2.Surd.dec.2.nu.11.Gonzal.in regul.cancell.8
glo.5.nu.8.Valasc.consult.134.nu.xj.Gama Lusit.
decis.16.num.4.& decis.193.nu.6.Perier.de empt.
cap.9.num.10.Guttier.practic.lib.3.q.70.num.29
& quæst.105.num.3.& cons.18.num.7.cum seqq.
quia respondetur, hoc procedere in dubio, secus
vbi appareret contrarium, vt hic in quo fuit facta
locatio verbo,& fide, per quadriennium, contra-
ctus.n.regulantur iuxta mentem contrahentium,
& non operantur vltra eorum intentionem, l.non
omnis ff.si cert.pet. l.in agris ff.de acquir. rer. do-
min. l.legata inutiliter ff. de leg.1.l.cum tale §.fin.
ff.de cond.& demonst.& l. 2.ff.de his qui in testa-
ment.del.&iusta supradicta fuit decisum in quadã
Curia Episcopali huius Regni, quæ decisio valdè
placuit doctissimo illo viro Equite præclarissimo
Domino meo colendissimo Aloysio Iesualdo.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio beneficij,vt valeat,debet fieri cum causa*
sed quæ sint istæ causæ enumerantur nu.2.
3 *Fieri non posse dicitur,quod comodè fieri nequit.*
4 *Beneficia dantur propter officia.*
5 *Beneficium percipere nõ debet,qui negligit officium*
via fraudibus non est aperienda, ibid.
6 *Argumentum à contrario sensu validum est.*
7 *Forma debet specificè adimpleri.*
8 *Taciti,& expressi eadem est virtus.*

An stante Bulla Pij V. possit Beneficiatus resignare beneficium, cuius redditus sũt inexigibiles.

DECISIO LIII.

1 MAndatur in Constitut. Pij V. Resignatio-
nes quorumcumq; beneficiorum esse
nullas, & irritas, si ab Ordinarijs recipi-
antur sine aliqua ex infrascriptis causis, nempè si
2 resignantes sint senio confecti, aut valetudinarij,
vel corpore impediti; aut corpore vitiati, aut cri-
mine obnoxij, censurisq; ecclesiasticis irretiti,aut
qui nequeunt Ecclesiæ,vel beneficio inseruire, vel
non debent illis seruire, seu qui vnum,aliud,vel plu
ra beneficia obtinuerit,aut quos ad aliud continge
rit promoueri,aut ingressuri Religionem, vel Ma
trimoniũ cõtracturi,si statim re ipsa id exequatur,
vel si ob capitales inimicitias nequeũt, vel non au-
dent in loco beneficij cõmorari;quare fuit dubita-
tatum in Curia Archiepiscopali, si potuisset resi-
gnari beneficium,stante quod redditus ipsius non
exigebãtur; vnde onera beneficij nequiuerãt adim
pleri, & affirmatiuè iudicauimus,ex vi dictæ Bul-
3 læ, ibi: [Aut qui nequeunt Ecclesiæ,vel beneficio,
inseruire] cum id dicatur fieri non posse,quod co-
modè fieri nequit.l.nepos proculo ff.de verb. sign.
Surd cons.203. nu.44.obnoxium enim esset substi
nere onus,& lucrum non habere, vnde meritò be
4 neficia dantur propter officia,Monet.de distribut.
quotid.par.2.q.2.nu.40. Garcia de benefic. par.1.
5 cap.2. nu.60. & ideo beneficium non debet perci-
pere qui negligit officium, cap. diuersis fallacijs
de cler. coniug. nam esset aperire viam fraudibus
contra iura,vt è contra officia non debent exerce-
ri ab eo, qui non habet beneficium, vel si habet
6 est inutile,cum argumentum a contrario sensu in
iure recipiatur,l.apud antiquos C.de furt.cap.qua
lis 25.dist. cap.apostolica de his quæ fiunt à Præl.
latè Tusc.in concl.498.lit.A.

Non obstat,quod Bulla præfata expresè casum
nostrum non aperiat, vnde non est trahenda ad il-
7 lum, cum videatur dare formam,quæ debet speci
ficè adimpleri,l.non dubium C.de legib. Gama
decis.Lusit.45.nu.3.Valasc.dec.133.nu.2.Paris.de
resign.benef.li.5.q.6.nu.227. fusè Tusc. in concl.
415.lit.F. nam respondeo tacitè casũ nostrũ inesse

8 in dictis verbis de quibus supra, & taciti, & expressi idem est indicium, l. cum quid, vbi DD. ff. si certum petat. l. fin. in princ. ff. de leg. 2. l. item quia ff de pact. eo magis quando tacitum includitur in natura expressi, Antonin. resol. 57. num. 72. lib. 2. Tusc. concl. 7. lit. T.

SVMMARIVM.

1 *Patronus laicus potest variare, & plures præsentare.*
2 *Patronus Ecclesiasticus variare non potest, & quare nu. 3. 4.*
5 *Laici habent quadrimestre, Ecclesiastici semestre ad præsentandum.*
6 *Patronus ecclesiasticus potest variare, quando præsentatio non fuit perfecta.*
7 *Idem est, si præsentatio fuit facta coram non habente ius instituendi.*
8 *Patronus ecclesiasticus, si variet, non punitur.*
9 *Præsentatio secunda conualescit per cessionem primi præsentati.*
10 *Patronus, variando, duos potest tantum præsentare.*
11 *Pluralis locutio, duorum numero est contenta.*
12 *Infinitas est euitanda.*

Variatio in iure patronatus, quot vicibus permittatur.

DECISIO LIV.

1 CErtum equidem est quod patronus laicus potest variare, & plures successiuè præsentare, cap quod autem, & cap. pastoralis de
2 iure patron. Patronus autem ecclesiasticus variare non potest, cap. cum autem vbi glo. pen. de iur. patron. & DD. in præcit. loc. & facit glo. in cap. vnico in verb. ecclesiasticus de iur. patron. in sexto, & ibi Jo. Andr. Anch & reliqui, Rocch. de Curt. de iur. patron. in verb. honorificum q. 9. & 10. & latè Lambert. eiusd. nomin. tract. lib. 2. par. 2. q. 7. ar. 1. cuius diuersitatis rationes plures ponuntur à DD. supra-
3 dictis, ipse autem dico, quia præsentatio ecclesiasticorum habet vim electionis, in qua electione non cadit variatio, cum statim electo ius acquiratur in re, cap. publicato vbi gl. & cap. cp sicut de elect. sed in præsentatione laici secus est, quia præsentato tantummodo ius ad rem. Item alia potest esse ra-
4 tio, quia clerici facilius, & melius possunt inuenire, & noscere clericos idoneos, quam laici, qui cum sint extra clericalem militiam possunt titubare, vt per Lambert. de iur. patron. lib. 2. p. 2. q. 7. & ex hoc
5 cum laici possint variare habent tantum quadrimestre, ecclesiastici verò qui variare nequeunt semestre.
6 Aduertas tamen, quod si actus præsentationis non fuit perfectus, quia deficiat aliqua ex personis requisitis de necessitate ad perfectionem præsentationis, vel aliud, tunc etiam patronus ecclesiasticus poterit iterum canonicè præsentare, & non dicetur variare, cap. fin. de iur. patron. Lambert. vbi supra art. 3. quia tali casu non potest dici perfe-
7 cta præsentatio, & eadem ratione poterit patronus ecclesiasticus si præsentauit coram eo, qui non habet ius instituendi præsentare iterum alium habenti ius instituendi, Card. in. in clem. 1. q 9. de iure patron.
8 Et sciendum etiam, quod si ecclesiasticus patronus primo præsentauerit, & postea variãdo alium psentauerit non punitur, nec deuolutio fit ad superiorem dummodo non præsentauerit indignum, sed prima præsentatio attenditur, Rocch. de Curt. de iur. patron. in verb. honorificum q. 9. num. 31. Lambert in eod. tract. art. 9. lib. 2. Rota in antiquis
9 in dec. 16. de renunc. quæ ait conualescere secundam præsentationem, quando prima præsentatio cessaret postea per renunciationem præsentati, si patronus tunc petat dictam secundam præsentationem admitti, quia tunc videtur patronus eam de nouo facere, & ideo cessante prima præsentatione, poterit de nouo præsentare, si duret tempus cõcessum ad præsentandum, & recedere a dicta secunda præsentatione facta dum vigebat prima vt per Lambert. vbi supra art. 10.
Patronus ergo ecclesiasticus potest variare, & pluries præsentare, vt supra fuit conclusum, quod tamen in-
10 telligi debet, quod vltra duos variare nequeat, & vltra duas vices, vt consuluit Calderin. in consil. 16. de iur. patronat. pluralis enim locu-
11 tio duorum numero est contenta, cap. pluralis de regul. iur. in sexto, & infinitas est euitanda, cap. cum in multis de rescriptis, & iura loquentia de dicta variatione hoc innuunt, ita etiam Rocch. de Curt. vbi supra in verb. honorificum q. 10. faciunt dicta per Bellencin. in tract. de carit. subsid. q. 23. & dicta per Iaf. in l. edita col. 3. in fin. C. de edendo, & ita seruari in praxi, & ita iudicando, & consulendo refert Lambert. de iur. patron. lib. 2. par. 2. q. 7. art. 23. iuxta quam sententiam censuit nostra Curia Arciepiscopalis.

SVMMARIVM.

1 *Stuprum sumitur strictè, & largè.*
2 *Stuprum in specie committitur, cum virgine, vidua num. 3. Puero num. 4. Inter seruum, & dominum num. 5.*
6 *Stupri pena quæ nam sit de iure Diuino, Pontificio nu. 7. 8. & 9.*
10 *Stupri pœnam de iure ciuili non esse mortis naturalis vbi conciliantur leges diuersæ, nisi vis, vel dolus intercesserit nu. 12.*
13 *Pena Tutoris stuprantis pupillam quæ sit.*
14 *Stuprans virginem, tenetur eam ducere in vxorem & vel dotem constituere nisi stuprata esset vitæ minus honestæ nu. 15.*
16 *Quid fuerit decisum in Curia Archiepiscopali circa penam clerici stuprantis.*

Po-

Pœna Clerici ſtuprantis quænam ſit.

DECISIO LV.

AD materiæ ornatum eſt ſciendum, quod ſtupri nomen in genere, ſeu largè, & in ſpecie ſeu ſtrictè ſumitur, in genere, ſignificat illicitum coitum, l. ſtuprum ff. de titu nupt. l. inter litteras §. 1. ff. de adult. l. auxilium in fi. ff. de mino. & l. inter ſtuprum in fi. ff. de verb. ſignif. vbi Rebuff. col. 2. verſ. quas ego ſic, qui comprobat tex. in in cap. nemo 32 q. 4. de hoc ſtupro in genere, & lar-
2 gè noſtra non eſt diſpoſitio, in ſpecie, ſeu ſtrictè, ſtuprum dicitur committi certis cum perſonis. Et primo quidem cum virgine, l. 2. §. in tium ff. de orig. iur. & cap. lex illa 36. q. 2. & ſcribunt Rebuff. in d. c. inter ſtuprum col. 1. verſ. ſtuprum propriè, Iul Clar. in pract. crim, §. ſtuprum, Maiol. in tract. de irregul. cap. 10. & Gregor. in lib. 9. ſyntag. c. 9. nu. 1. & 2.

3 Secundò, ſtuprum ſtrictè, & in ſpecie committitur cum vidua, d. l. inter ſtuprum de verbor. ſign. l. ſtuprum ff. de leg. Iul. de adulter. & ibid. DD. Clar. & Petr. Greg. qui ſupra.

4 Tertiò, ſtuprum eſt quod cum puero perpetratur, l. 1. §. qui puero ſtuprum ff. de extraord. crim. Rebuff. Iul. Clar. & Pet. Greg. præcitat. in locis, quod alio nomine ſodomia appellatur.

5 Quartò, ſtuprum committunt ſeruus, & domina ſimul coeuntes, l. 2. C. de mul. quæ proprijs ſeruis ſe iunx. Pet. Gregr. in d. c. 9. in fi.

Pęnæ aduerſus ſtuprũ cõmitiẽtes ꝑmultæ ſunt.

6 Prima eſt à lege antiqua diuina impoſita contra ſtuprum a vidua commiſſum, Geneſ. c. 38. quæ ignis erat, & in ſpecie annotauit Pet. Gegr. in d. c. 9. nu. 1. qui nu. 5. verſ. ſi tamen refert aliam pęnam contra ſtuprantem virginem, vt eam in vxorem ducat, vel dotet, & dicemus infra.

7 Secunda eſt, quam lex Pontificia in foro conſcientiæ induxit contra clericum ſtupratorem, cui iniungenda eſt pęnitentia 10. annorum cum illis ieiunijs, ac pęnitẽtijs, quorum meminit tex. in cap. presbyter 83. diſt. Laico verò iniungitur pęnitentia 7. annorum, cap. deuotam 37. q. 1. & cap. hoc ipſum 33. q. 2. & ſcribunt Paul. Grillan. in tract. de pęnis omnifar. coit. c. 7. nu. 3. vel dicendum eſt ſacerdotis arbitrio imponi poſſe hanc pęnitentiam, vt ſcribit Choueron. in tract. de publ. concub. rubr. de ſtupro nu. 18. Theſſaur. dec. 3. nu. 3. in fi.

8 Trtia, eſt pęna a lege Pontificia in foro contentioſo contra clericos indicta, vt deponantur, ita Abb. in cap. & clerici nu. 20. de iudic. & in c. 2. de adult. Choueron. in d. rubr. de ſtupro nu. 18. verſ. ſi vero, Grilland. in d. c. 7. nu. 2. Bernar. Diaz in pract. canon. crim. c. 83 nu. 2. & 5. Maiol. in tract. de irregularit. c. 40. Iul. Clar. in pract. crim. §. ſtuprum verſ. ſed quero, & Petr Greg. in d. c. 9. nu. 5. verſ. clericus ſtuprans, interdum tamen hoc iure pęna eſt arbitratria, ſicuti tradunt Abb. in cap. vt clericorũ de vita, & honeſt. cler. & in c. 2. de adult. Grilland. in d. c. 7. num. 3. Paul. Lancell. inſtit. canon. tit. de adulter. §. eadem, & Ignat. Lopez in addit. ad pract. crim. Bern. Diaz c. 83. col. 8. & 9. vbi in verſ. & nota ſcribit clericum ſtuprantem viduam etiam honeſtè viuentem, non deponi, ſed pro Iudicis arbitrio alia pęna puniri.

10 Quarta pęna eſt, quam lex Ciuilis indixit aduerſus ſtupratorem vitæ alioqui honeſtæ, aut in dignitate poſitam, vt pro Iudicis arbitrio ad tempus relegetur, confiſcata bonorum parte, humilis verò fuſtigetur, & in exilium mittatur, ita ſtatuit Iuſtin. §. item lex Iulian. inſtit. de publi. iudi. quo tex. intel-
11 ligimus iure ciuili ſtupri pęnam non eſſe capitalem, ſicq; mortis naturalis ſicuti in ſpecie tradunt Angel. Aret. in tract. malef. in verb. *Che hai adulterato la mia donna* num. 54. & 55. Alexan. conſ. 165. nu. 2. lib. 7. Mateſil. notab. 10. Grillan. in d. c. 7. nu. 4 Gram. in vot. 17. nu. 3. Rol. cõſ 35. n. 25. lib 2. & Iul. Clar. in d. § ſtuprum verſ. ſed quero quæ ſit pęna, verum repugnare videtur l. 1. §. vlt. ff. de extraord. crim. quo loci reſpondit Paulus, ſtupratores perfecto flagitio puniri capite imperfecto in inſulam deportari hanc antinomiam conciliari multi ſtuderunt Catell. Cott. in memorab. in verb. ſtuprum, & Ioan. Bapt. Pius in annot. ad d. l. 1. ſcribunt in eo §. item l. Iulia eſſe legendum non ſtupratoribus, vel vt alias peccatoribus, ſed Prædicatoribus, nempè ſtupri perſuaſores, & conſultores eſſe puniendos pœna exilij, vel relegationis, & bonorum publicationis, quam quidem conciliationem reijcit, Alciat. lib. 5. paradox. c. 10. qui aliter conciliat, vt ſcilicet duæ ſint pęnæ diuerſæ a diuerſis legibus conſtitutæ, vna quidem eſt prima, de qua in d. l. 1. §. vlt. ff. de extraord. crim. vt pæna illa extraordinaria capitis ſit: alia vero de qua in d. §. item lex Iul. eiuſdem opinionis fuit idem Alciat. in l. transfigere nu. 10. in fin. C. de tranſact. & ſecuti ſunt ibidem Padilla num. 83. & Franciſ. Cald. in l. ſi curatorem in verb. vel aduerſus dolo nu. 59. C. de in integ. reſt. minor.

Cæterum prædicta procedunt contra ſtuprato-
12 res, qui nulla vi, nulloq; adhibito dolo deliquerũt, ſecus vero ſi dolus, vel vis interceſſit in ſtuprando nam tunc ſine controuerſia pęna eſt mortis naturalis, ſicuti tradunt Bart. in l. 1. ff. de extraordin. crimin. Bald. in l. raptores C. de Epiſcop. & Cleric. Angel. Aretin. in tract. de malefic. in verb. *Che hai adulterato la mia donna* num. 54. Modernus Pariſienſ. in annot. ad Alexand. in conſ. 165. lib. 7. Iul. Clar. in d. §. ſtuprum verſ. ſed quæro in fi. Boſſ. in tract. cauſ. crimin. tit. de coitu damnato num. 19 & 64. Vegius in conſ. 66. num. 138. Theſſaur. deciſ. 3. num. 1. & Viui. in deciſ. 299. num. 5. Gramm. in vot. 17 & Theſſaur. d. dec. 3. nu. 3. verſ. quinta eſt concluſio, quidem dixerunt quando ſtuprator ſepius ſic deliquit.

Quinta, eſt pęna deportationis, & publicationis
13 bonorum contra tutorem, qui pupillam corripit, quemadmodum ſanciuit Conſtantinus in l. vni C. ſi quis eam, cuius tutor fuerit corruperit, & ſcribunt Choueron. in tract. de public. concub. rubr. de ſtupro num. 35. Petr. Gregor. in lib. 36. ſyntag. c. 10. num. 5. verſ. pęnam augent, Gomez. in l. 80. Tauri num. 24. Iul. Clar. in pract. crimin. §. fornicatio in verſ. cum pupilla, Boſſius in tract. cauſar. criminal. titul. de damnat. coitu num. 41. qui dixit Senatum Mediolanenſem iuſſiſſe tutorem, qui matrimonium contraxerat cum eius pupilla

ad Cattranem peni, cui sanè iudicio, & sententiæ repugnat ius canonicum, cui in matrimonialibus standum est; nam permittit huiusmodi matrimonia inter tutores, & pupillas; vt scribit Choucron. in d. rub. de stupro nu. 37.

14 Sexta est pœna imposita à iure Pontificio, quod stuprans virginem honestam eam ducat in vxorē, vel dotem ei constituat, ita sanè sancitum est in cap. j. & 2. de adulter. & scribunt ibidem Abb. & rel. qui Cassan. cons. 40. Choucron. in tract. de public. concubin. rubr. de stupro num. 10. Anton. Gom. in l. 78. Tauri num. 3. & 8. qui testatur ita seruari in Hispania, & non esse in vsu aliam pœnam in Gallia, quam hanc testatur Pap. lib. 22. arrestor. tit. 9. quem retulit Iul. Clar. in d. §. stuprum vers. sed quero quæ sit pœna. Osasch. dec. 107. Petr. Gregor. d. c. c. nu. 5. vers. si tamen, & Tesfaur. in d. dec. 3. nu. 3. & vere idem sancitum est lege Diuina, vt habetur Exod. c. 22. cuius verba hæc sunt: Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habeat sponsum, & concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit, dabit qui dormierit cum illa patri puellæ, quia humiliauit illam, si pater eam ei dare noluerit dotabit: Cessat hæc pœna, si virgo

15 erat vitæ minus honestę, vt late respondit Paris. cons. 160. lib. 4. quem secuti sunt Cephal. cons. 1 40 lib. 1. Bursat. cons. 69. nu. 73. lib. 1. Thesfaur. decis. 3. vers. quarta conclusio, & Iul. Clar. in loco supra allegato, non enim hoc casu dicitur commissum stuprum ex quo nec virgo, nec vidua est.

16 In Curia tamen Archiepiscopali in facti contingentia; fuit pronunciatum quendam clericum, qui stuprauerat puellam virginem esse condemnandum ad dotandam eam, iuxta terminos tex. in c. 1. & 2. de adult. & vt exularet per tres annos, & sic fuit executum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens portantem arma, non habet locum in eo qui cum armis captus non fuerit, & nu. 3.*

2 *Statutum studij Pisarum prohibens arma ferre quomodo habeat locum.*

4 *Hæc Constitutio prohibitionis armorum est stricti iuris, & ideo non est extendenda.*

5 *Dispositio tex. l. si Barsatorem limitatur non habere locum quando euidenter apparet delictum fuisse patratum cum armis.*

Dispositio tex. in l. si Barsatorem C. de fideiussoribus, an locum sibi vendicet, vbi apparet euidenter delictum fuisse patratum cum armis.

DECISIO LVI.

Edictum Curiæ Archiepiscopalis prohibens clericis asportationem armorum, non habet locum in eo, qui cum armis captus non fuerit, vt firmatur in dec. 257. ex eo, quia statutum

1 puniens portantem arma, non habet locum in eo, qui cum armis captus non fuerit, ita firmauit Bar. in l. si Barsatorem per illum text. C. de fideiuss. & ibi Bal. & in l. item lapilli in fi. ff. de rer. diuis. Alex. cons. 152. nu. 2. Bellon. qui hanc appellat opinionē magis communem in cons. 93 nu. 4. Clar. in pract. crimin. q. 82. vers. q. iaero stat statutum, & alij penes

2 Mariam in dec. 80 vbi notauit, quod statutum studij Pisarum prohibens Scholaribus deferre arma offensibilia, tamen permittens defensibilia quęcūq; & contra portantem imponens certam pœnam pecuniariam exequendam per D. Rectorem, non habere locum vbi dicti Scholares non inuenirentur cum armis, & refert hunc esse vsum & consuetudinem totius Orbis Christianorum, vt scilicet sta

3 tuta punientia portantem arma intelligatur, de eo qui cum armis fuerit captus, de quo vsu etiam attestatur Clarus in sua pract. crim. d. quæst. d. ver. quero stat, & sic etiam hodie, & de consuetudine refert Conar. in lib. pract. quæst. cap. 33. in fi. & pro hac opinione insuper facit, quod edictum hoc, siue

4 hæc constitutio est stricti iuris, & ideo non est extendenda, Innoc. in cap. dilecto colum. 3. de officio Deleg. Ol'rad. cons. 237. col fi. Dec. cons. 8. nu. 4. Gram. post alios in dec. 92. nu. 4. & 5 Panorm. in cap. quoad translationem num. 5. de offic. Legat. Crauet. cons. 111. nu. 18. Bal. in auth si quas ruinas col. 1. vers. inducit etiam ratione de sacros. eccl.

Hæc tamen omnia cessant vbicumq; apparet

5 euidenter delictum fuisse patratum cum armis Quod nota, ad limit. d. l. si Barsatorem C. de fideiuss. & sic fuit conclusum in occurrenti casu in Curia Archiepiscopali.

SVMMARIVM.

1 *Deserta causa appellationis non per hoc dicitur deserta causa nullitatis & notoriæ iniustitiæ, vt nu. 2.*

3 *Stante notoria iniustitia, sententia potest reuocari etiam post lapsum fatalium in causa appellationis.*

4 *Commissa causa appellationis, in vna, & eadem commissione censetur commissa causa nullitatis.*

5 *An deserta causa appellationis censeatur deserta causa nullitatis, vide nu. 6.*

An deserta causa appellationis, dicatur deserta causa nullitatis.

DECISIO LVII.

1 In casu occurrenti fuit resolutum, quod deserta causa appellationis non per hoc dicatur deserta causa nullitatis, vt post Bart. & Affict. quos allegat sequitur Ann. in all. g. 93. fuit tentum per Rot. in vna Romana dotis de Princiss 5. Martij 1603. vbi quod deserta causa appellationis adhuc durat causa nullitatis, & notoriæ iniustitiæ eque principa-

2 liter commissa, cuius instantia durat per 30. annos, Gail obser. 135. nu. 5. lib. 1. fuit dictum in Salamantina Abbatiæ 14. Ianuarij 1545. coram Peregrino, quæ est diuers. 33. nu. 6. lib. 3. par. 3. & in Placentina Parochialis de Malpartida 6. Nouembris 1602. & in eadem 1. Decembris 1603. coram Litta, quare stante notoria iniustitia, sententia pōt reuo-

3 reuocari etiam poft lapfum fatalium in caufa ap-
pellationis, Marfil. fing. 473. & fuit decifum in vna
Cordqben. ftatutorum Vener. 21. Iunij 1585. co-
ram Gipfio, videndus eft Achil. de Graff. in dec. 15
de refcrip. cuius verba hæc funt.

Commiffa caufa appellationis nullitatis, & attē-
tatorum, &c. In vna, & eadem commiffione cau-
4 fam nullitatis principaliter effe commiffam refe-
rebant Domini alias ita fuiffe tentum in pluribus
caufis dum proponeretur caufa Monopolitana co-
ram Anton. Auguft. pro quo allegabantur magis
communiter tradita per Dec. in cap. dilecto col. 6.
& ibi Franc. q. 54. de appell.

Verumtamen quantum ad finem, an deferta
5 appellatione deferceretur etiam caufa nullitatis, &
actentatorum iuxta doctrinas communes in cap.
ex ratione eod. tit. & per Iaf. in l contra maiores de
6 inoff. teftam. Dñi habebant pro refoluto, q̄ fi noto-
rium effet non adeffe nullitates, & attentata defer-
tionem effe cōmunem, inclinabant etiam prędictis
per Franc. in d. cap. ex ratione q. 6. vide tamen eun
dem Franc. in d. cap. dilecto q. 58.

SVMMARIVM.

1 *Facti fpecies.*
2 *Libellus continens contraria, & repugnantia non eft recipiendus.*
3 *Libellus debet effe clarus, & generalis, & incertus, non valet.*
4. *Actio poffefforij recuperandæ, eft diuerfa à manutenendo.*
5 *Diuerfum arguere de fpolio, quam de turbatione.*
6 *An qui afferuit fe fpoliatum in principio, & deinde in fine libelli petit manutentionem fit audiendus, vide nu. 7.*
8 *Doctrina Bart. in l. 1. §. huius ff. vti poffid. declaratur.*

An agenti poffefforio recuperandæ, fi in fine libelli inftat fe manuteneri in poffeffione, fit audiendus.

DECISIO LVIII.

1 Rector cuiufdam Ecclefiæ huius Ciuitatis
Neap. egit in Curia Archiep. poffefforio
recuperandæ, afferens fe fpoliatum fuiffe
quodam annuo redditu, & in fine libelli, & fic in
conclufione inftabat manutenendum in fua poffef
fione. Quare fuit dubitatum, an effet audiendus
quo ad dictum mandatum de manutenendo; &
primo dicebatur, minime audiēdum ex pluribus:
2 tum primò, quoniam libellus continebat contra-
ria, & repugnantia, l. 1. C. de furt. latè Iaf. in §. cura-
re nu. 7. de action. vnde libellus generalis, & incer-
3 tus non valet, cum debeat effe clarus, Gail pract.
obferu. lib. 1. obferu. 62. nu. 2. Balb. in dec. 294. de
Amat. Rot. Marchiæ in dec 98. nu. 2. & de iure nō
4 dubitatur, quin poffefforium recuperandę contra-
rium, & diuerfum fit à poffefforio retinendæ, vt
latiffimè per omnes l. naturaliter §. nihil commu-
ne ff. de acqu. rer. poff. & in cap. paftoralis de cauf.
poff. ff. & propriet. Verall. in dec. 123. par. 2. per
5 vnum enim arguitur fpoliatio, per reliquum verò
turbatio, Ann. alleg. 22 p 1. Rota diuerf. in dec. 333
par. 2. & propterea prohibentur cumulari, Ca-
pyc. dec. 80. Tum fecundo dicebatur, minime
6 audiendum, ex quo afferuit fe fpoliatum, & proin-
de cum habebatur pro fpoliato, non datur manu-
tentio, ad tradita per Couar. pract. quæft. cap. 17.
num. 3. Iafred. in decif. 61. mandatum enim de
manutenendo ad inftar interdicti vti poffidetis
requirit poffeffionem tempore litis motæ, l. 1. §. hu-
ius ff. vti poffid. Cacher. in dec. 32. & proinde non
poteft dari manutentio. vt plenè cenfuit Rota præ
fertim in vna Senogallien. beneficij 5. April. 1595.
coram Arigonio, & in vna Illerden. Canonicatus
7. Maij 1597. coram Pamphilio.

Cæterum fupradictis minimè ad caufam faciē-
tibus Curia Archiep. cōtrarium cenfuit cōcedēdo
7 mandatum de manutenendo dicto Rectori, non
obftante quod egerat poffefforio recuperandæ in
principio libelli, & moti fuimus ex doctrina Bar. in
d. l. 1. §. huius ff. vti poffid. l. vbi in cafu in quo petitur
8 reintegratio fi tamen illa effet turbida, & ex circū-
ftantijs facti conftaret eum qui dixerat fe fpoliatū
intellexiffe de turbationibus, & moleftationibus
de facto, non autem quod voluerit amictere
poffeffionem faltem ciuilem, quæ folo animo reti-
netur debere dari manutentio contra detinentem
naturalem pro illius recuperatione; vt notatur per
eundem Bar. in l. fi duo ff. eod. tit. Puteus in decif.
194. lib. 1. Grat. lib. 2. difcept. forenf. c. 314.

SVMMARIVM.

1 *Poteft cogi vicinus ad vendendum domum fuam pro ampliatione Ecclefiæ.*
2 *Facti contingentia.*
3 *Vna Ecclefia contra aliam priuilegio vti non poteft, & priuilegiatus contra parem priuilegiatum, priuilegio vti non poteft.*
4 *Priuilegium fifci quod alios ad edenda inftrumēta compellet, non habet locum contra alium fifcum.*
5 *Si duo habent priuilegium immunitatis, ne poffint à creditoribus conueniri, non poterint inter fe vti priuilegio.*
6 *Filiusfamilias qui gaudet priuilegio Macedoniani, non poteft illo vti aduerfus alium filiumfamilias.*
7 *Inftituta pia caufa, hæres non detrahit falcidiam contra Ecclefiam.*
8 *Beneficium electionis fori contra alias miferabiles perfonas intentari minimè poteft, & quomodo procedat vide nu. 9.*

An pro ampliatione Infirmariæ Monafterij poffit cogi Ecclefia ad vendendum fuam domum ibi contiguam.

DECISIO LIX.

Ex regula tex. in l fi quis fepulchrum ff. de
relig & fumpt. funer. qua cauetur poffe co-
1 gi vicinum ad fuam domum vendendam
pro ampliatione Ecclefiæ, inftabat Monafterium
2 quoddam pro ampliatione Infirmariæ effe co-
gendum Monafterium aliud ad vendendum

qua

quădam suam domum ibi vicinam; quare intro-
ducta causa in Auditorio nostræ Curiæ, dubitatum
fuit si hoc de iure procederet, & conclusimus nega
tiuè, ex eo, quod vna Ecclesia contra aliam, priuile-
3 gio vti non potest, argum. l. 2. C. de priuil. fisc. glos.
in l. 1. C. de priuil. dot. Bart. & reliqui in authent.
quas actiones C. de sacrosan. eccl. Cephal. cons. 7.
num 3.

Ratio autem est, quia pariter priuilegiatus, non
potest vti priuilegio suo contra habentem par pri-
uilegium, l. sed & milites ff. de excus. tuto. l. verum
§. item quæritur ff. de minor. tex. in auth. de sanctis-
sim. Episcop. §. sed & hoc præsenti collat. 9. & Dec.
in cap. causam de præbend. quod latius adnotarũt
Felyn. & Dec. in cap. in præsentia de probat. Ias. in
l. si domus §. de euictione nu. 33. de legat. 1. & in
l. si constante nu. 116. ff solut. matrim. Aretin. in
l. si hominem num. 3. ff. depos. Abb. in cap. auditis
col. 2. de in integr. resti. latè Bar. in auth. quas actio-
nes nu. 3. C. de sacros. eccles. Marsil. in singul. 99.
Albert, in l. fin. vbi est tex. elegans ff. ex quib. caus.
maior. latè alios referens Giurb. in decis. Sicil. 82.
nu. 8. latissimè Trentacinq. in lib. variar. resol. iur.
lib. 2. resolut. 1. de rescript.

Hinc voluit Bal. in c. 1. nu. 2. & Dec nu. 69. de
probat. priuilegium fisci, quo alios sibi ad edenda
4 instrumenta compellet non habere locum contra
alium fiscũ, vt priuilegia quoq; Scholaribus conces
sa contra alios scolares locum non habeãt, vt scrip-
sit Bal. ex ea lege motus in l. 2. C. de priuil. fisc. vn-
de si duo habeant priuilegium immunitatis, a cre-
5 ditoribus conueniri non poterint inter se vti priui-
legio, Anchar. cons. 36. col. 2.

Hinc licet filius familias gaudeat beneficio Ma-
cedoniani, vt per tot. tit. C. ad Maced. & per prag-
maticam Regn. 1. eod. tit. de Senatusconsulto Ma-
cedoniano, tamen illo non gaudet aduersus alium
filium familias, vt per Fabrum in dec. 12. C. ad Ma
6 cedon. de quo memini ego ipse in collect. decision.
collect. 348. & nos ambos nunc nouissimè allegat
Nouar. in sua prax. election. fori q. 21. nu. 5. vbi nu.
6. subdit, quod hinc pia causa hæres instituta non
7 detrahit falcidiam contra Ecclesiam, vt decisum
refert Magon. in dec. 130. & tradiderunt Roman.
in auth. similiter collat. 149. nu. 101. C. ad leg. Falc.
Alex. in l. 1. §. ad municip. col. 2. ff. ad leg. Falcid.
Franc. in cap. si pater col. 43. nu. 107. cum seq. de
testam. in sextó, Fabian. de Gioch. in repet. auth. no
uissima collat. 75. nu. 254. & seq. C. de inoff. testam.
Felyn. in cap. in præsentia col. 13. nu. 29. cum plu-
ribus seqq. de prob. & hanc opinionem inter rece-
ptas reponunt nouissimi Collectores commun.
opin. lib. 3. in tit. de Trebell. & Falcid. c. 6. fol. mihi
66. col. 2. post med. quam nouissimè tenet eam ve-
riorem dicens in iudicando, & consulendo tenen-
dam, Ceual. in pract. commun. contra commun.
q. 155.

Vnde merito videmus, quod beneficium ele-
8 ctionis fori contra alias miserabiles personas inten
tari minimè potest, vt benè per Nouar. in prax. ele-
ctionis fori d. q. 21. nu. 1. vbi quod in Regno con-
currentibus Actoribus, & Reis priuilegiatis con-
quassantur priuilegia, & res reducitur ad ius com-
mune, vt Actor forum Rei sequatur, iuxta dispositi-
onem tex. in cap. cum sit generale de for. comp.
l. fi. C. vbi in rem actio, vt est prouisum per Ritus
M. C. V. 228. & 231. quia postquam viduæ, pupilli,
& aliæ miserabiles personæ sunt suffultæ priuile-
gio eiusdem legis, vno eodem tempore priuilegia
prædicta confundantur, & ius commune serua-
tur, vt scilicet quod Actor sequatur forum rei, iux-
ta doctrinam Isern. & Afflict. in Const. Regni sta-
tuimus nu. 7. Viui. dec. 49. & dec. 236. nu. 8. Franc.
qui sic decisum refert in S. R. C. in dec. 188. de quo
memini ego ipse in collect. decis. 1. Gratian. in di-
scept. forens. 182. nu. 21. Masull. ad Capyc. in decis.
9 160. in fi. quod procedit etiam si ex vna parte essẽt
plures personæ priuilegiatæ, nam hoc non obstan-
te ad huc conquassantur priuilegia, & reducuntur
ad ius commune, vt tradit Muscatel. in prax. S. C.
in glo. competentes in addit. lit. I, imò hoc habet
locum, siue actor sit maiori priuilegio priuilegia-
tus, quam reus, siue non, nam nunquam priuile-
giatus eligit forum contra pariter priuilegiatum.

SVMMARIVM.

1 *Facti species, & eius resolutionem vide num. 6. &*
num. 9.
2 *Delegatio est odiosa.*
3 *Delegata iurisdictione non extenditur ad personas*
non expressas in rescripto.
4 *Commissarius non potest excedere fines commissio-*
nis, & declara, vt nu. 7.
5 *Assensus super venditione facta non extenditur ad*
faciendam.
8 *Verbum ambiguum si eius sit naturæ, vt in genere*
patiatur interpretationem intelligendum est ad fa-
uorem habentis actum mandare exequutioni.
10 *Procurator constitutus simpliciter ad locandum,*
vel vendendum, potest recipere pretium, cum hoc
sit de connexis venditionis, vel locationis.

An Commissarius Apostolicus dicatur excedere fines commissionis, si iniunxerit partibus canonem augumẽtari, vltra expressum Summo Pontifici, ad effectum, vt cedat in euidentem.

DECISIO LX.

1 SVpponatur fuisse initam concessionem in em-
ptionem a quodam Rectore alicuius petij
terræ suæ Rectoriæ sub certo canone, v. g.
30. duc. & hoc canon fuisset Summo Pontifici ex-
pressum ad effectum consequendi assensum Apo-
stolicum; & cum per eundem Pontificem fuisset
commissum mihi, vt viderem, si cederet præfata
concessio in euidentem Ecclesiæ vtilitatem cumq;
factis diligentijs mihi constaret pro dicto canone
duc. 30. non cedere in euidentem vtilitatem, verũ
cedere in euidentem, si canon augeretur in duc. 45
fuit dubitatum, an ego potuissem id facere, & vi-
2 debatur primo intuitu, quod non, cum delegatio
sit odiosa, ad latè tradita per Ias. in rubr. ff. de offic.
eius nu. 5. col. 1. Abb. Fel. & reliqui Canonistæ in
rubr. de offic. Deleg. num. 7. Alex. cons. 450. num. 6
vol. 1.

vol.1.Det.in conf.57.vol.1. vbi ex hòc infert non
poſſe extendi de caſu ad caſum,& propterea Sum
mus Pontifex in cap. P.& Q. de offic. deleg. dixit
2 quod delegata iurifdictione ad perſonas non ex-
preſſas in reſcripto etiam de ipſarum conſenſu nõ
extenditur, ex quo ſin eum commiſſio eſt ſtricti
iuris,vt voluit Rota in dec. 8. par.2. diuerſ.allegat
tex.in cap. qui ad agendum de Procurat. in ſexto,
& clem.non poteſt eod.tit.Rot.in dec. 13.huius tit.
4 in nouis, nec Commiſſarius poteſt excedere fines
commiſſionis, l.ſi Procurator ad vnam C. de pro-
curator cum commiſſionis fines diligẽter ſint ob-
ſeruandi, l.diligẽter ff.mand. l.cum contra C.eod.
nec aſſenſus extenditur,vt ſcribit Andr.in cap.Im
perialem in princ.de prohib.feud.alien per Feder.
cum ſit ſtricti iuris,idem Andr.in §. donare col.4.
qualiter olim feudum poterat alienari,& in cap 1.
col.1.qui ſucceſſores feudi teneantur, vbi aſſenſus
5 in expreſſis tantum præiudicat, vnde aſſenſus ſu-
per venditione facta,non extẽditur ad faciendam,
& è contra Paul.de Caſtr.in l.ſi quis filio exhereda
to §.initium ff.de iniuſt.teſtam.Alexand.conſ.146.
vol.5.Loffred.conſ.9.nu.20.Afflict.in Conſt.diuæ
memoriæ nu.29.& in dec.286.& 355.Camerar.in
d.cap.Imperialem nu.53. col.2. Frec. de ſubfeud.
fol.137 & Ann.in alleg.39.vol.1.

Cæterum in ſupradicta contingentia facti con-
6 trarium iudicaui admittendo augumentum cano-
nis, vt dictam conceſſionem confirmarem vti in
euidentem eccleſiæ vtilitatem: & motus fui, nam
7 licet Commiſſarius non poſſit fines commiſſionis
excedere, vt ſupra diximus,tamen quandò in cõ-
miſſione adeſſet aliquot verbum aptum natum
comprehendere id de quo quæritur,tunc non de-
bet commiſſio reſtringi, Bald.in cap.cum dilect.
nu.6.de reſcrip.Rot.cit.dec. 8. par.2. cum non ſit
diſcedendum à naturali illius verbi ſignificatione,
imò in vim cemprehenſiuam, id de quo eſt con-
trouerſia complectitur, vt notabiliter voluit An-
char.conſ.17.& Mandel.conſ.41.vol.1.& verbum
8 ambiguum ſi eius ſit naturæ,vt in genere patiatur
interpretationem, intelligendum eſt ad fauorem
habentis actum mandare exequutioni,iuxta l.ſi qs
decurio C.de falſis, & l.ſi quis intẽtione ambigua
ff.de iudic.& tradit etiam in proprijs terminis cõ-
miſſionis Caſſad.in dec.1.num.1.in princ.de pro-
curator.quem refert,& ſequitur Rot.in ſæpius ci-
tata dec.8.nu.3.par.2.diuerſ.

Non obſtant in contrarium adducta, quia pro-
9 cedunt,quando ea quæ Commiſſarius excedit nõ
ſunt vtiliora, vel de connexis commiſſionis,quo-
niam tunc minimè diceretur agere contra com-
miſſionem,Bal.in citato cap.cum dilecta de reſcri
ptis, latè Iaſ.in l.ſi procurator col.1. in 1.3.4. & 5.
limit.C.de procur.hinc eſt,quod procurator con-
ſtitutus ſimpliciter ad locandum, vel vendendum
10 poteſt recipere pretium, cum hoc ſit de connexis
venditioni, & locationi, de Franch. in dec. 690.
poſt Bal.& reliquos communiter in l non abſtulit
C.de nouat.cui enim conceditur antecedens cen-
ſetur pariter conceſſum conſequens,l.ad rem mo
bilem ff.de procur.l.illud ff.de acquir.hæred. §.idẽ
iuris inſtit.ex quib.cauſ.manomitt. non lic. l.lega-
tis ff.de alim.leg. l.1. §.1. ff.ſi vſusfruct. pet. l.2.§.
inſpectio ff. quemadmod. teſt. aper. l.1. C.de
ordin.Iudic.

SVMMARIVM.

1 *An per proceſſum ad vlteriora cenſeatur reiecta exceptio incompetentiæ iudicis, vide nu.3.*
2 *Per proceſſum ad vlteriora cenſetur Iudex reijcere exceptiones oppoſitas.*
4 *Per proceſſum ſimpliciter ad vlteriora non cenſetur reiecta exceptio incompetentiæ iudicij, ſed debet in ſpecie pronunciando reijci.*
5 *Et ampliа locum habere in Iudice delegato.*
6 *Vide quid dicat Dec.de iuriſdict. quæ eſt prorogabilis,vel non prorogabilis,& nu.7.*

An per proceſſum ad vlteriora cenſeatur exceptio incompetentiæ Iudicis reiecta.

DECISIO LXI.

IN cauſa iuris patronatus illorum de Filomari-
no euenit incedenter diſputare articulum, ſi
1 per proceſſum ad vlteriora cenſeretur excep-
tio incompetentiæ Iudicis reiecta; & prima facie
videbatur dicendum affirmatiuè, quia Iudex per
2 proceſſum ad vlteriora cenſetur reijcere excep-
tiones oppoſitas,cap.ex parte il 2. vbi Bal.col.2. in
fin.,verſ.item nota, Abb.in 4.notab. Cardin. in 1.
Anchar.in 3.Franc.in 5.notab.de appell.dãtes pro
cautela, vt à tali pronuncia appelletur, Bart. in l.a
procedente C.de dilat.vbi pariter contulit eſſe ap-
pellandum,Rota in antiq.in dec.5.

Quidquid tamen ſupra ſit dictum, contrarium
3 iudicauimus eſſe verum, & ſic quod per proceſsũ
ad vlteriora non videretur reiecta exceptio talis
incompetentiæ, enim exceptio incompetentiæ nõ
4 videtur reiecta per proceſſum ſimpliciter ad vlte-
riora, ſed debet in ſpecie pronunciando reijci, vt
pulchrè habetur per Iaſ.in l.2.col.fin.ff.ſi quis iuſ-
dicenti non obtemperauerit, Ruy.conſ.114. colu.
fin.conſ.164.col 6.conſ.117.nu.3. & 18. vol.5. vbi
teſtatur de communi opinione Butr.in cap. ſuper
literis col.13.de reſcript.& ibi Imol.col.6.glo.in
cap.diſpendia in verb.proceſſus,& in c.2. in verbo
quorum de reſcrip.in 6.Marſil.in l.ſi quis vt quę-
ſtio col.18.de quæſt.poſt alios ſcribit Gabr.concl.
1.nu.3.de excep. vbi ſubdit hoc eò magis eſſe ve-
5 rum,& locum habere in Iudice delegato, vel alias
limitatam iuriſdictionem ſimpliciter,vel alias eli-
dibilem per exceptionem,licet Dec.in l.ſi per erro
6 rem nu.2.ff.de iuriſd.omn.iud.& in cap ſi duobus
nu.40.de appell.aſſerat, quod ſi iuriſdictio eſt pro
rogabilis,tacitè,vel expreſsè, & inſuper fuit cogni
tum ſuper exceptione incompetentiæ oppoſita,
tunc his duobus exiſtẽtibus videtur tacitè pronun
ciare ſe competẽntem, & tranſit in iudicatum, ſe-
7 cus ſi non ſit prorogabilis, nec tacitè, nec ex-
preſsè, vt exempli gratia, Iudicis ſecularis contra
clericum,idem tradit Felyn.in rubr.de for. comp.
in fi.concludens vt eo caſu,quo iuriſdictio non eſt
prorogabilis,actus eſt adeo nullus,vt non ſit neceſ
ſaria appellatio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *An in causa simoniæ inducatur inditium contra resignantem ex sola assertione resignatarij, vide num. 4.*
2 *Simonia probatur etiam confessione partis.*
3 *Crimen simoniæ probari potest etiam inditijs, & coniecturis.*
4 *Cum agitur ad effectum priuationis beneficij, plenè, & euidenter est probandum.*
6 *Ad repellendum aliquem de beneficio nondum obtento sufficiunt leuiores probationes.*
7 *Confessio cedentis facta post concessionem non nocet cessionario.*
8 *Resignatarius tanquam socius criminis nullam probationem facit.*
9 *Confessio confitenti solum præiudicat, & non tertio. & declara num. seq.*
11 *Etiam si ciuiliter agatur in crimine simoniæ coniecturæ debent esse euidentes, & claræ.*

Dictum resignatarij asserentis, fuisse sibi resignatum beneficium pecunia, an faciat inditium contra resignantem in causa simoniæ.

DECISIO LXII.

1 Videbatur primo, dicẽdum fuisse inductum indicium contra resignantem ex sola assertione resignatarij, ex eo quod simo-
2 nia probatur etiam confessione partis, vt censuit Rota in vna Firmana confidentiæ 11. Maij 1583. coram Robusterio, teste Farinac. in recollect. post primum volum. consiliorum decis. 25. idem in decis. 22. num. 2. addebatur etiam crimen
3 simoniæ probari etiam inditijs, & coniecturis, vt per Alex. de Neuo in cons. 64. num. 2. Caputaq. in decis. 202. nu. 2. par. 1.

Verum, Curia Archiepisc. 8. Iulij 1620. contra-
4 rium censuit, & mota fuit ex eo, quod cum agatur ad effectum priuationis beneficij ea plenè, & con-
5 cludenter est probanda, gl. in cap. veniens in verb. illorum de testib. & ibi Abb. num. 4. quam esse communiter approbatam testatur Alciat. cons. 2. num. 40. & 41. lib. 1. & tenuit Rota in causa Firmana Cappellæ 7. Maij 1582. coram Clemente VIII. quidquid sit vbi agitur ad repellendum ali-
6 quem ab assequutione beneficij nondum obtenti quo casu sufficiunt leuiores probationes, Rota in dec. 47. par. 2. diuers. iuxta quam opinionem plures censuit eadem Rot. præsertim in vna Ceruien. Canonicatus 10. Maij 1590. coram Comitulo, & signanter in vna Calaguritana 20. Maij 1590. coram eodem, & facit etiam, quia quemadmodum
7 confessio cedentis facta post resignationem non nocet cessionario, ita è contra Castrens. in l. facta §. si hæres ff. ad trebell. Afflict. in decis. 165. num. 5. Verall. in decis. 185. par. 1. Item dicebatur etiam nihil probare, ex eo quod Resignatarius tanquam
8 socius criminis nullam probationem facit, cap. sicut, il primo, de testib. Alex. de Neuo citat. cons. 64 num. 4. presertim vbi agitur ad priuationem beneficij, vt per Alciat. citat. cons. 2. & per Seraphin. in dec. 1028. p. 2. & ratio est, quoniam confessio con-
9 fitenti solum præiudicat, & non tertio, l. 1. & per totum ff. & C. res inter alios acta, cap. per tuas de prob. l. pronunciatum C. de non numerata pecun. nec talis confessio potest loco testis deseruire, cum socius criminis, vt dixi, non sit idoneus testis, præsertim in causa simoniæ, cap. sicut, il primo, de testibus, Verall. in dec. 242. par. 2. & fuit dictum in vna Tullen. beneficij Parochialis, quod eatenus verum est, vt procedat etiam si testes deponerent audiuis-
10 se resignatarium dicentem se non fore ingratum, quia verba generalia nullam probant simoniam Sotus de iust. & iur. lib. 9. q. 8. ar. 5. conclus. 3. & fuit dictum in vna Brictonienś. pensionis coram Gipsio.

Non obstant contraria, præsertim illud de coniecturis, q̃a licet in hac materia vti difficilis probationis admittuntur leuiores, probat Corn. in cons. 342. vol. 1. Crauett. cons. 122. nihilominus huius-
11 modi inditia, & coniecturæ etiam si ciuiliter agatur debent esse euidentes, & claræ, ac simoniam necessario concludentes, ita vt nihil aliud importare possint, Fely. in cap. super his num. 17. de accusation. Natt. in cons. 299. num. 13. Verall. in decis. 302. par. 1. & fuit dictum in citata Firmana Capellaniæ.

SVMMARIVM.

1 *In permutatione omnis fraus abesse debet.*
2 *Fraus non præsumitur nisi probetur.*
3 *Per eum probanda qui eam allegat.*
4 *Fraus non generatim, sed specificè probanda est.*
5 *Dolus, & fraus directa probari non potest, sed inditiis, & coniecturis.*
6 *Permutatio beneficij pinguis cum tenui, an censeatur fraudulenta.*
7 *Coniecturæ quæ sint vt in permutatione fraus interuenisse præsumatur.*
8 *Ex coniunctione sanguinis dolus, & fraus præsumitur.*
9 *Nisi alia vehemens circumstantia illam præsumptionem elidat.*

An Episcopus teneatur præstare auctoritatem permutationi beneficij initæ inter patruum senem, & neptem, si beneficium patrui est pingue, neptis verò tenue, & an ex hoc fraus arguatur.

DECISIO LXIII.

1 Certissimi, & indubitati iuris esse beneficiorum permutationem fraude carere debere per tex. in cap. licet in tua de rer. permut.
2 in sexto, sed quia fraus non præsumitur nisi probetur, l. quoties §. qui dolo ff. de prob. l. merito ff.
3 pro socio, glo in cap. sedes de rescrip. & est per eũ probanda, qui eam allegat, l. patronus, l. qui testamentum ff. de prob. glos. in l. omnes §. Lucius ff. quæ in fraud. cred. & in l. si probaueris verb. sciẽs, C. si alien. res pign. data sit, & specificè, vt voluit Bart. in cons. 63. incip. Petrus Nicole post num. 2.

vel.

verf.his præmiffis, & alij quos citat Mafcard. de
prob.concl.815. num.6. cum fint diuerfæ fraudes
quibus homines circumfcribuntur, occultèq; fo-
leant committi, eoq; directo probari nequeant, l.
dolum cum fimilib. C. de dolo, videndum eft ex
quibus indicijs,& præfumptionibus fraudulenta
dicatur permutatio,& quidem primo controuer-
titur, an ea permutatio cenfeatur fraudulenta,
feu in expectantis, aut ordinarij fraudem facta
quæ fit de beneficio opimo cum tenui,cafus vide-
tur in terminis in cap.fi te de renunc. in fextò, vbi
Pontifex ftatuit renunciationem beneficij magni
valoris cum tenui nullius effe roboris, nec nocere
4 expectanti, vtpotè quæ ratione inæqualitatis frau-
dulenta præfumatur, & ita refpondit Crauetta
conf.82.nu.4.& Milis in repert. verb. permutatio
facta fol. mihi 304. verùm non ita abfcisè intelli-
genda eft prædicta conftitutio, vt fimpliciter ra-
tione inæqualitatis fraudulenter facta præfumatur;
fed concurrant necefsè aliquæ aliæ probabiles
coniecturæ, Fely.in cap.quia verifimile nu. 1. de
præfumpt.Rebuff.in prax.benef. tit. de permutat.
5 num. 42. quarum vnam ibi Pontifex defignat,
vt quia, inquit, renunciationis tempore is qui
præbendam, vel dignitatem pinguiorem habe-
bat infirmitate graui detinebatur, vel aliquid
aliud imminebat,propter quod illius præbenda,
feu dignitas vacare in proximo probabiliter crede
batur,cap.commiffa de elect.in fexto,cap.ex tranf
miffa de renunc. Tufchus pract. concluf. tom.6.
concl.303.num.7.& concluf.305.num.13. Addit
aliam Pet. Andr.Gambar.ad dict.cap.licet nu.28.
& Felyn.in dict.cap. quia verifimile num.1. fi ni-
mirum permutans cum nepote contraxerit, nam
tunc concurrit fufpitio fanguinis, dolus, & fraus
6 præfumitur, l. non folum, ibi DD. de ritu nupt.
Crauett.conf.82.num.5.Gail lib.2.obfer.30. nu.7.
Rebuff.in prax. tit.de permut. num.45. Abb.in
cap.1.vlt.notab.de cler.non refid. Ioan.Andr. in
d.cap.fi te de renunc.in fexto,vbi quærit,an cleri-
cus fenex qui permutauit beneficium vnum pin-
gue cum tenui cuiufdam nepotis fui, præfumatur
ex eo fraus,& refoluit quod fic.

Et ita fuit iudicatum in Curia Archiepifcop.ex
7 quo fit, quod ceffante confanguinitatis circumftantia
ceffat coniectura, Anchar.conf.388.num.5. citatus
Menoch.lib.5. præfumpt. 78. num.9. in fin. quod
tamen accipe nifi alia vehementior adfit circum-
ftantia, quæ illam priorem elideret, Gambar. ad
dictum cap.licet num.21. ibiq; Geminian. nu.22.
Franc.Marc.dec.1127.nu.2. vbi fubijcit eiufmodi
præfumptiones faltem allegari debere, per notata
à Bart.in l.fi adulterium cũ inceftu §.idem Pollio-
ni ff. de adulter. Adde & aliam fraudis coniectu-
ram ex Rebuff. d. tit. num.46. nimirum cum is
qui renunciat femper remanet in poffeffione be-
neficij refignati, l. ficut §. fuperuacuum ff. quib.
mod.pign.vel hippoth.fol.Parif.conf.130. num.6.
quam coniecturam in magno habet Innocent.
in cap. 1. de cleric. non refident. coniectura enim
arguitur ex permutantis fenectute, vt decidit Ro-
ta in decif. 2. de præfumptionibus in antiq. Ber-
tran.conf.311.nu.2.vol.2.Ioa.Andr.in repet.cap.fi;
nu.2.par.2.de rer.permut. in fextò, fenectute dico
decrepita, Menoch.de præfumpt. præfumpt. 78.
num.11. Rebuff. in concordat. titulo de collat. §.
volumus verb.vacantia; poftremo fraudis fufpi-
tionem inducit fi fiat permutatio cum beneficio,
vel Capellania ficta, vel canonicatu, qui nullius
erat momenti, quia iactare fuum quis in dubio
8 non præfumitur, l. cum de indebito ff.de prob.Re-
buff.ad reg.de infirm.refign.tit.de permut. nu.44.
& talem permutationem irritam declarauit Pius
Quartus in Conftit.publicata anno 1564. Ianuarij
die 24. & Senatus Parifien. apud Paponem lib. 2.
arreft.tit.2.arreft. 1.Præterea fraudis coniectura
inducitur, quando fuit facta clam, & fecretò, ita
poft Barbat.conf.90.lib.4. Rebuff. in concord. tit.
de collat. §.volumus verb. vacantia verf.prima eft
quando, Menoc.de præfump. præf.28. nu.16. alias
fimulatas permutationis cõiecturas videre poteris
remiffiuè apud eundem Rebuff.dicto loco; Decla
ra tamen primam coniecturam, vt ex ea arguatur
fraus neceffe omninò effe allegare, & probare ip-
fo refignationis,& permutationis tempore morbũ
fuiffe grauem,& quidem talem, vt Medicorum
iudicio eger moriturus iudicaretur; alioqui altero
9 ex his requifitis deficiente, non obtinebit actor,
Ioa.de Selu.tract.de benef.par.3.q.18. num.1. in
fin.Mafcard.de prob.concl.1111.nu.3.& feq.quod
extende, vt procedat etiam fi permutans deceffe-
rit intra tres dies, Card.Tufc.d.concl.303.in fi. fed
hodie ex regul.cancel.18.de infirm.refign.renun-
cians, vel permutans in infirmitate debet poft 20.
dies à permutatione fupereffe, alioquin permuta-
tio vitiatur, & pro nulla habetur, ita quidem, vt
non liceat permutanti propria authoritate ad
fuum reddire beneficium, fi nempe eger intra
20. diem a die permutationis moriatur, fiuè per-
mutatio fuerit facta de beneficio opimo cum te-
nui, fiue de æquali, quicquid in contrarium
fcribat Gomez. ad dictam regul. quæft. 19. quia
illius opinionem non fequitur Rot. Achill. de
Graff. decif. 376. Poftremo declara, quæ de præ-
fumptione fraudis hactenus dixi fufficere præ-
fumptiones tres, vel duas, quarum vna æquipol-
leat duabus, vt in d. cap.fi te in fin. de renunc. ad
hoc vt refignatio, vel permutatio iudicetur fraudu
lenta; & nihilominus beneficium impetrari poffit,
glo.prag. fanct. tit. de collat.§.10. verf.item quod
omnia verb. permutationis, Bellam.dec.314. Pet.
Anch.conf.388.Bertran.conf.311.lib.2. Crauetta
conf.82.Dec.conf.167.nu.2. quamq̃ etiam remo-
tis omnibus fraudis coniecturis, quæ exurgunt ex
caufis prædictis, fi maxima fit beneficiorum per-
mutatorum inæqualitas qualis fuit Glauci, & Dio-
medis, vt eft in Prouerb. hoc eft: vt pro centefima
parte beneficium vnum alteri refpondeat, funt
qui eiufmodi permutationem nõ valere adftruũt,
cũ tales permutationes in nihilo meliores fint ima-
ginarijs, & fraudulentis contractibus, qui de iure
non fubfiftunt, l. nuda, l. fi quis, l. cum in ven-
ditione ff. de contrahend. emption. aduerte
tamen prædictas fraudis coniecturas, ad hoc vt
præfumatur fraudulenta permutatio locum habe
re quoad expectantes, nõ etiam ordinarios, aliofuè
qui ius inftituendi, vel præfentandi habent, vt benè
notauit Menoch.lib.6.de præfumpt.præfump.78.
num.2. vbi ait, quod quando facta eft renunciatio,
vel permutatio beneficij authoritate Superioris,
&

& de nullius præiudicio agitur, & nullus adest expectans primum vacaturum, renunciatio, vel permutatio tunc non præsumitur fraude facta, ità à contrario consensu probat dict.cap.si te de renunciat.in sexto, nunc autem cum non adsint expectãtes, expectatiuę enim sunt sublatæ à Sacro Concilio Tridentino sess.24.de reform.c.19.istæ fraudis coniecturæ permutationum videntur cessare, Garcia de tract.de benef. par.11. cap.4. num.102. excepta fraudis coniectura, quæ exurgit ex permutatione, quæ fit cum beneficio ficto, seu nullius momenti, quia Pius IV. in constit. ante memorata declarauit, eiusmodi permutationem nullam, & irritam.

SVMMARIVM.

1 *Casus.*

2 *Abbatissa habet liberam administrationem in bonis Monasterij, tam in spiritualibus, quam in temporalibus.*

3 *In alienatione facta ab Abbatissa, sufficit, et conualidetur tacitus consensus Monialium.*

4 *Recipiens censum promissum in aliquo contractu, videtur habere ratum contractum.*

5 *Tacitus consensus Monialium tunc sufficit in alienatione facta ab Abbatissa, quando res alienata est modici præiudicij, vel temporalis, alias requiritur consensus expressus cum subscriptione.*

6 *Confirmatio Apostolica supplet omnes defectus alienationis, præter defectum causæ necessitatis, vel vtilitatis.*

7 *Monaci non habent verum dominium in rebus Monasterij, sed sunt tantum vsufructuarij.*

8 *In alienatione bonorum Ecclesię si probetur euidens vtilitas, non obstat consensus Capituli.*

An consensus Monialium exigatur in alienatione rei Monasterij, facta ab Abbatissa, si adest assensus Summi Pontificis.

DECISIO LXIV.

CVm Abbatissa cuiusdam Monasterij Neap. alienasset quodam Territorium sterile, siue infructuosum, in Territorio Acerrarum spectans Iuliæ Spinæ Moniali dicti Monasterij ex quadam donatione cum consensu dictæ Iuliæ Spinæ Ioan. Camillo Riccio pro ducatis 160. à quo fuit impetratum rescrip-
1 tum Apostolicum super confirmatione dictæ alienationis commissum Vicario Generali Ciuitatis Acerrarum, & Archipresbytero Ecclesiæ Cathedralis dictæ Ciuitatis, & iam in facto supponitur totum pretium dictæ alienationis fuisse conuersum in emptionem bonorum stabilium seruata forma rescripti Apostolici, alijsq; cõditionibus ibi expressis adimpletis, ex quibus apparet dictam alienationem cedere in euidẽtem dicti Monasterij vtilitatem, cumq; fuisset pro parte dicti Io.Camilli Riccij instatum pro interpositione decreti super confirmatione dictæ alienationis; fuit pro parte Monasterij oppositum, alienationem esse nullam, ex quo fuit facta ab Abbatissa, sine consensu Monasterij, & ita restituendum territorium, & declarãdum rescriptum subreptitium.

Pro confirmatione dictæ alienationis, puto respondendum ex infra dicendis: Primo, quia Ab-
2 batissa habet liberam administrationem in bonis Monasterij tam in spiritualibus, quam in temporalibus, ita glo.in cap.dilecta de maiorit.& obed.in verb.iurisdictionis, probatur ex cap. cum dilecto de confirmat. vtil.vel inutil. nam ibi dicitur, quod Abbatissa est Procuratrix bonorum Monasterij, & ibi glos. in verb. procuratricem, & ita, cum Abbatissa transtulerit possessionem in præfatum Riccium supradicti Territorij alienati, & sic facto ipsius ceciderit Monasterium a possessione, non potest amplius agere actione spolij, iuxta decis.Achill.15.de restitut.spoliat.vltra quod cum de supradicta possessione translata fuerit facta mentio in rescripto Apostolico, & fuerit a Summo Pontifice data retentio, non est amplius de restitutione possessionis disputandum.

Accedit, quod supradicta alienatio facta fuit ab Abbatissa scientibus Monialibus, & non
3 contradicentibus, & sic ex tacito ipsarum consensu, qui sufficit in alienationibus factis ab Abbatissa rerum Monasterij, iuxta text. in cap.2.de his quæ fiunt a Præla.sine consensu Capit.ibi glos.in verbo contradicere, qui cõsensus negari nequit a supradictis Monialibus; nam fuit receptum interesse annuum a Monasterio pro dicta alienatione ante impetrationem assensus Apostolici, et quo videtur approbatus contractus, Bald. consil.
4 224.vol.2.vbi asserit recipientem censum promissum in aliquo contractu videri haberi ratum contractum, & idem Bald.in rubr. C. de contrah. empt.in recipiente pretium rei videri approbare venditionem, & ita cùm fuerit a supradictis Monialibus receptum interusium pretij venditionis tacitè videntur approbasse dictam alienationem.

Nec obstat, quod iuxta communem interpretationem, gl.in d.verb.contradicere, & DD.in d.c.2 de his quæ fiunt a Prælat. exigitur tacitus consensus Monialium, hinc sufficere in alienatione
5 facta ab Abbatissa, quando res alienata esset modici præiudicij, vel temporalis, quod secus in perpetuũ, vt in pręfata facti specie; nam tũc requiritur expressus cũ subscriptione, ex c.1.de his quæ fiunt a Præl.sine consen.Capit.ac etiã tractatus, iux.tex. in cap.sine excep.12.q.2.quia respondetur, nam verũ erat de iure cõi antiquo, aut Extrauag.ambitiosę de reb.eccl.alien.nam post dictã Extrauag.non requiritur, nec consensus Capituli, nec tractatus propter authoritatem Apostolicam, quæ supplet omnes solemnitates a iure requisitas, ita Panorm. cons.41.lib.1.num.2.in fi.& nu.3.& Dec.cons.341 nu.9.Paris.cons.24 num.4.lib.4 Capy.decis.16.& regulariter S.D. non censetur supplere defectum consensus, támen in his, quæ pendet a mera facultate ipsius, censetur supplere, vt in alienationibus rerum ecclesiasticarum exemplificat Bald.qui videatur in cap.1.de confirm.vtil.vel.inutil.num.14 & ita Ego ipse in prax.fori eccles.par.1.resol.302. & confirmationem Apostolicam supplere omnes

defe-

defectũ alienationis, præter tamẽ defectum causæ s. necessitatis, vel vtilitatis; quæ in casu nostro est euidens vtilitas, cum fuerit pluries alienatum dictum territorium, & retrocessum à vẽditoribus & à conductoribus nõ fuit solutum pretiũ conductionis propter sterilitaté, quæ in processu oĩa fuerũt verificata, & ita fuit decisum in Rota in vna Leodien census 23. Januar. 1596. coram D. Orano.

Insuper iste cõsensus Monialium non potest requiri ratione interesse ipsarũm, nam Monachi, &
7 Moniales nõ habent verũ dominium in rebus Monasterij, cũ illud sit longè debilius, ꝙ habent beneficiati in bonis beneficij, iuxta magis cõem opinionem DD. cap. cũ in officijs de testam. & gl. in cap. præsenti de off. Ord. in 6. in vers. reseruare, dicuntur vsufructuarij in vita, & vsuarij in morte, & ideo cũ non de interesse particulari ipsarum tractetur non est necessarius ipsarum consensus, neque est necessarius pro forma, vel solemnitate, nam licet in alienatione bonorum mensæ Episcopalis requiratur cõsensus Capituli, nam si probetur eui-
7 dens vtilitas ecclesiæ defectus dicti consensus non obstat, nam in alienatione bonorũ ecclesiæ, illa tantũ subreptio vitiat gratiam, quæ est circa euidentem ecclesię vtilitaté, ita fuit decisum in vna Auximana bonorum die 1. Febr. 1570. testatur Seraphin. dec. 443. & in istis gratijs tantũ ecclesię vtilitas cõsideratur, quæ est causa finalis concessionis, adeo ꝙ illa existente, neq; de subreptione rescripti dici potest ex alijs causis impulsiuis, ita ex cõsil. Socc. Iun. 25. num. 51. vers. insuper lib. 1. & fuisse decisum in Rot. asserit Cardinal. Mantic. decis. 201. vbi asserit clausulam illam [si in euidentem] restringere totam gratiã, & in terminis in Rot. in vna Gallionen. 10. Decemb. 1567. corã Bubalo alienationis siluæ sine consensu Monasterij, sed à Priore tãtum, à quo fuit tradita possessio emptoris, prout in casu nostro, stante euidenti vtilitate Monasterij, cũ confirmatione Apostolica, ex qua vidẽtur suppleri oẽs defectus alienationis, fuisse iudicatã validã alienationẽ testatur Farin. in centur. nouissima dec. 207 & ita pro confirmatione dictę alienationis, puto de iure respondendum, & sic iudicaui tanq̃ delegatus.

S V M M A R I V M.

1 *Absens accusari minime potest.*
2 *Effractor carcerum in absentia potest condemnari, & quare, nu. 3.*
4 *Carceratus qui effracto carcere aufugit, si denuò capiatur, potest tanquam confessus condemnari.*

Effractor carcerum, an possit in absentia cõdemnari; ad limitationem tex. in l. absentia ff. de pęnis.

D E C I S I O L X V.

1 IN iure vulgatissima est conclusio, absentẽ condẽnari minime posse, iux. tex. in proprijs terminis loquentem in l. absentem ff. de pęn. l. absentem C. qui accus. non poss. Cacher. in dec. 105. imò nec accusari posse voluerũt Gom. ad l. Tauri 76. nu. j. et seq. vbi latissimè, & Gayl de pac. publica c. 6. nu. 10. quare fuit dubitatũ in Curia Arch. an supradicta dispositio, seu conclusio procedat, & locũ sibi vendicet et contra effractorem carceris, vt possit condemnari in absentia: Et videbatur dicendũ, quod non posset condemnari, ex regula suprapοsita, quæ generaliter loquitur, argum. eorum quæ notãtur in l. generaliter ff de legat. pręst.

Cęterũ fuit contrariũ resolutũ, cuius decis. ratio
2 fuit, quia carceratus fugiẽs fracto carcere habetur pro cõfesso, in qua causa specialiter a iure permissũ est ẽt circũscripto omni statuto, ꝙ contumax ha-
3 beatur pro confesso, vt contra ipsum sic fugientẽ, & absẽaté possit ferri sentẽtia, & tanquã cõfessum de crimine de quo imputabatur condẽnari, vt per Paul. Gril. in tract. de relax. carc. sub tit. de fuga num. 12. ad fin. vbi dicit: hoc ideo esse huius fictæ confessionis sequatur effectus Franc. Cason. post tract. de indi. & torm. in quęst. c. 9. rubr. de captur. & carc. nu. 21. Gram. cons. crim. 57. nu. 3. Viu. in com. opin. verb. fugiens á carcere publico nu. 2. Masc. de prob. lib. j. cõcl. 266. n. 3. & 4. vbi amplius
4 infert, ꝙ si denuo carceratus, qui augit capiatur põt tanq̃ confessus absque alio condẽnari, & ita contra contumaces absentes qui effractis carceribus aufugerunt sententiam tanq̃ in confessos prolatam approbat Sena. Mediol. teste Clar. in pract. q. 21. vers. tertio aũt modo ibi, licet Senatus hoc non obseruet nisi cõtra contumaces &c. & pro hac ampliatione facere videtur text. ferè in terminis secundum Doctores in l. si apparitor C. de cohortal. lib. 12.

S V M M A R I V M.

1 *Eps non potest creare nouos Canonicos, nec nouam erigere collegiatam cum nouis Canonicis, & nu. 3.*
2 *Contrarijs respondetur.*

An Eps possit de nouo erigere Collegiatam cum aliquo numero Canonicorum.

D E C I S I O L X V I.

CAnonistę cõiter tenent in c. auaritiæ de pręb. partẽ negatiuã, nõ posse. s. Epm nouos crea-
1 re Canonicos, ita Bal. ẽt in cõs. 91 n. 10. vol. j. vbi indubitãter cõcludit Epm nõ posse nouos creare Canonicos, & facit tex. in c. dilecto, & ibi glos. in verb. nisi fortè de præb. vbi qñ est certus numerus Canonicorũ, & prębendarũ stabilitus ab antiquo, tũc vltra dictũ numerum alij in Canonicos recipi nõ possũt, sequitur idẽ Abb. in c. vacãte col. j. vers. circa materiã eod. tit. Fel. in c. exceptionẽ nu. 16. & seq. de excep. Burs. in cõs. 27. n. 4. & in cõs. 110. n. 6. & ideo nouorũ Canonicorũ creatio est de iure prohibita, Raguc. in tract. de voce Canonicor. q. j. vbi dicit quod Canonici supernumerarij non habent vocem in Capitulo, ex quo cẽsetur noui Canonici.

Non obstat text. in cap. 2. de concess. præbend.
2 cum alijs per Panorm. in cap. ex tenore eod. tit. vbi Canonici nouiter creati sic recipiantur, vt sint supernumerarij, ex quo colligitur posse nouos creare Canonicos, quia respndetur, p̃dictos ex hoc nihil consequi, sed habere quodam ius ventosum, vt dicit Abb. in d. c. dilecto col. 3. Host. in c. super inordinata de præb. nec habẽt vocem in Capitulo, nec stallum in Choro, vt scripsit Monet. in tract. de optione q. 23. nu. 6. & seq. Bertran. cons. 32. nu 6 & in cons. 67. nu. 91. & seq. quemadmodum non dicitur Canonicus qui intitulatur in duobus Collegijs Ecclesiasticis, ex quo dicitur Canonicus honorarius

tantū ad instar tutoris honorarij, sequitur Abb. in
cap. extirpandę 4. qui verò col.9.num.17.& ibid.
Hostien. de præb. dicens, quod Rex Franciæ est Ca
nonicus honorarius Ecclesiæ S. Hilarij Pictauens.
3 Ex qbus omnibus fuit iudicatum sm votum meū
in Curia Episcopali Nardonen. non posse D. Epm
nouam erigere Collegiatam cū nouis Canonicis.

SVMMARIVM.

1 *Ignobilis nobiliter viuens, equiparatur nobili, quoad impositionem pœnæ.*

2 *Dispensatio super 4. gradum consanguinitatis, vel affinitatis, non dicitur subreptitia, si vnus sit in tertio, alter vero in quarto.*

3 *Clausula adiecta in mandato de dispensando in causa matrimonij, dummodo contrahentes sint procreati de vera nobilitate non verificatur, si non sint nobiles, & viuant nobiliter.*

4 *Contrarijs respondetur.*

Clausula adiecta in mandato de dispensando in causa matrimonij, cum contrahentes sint de vera nobilitate procreati, an verificetur si non sint nobiles, verum viuant nobiliter.

DECISIO LXVII.

PErillust. & Reuerēdiss. D.D. Alexandro Boschio
Episc. Carin. N.C. Archiep. Vicario Dignisss. ac
in legali disciplina Viro vndequaq; eminētiss. fuit
iniunctum mandatum de dispensando inter quos-
dam in tertio gradu coniunctos, cū clausulā in re-
scripto apposita; dummodo sint de vera nobilitate
procreati: & cū mulier minimè esset nobilis, licet
originem traheret ex personis nobiliter viuētibus;
Fuit dubitatū, si prædictus Reu. Dominus potuis-
set dispensationem executioni demādare, & quod
posset, allegabatur decis. nostra 3. de pęnis, vbi refe
ro fuisse in eadem Curia iudicatum, Ignobilē no-
1 biliter viuētem ęquiparari nobili quoad pęnarum
impositionem, vt ante nos dixit decisum Ann. in
cōs. 23. vol. j. Itē dicebatur dispēsationes matrimo-
niales quandoquidē largè posse interpetrari, Tusc.
concl. 476. lib. 3. vnde videmus, dispensationē super
2 4. gradū consāguinitatis, vel affinitatis obtentā va-
lere, & non dici subreptitiam, ēt si vnus sit in tertio
gradu, alter veró solum in quarto, Calder. in cons.
245. de pręb. vbi quod ita declarauit Clemens VII.
& idem in cons. 464. de consang. vel affin. Gamb.
de legato n. 393. Fel. plenè in cap. postulasti nu. 9. in
2. lim. & plenius in 7. lim. de rescrip.

Cęterum supradictis minimè obstantibus con-
trarium dicebatur, ex eo, quod dispensatio dicitur
odiosa, c. j. de fil. presby. in 6. Host. in cap. postulasti
nu. 12. de rescrip. Abb. in c. ad aures nu. 7. eod. tit.
Milis in suo reperr. in eo. verb. ex quo est iuris cōis
relaxatio, ideo arida censetur, Oldr. in cōs. 227. Fe-
der. de Sen. in cons. 30. Bellam. in cons. 32. nu. 5. &
17. vbi quod semper est odiosa tāquam ambitiosa,
Bart. cons. 18. volu. 2. & propterea non extenditur,
Cald. in cōs. 66. de rescrip. & semper de minoribus
intelligitur, vt per Tusc. in concl. 463. cū sit vulne-
ratrix iuris cōis, Rot. in dec. 240. & in dec. 454. p. 1.
Item dicebatur dici strictę interpretationis quoad
dispēsandū, vt minus derogetur iuri cōi, ead. Rota
in dec. 533. p. 1. Mandos. in cons. 54 nu. xj. Ossc. in
dec. 68. n. 31. Surd. cōs. 453. nu. 4. vol. 3. & in cōs. 523
num. 26. & intelligitur de prima vice, Anch. cons.
404. nu. 4. cum seq. facit ēt ad hoc, quod dispēsatus
ad obtinendum, non intelligitur dispensatus ad re-
tinendū, Rot. in dec. 535. n. 25. p. 1. Anton. lib. j. var.
resol. c. 19. n. 14. dispēsatumq; ad dignitates non cē-
seri dispensatum ad beneficia, Innoc. in c. dilectus
el 2. de præb. Fel. in c. veniens, el 1. de accus. sic di-
spensatum ad ordines nō censeri dispensatū ad be-
neficia, Abb. in c. literas de fil. præby. & dispensatus
ad curata, non propterea censetur dispensatus ad
simplicia, Rebuf. in prax. in tit. de dispens. ad plura
beneficia nu. 64. & Dec. in l. non debet nu. 21. ff. de
regul. iur. ex quo dispensatio est stricti iuris, Natt.
cons. 179. num. 27. vbi quod in ea non fiat extensio
ad casum in quo sit maior ratio dispensandi, cap.
fin. de translat. Præl. Fel. in cap. postulasti num. 8. &
seq. de rescrip. & ibid. Hostiens. nu. 13. Addebatur
etiam mādatum debere in forma specifica adim-
pleri, l. diligēter ff. mand. & cōtra formā cōmissio-
nis nihil exequi posse, Bal. in l. contra C. cit. tit. & in
cons. 21. vol. 1. Alex. cons. 17. vol. 1. Mandel. in cōs.
91. nu. 13. & seq. & facit tex. in c. cum dilecta de re-
scrip. vbi Cōmissarius non potest excedere formā
commissionis, & taliter agendo nihil operatur.

Non obstat q̄ potestas dispēsandi sit fauorabilis
4 & consequenter amplianda, Monal. cons. 16. n. 3. &
seq. & in cōs. 31. vol. j. Surd. cons. 80. vol. 2. quia re-
spondetur nō procedere in casu nostro, ex quo sic
dispēsando fieret contra ius cōe, cum diuersum sit
quem esse nobilē, & viuere nobiliter, & ideo debet
restringi, quia quando dispensatio est cōtra ius, vel
contra ordinariā prouisionē debet restringi, Cald.
in cons. 245. de præb. & tunc dispensatio non extē-
ditur ad casum non expressum, Tusc. conclu. 465.
vol. 2. & ita intelligi conclusionē illam, dispensatio-
nē esse fauorabilē, quando. s. reducit dispensatū ad
iuris cōis terminos, vel quādo casus super quo di-
spensatur nemini pręiudicat, ita Fed. de Sen. in cōs.
168. nu. 2. Tusc. cōcl. 463. & Cost. de remed. subsid.
remed. 36. Rursus respōdetur, supradicta non pro-
cedere in dispensatione subreptitia, & non iusti-
ficata, quæ pro eo habetur, ac si nō esset impetra-
ta, Oldr. cons. 256. & 304. Cęs. de Grass. in decis.
103. num. 1. de sent. excom. Mohed. dec. 2. de præb.
Valasc. in dec. 80. Couar. Molin. & alij relati per
Roder. de regul. tom. 1. q. 13. ar. 17. vbi plura valdè
vtilia more suo ad hoc.

Non obstat quod paria sūt, quem esse nobilem
& nobiliter viuere, quia respondetur illud procede
re fictè, nō autem verè, & strictè, vnde ex hoc pro-
uenit, quod licet pater, & filius, pro vna, eadéq; per-
sona reputentur, tamen procedit fictè, non autem
verè, nec in dispensationibus locum habet fictio,
vt per Thoming. in dec. 21. & Iasred. in dec. 4. cau-
sa vsque adhuc non est decisa.

SVMMARIVM.

1 *Numerus duorum testium in matrimonio necessario requiritur, & defectus vnius vitiat, & annullat matrimonium, & quare, num. 3.*

2 *Omissio signationis, vel subscriptionis testium in testamento, vitiat testamentum, licet constet de voluntate testatoris.*

No-

Numerus duorum testium in matrimonio, an sit de forma, ita vt defectus vnius vitiet, & annullet matrimonium.

DECISIO LXVIII.

FOrma tunc tradita videtur vbicūq; in dispositione legis, dicitur ita demum fiat, vel aliter fieri nō possit, vt p Bar. in l. fi. C. de vend. rer. ciuit. lib xj. Fel. in c. cum dilecta col. 19. vers. septimum signū de rescrip. Mant. cons. 116. n. 14. & forma ipsa tūc etiam inducta dicatur qñ datum sit quippe aliquid per prius, vel posterius, sm̄ Fel. loc. cit. nu. 3. Verall. in dec. 175. nu. 3. p. 3. & deniq; lex vtens illis verbis: Ita tamen, dūtamen, & similibus: verba hæc dubio procul, formā quoq; inducunt, ita Ruy. in l. j. ff. de nou. op. nunc. Ceph. cons. 480. n. 31. & seq & cons. 558 n. 25. vol. 4 inductaq; ēt videtur forma quādo in explicando actu tēpus adijcitur, vt in auth. quę supplicatio C. de prec. Imp. off. Mars. cons. 65. nu. 4. Fel. nu. 33. & alij vnanimi consensu oēs in c. cū dilecta de rescrip. Becc. cons. 12. n. 25. & cons. 63. n. 44. vol. j. Surd. cons. 124. nu. 1. imò inducitur similiter forma vbicūq; aliquid exprimitur aliter quā requiratur à iure cōi, vt per Aret. in l. j. ff. de lib. & posth. Anch. in cons. 241. nu. 6. Rol. cum alijs per eū allegatis cons. 72. n. 62. vol. 3. & sic de forma censetur illa solēnitas, quæ actui non inest, sed de nouo adijcitur, ita Imol in l. eum qui in fi. ff. de acquir. rer. dom. Calc. cons. 24. col. 6. sicuti postremo forma substantialis inducitur vbicūq; appositum est decretū irritans, vel disponendo adiecit nullitatē aduersus non obseruantiam suæ dispositionis, vt per Bal. Ang. Alex. Ias. & alios communiter in l. 1. ff. de lib. & posth. Mandos. in cons. 99. vol. j & tandem forma ipsa etiam per præfixionem temporis inducitur Ias. cons. 191. nu. 6. Farin. latissimè in fragmētis vers. forma, & Tusc. eod. verb. lib. 3.

Quibus sic enarratis, cum fuisset dubitatū in Curia Arch. an numerus duorū testiū in matrimonio adhibendorū esset de forma, ita vt defectus vnius redderet illud nullū, & inualidū, & dicebatur Primò, non vitiare tanq̃ ommissio modicę solēnitatis, vt tenet glo. & Bar. in l. j. ff. de vent. inspic. q̃ dicit cōiter approbari Alex. in l. 2. §. prius ff. de vulg. & pup. Gutt. in l. nemo potest nu. 115. & seq. ff. de leg. 1. Parlad. lib. 2. rer. quotid. par. 5. §. 8. Ceuall. in lib. 4. commun. contra commun. q. 741.

Cæterum supradictis minimè obstantibus con-
1 trarium fuit resolutum ex pluribus: tum Primò, quoniam ista non est modica solēnitas, & dato q̃ esset illius omissio vitiaret actū, vt latè tradit Affl. in dec. 143. post Ruy. Saly. & alios in l. fi. C. de iure delib. Imol. in l. 2. §. si prius ff. de vulg. & pup. Ioan. And. in add. ad Spec. in tit. de teste §. fi. & facit tex. in l. ad testiū §. si quis ex testib. ff. de testam. vbi si in
2 testamēto omittatur signatio testiū, vel subscriptio vitiatur testamentū, licet constet de voluntate testatoris, pro qua ēt sentētia, facit etiam elegans tex. in l. vnus C. de testam. vbi defectus solēnitatis modicę vt est signatio testamenti, in eodem loco viuat testamentū, etiam si alias constet Iudici de voluntate testatoris, & ita fuisse iudicatum scribit Afflict. in dec. 60. n. 6. tum etiam quoniam prædicta sulēnitas est de forma, vt patet ex supradictis, & ex verbis Sacri Concilij sess. 24. c. j. vbi matrimonium sine testibus, & Parocho, cōtractum sit ipso iure nullum, &
3 Sacr. Concil. vtitur verbo testibus, quo casu nullo modo possunt verificari in vno; nā pluralis locutio vnius non est contenta, & saltem debet verificari in duobus, cū ore trium, vel duorum, stet omne verbum, cap. in nomine Domini de testib.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia probatur si non mittitur legitimus procurator.*

2 *Contumacia non probatur ex verbis Scribæ asserentis, quem fuisse effectum contumacem, sed requiritur accusatio, & decretum Iudicis.*

Contumacia an probetur ex verbis Scribæ asserentis, quē fuisse effectū contumacē.

DECISIO LXIX.

REperiebatur in quibusdam manuscriptis cuiusdam Scribæ, quem fuisse contumacē; quare fuit dubitatū, an esset probata contumacia, & dicebatur probari: Primò, per scripturā, & instrumentū, vt tradidit Bal. in l. j. C. quor. app. nō recip. Alex. in l. 2. n. 13. ff. si quis in ius voc. non ierit. Secundò, probari cōtumaciā per eum, qui aufugit, & latitat, nec personaliter apprehēdi possit, Natt. cōs. 240. nu. 5. vers. neq. obstat. Tertio, probari cōtuma-
1 ciam per eū qui non mittit procuratorē legitimū, Bal. in auth. ei qui n l. 3. C. de temp. appell. Natt. d. cons. 5. nu. 5. quos refert, & sequitur Burs. cons. 74 nu. 138. post vers. quinimò si principalis lib. 1.

Et ad id q̃ diximus, vt probetur contumax qui aufugit, & latitat dicas vt is pręsumatur latitare, eò ipso q̃ præmissa diligēti intimatione nō reperitur in loco vbi cōsueuerat morari, idem Natt. cōs. 240. post nu. 3. vers. q̃ autem fraudulēter, nisi illa de qua citat Iudex, nam licet Iudici copiā sui non fecerit, tñ contumax non poterit haberi, Natt. cons. 364. Pompo. in l. arbiter habēdis ff. de recep. arbit. intelligas tamen quod ad hoc, vt quis probetur contumax, requiritur trina citatio, vel vna perēptoria, vt de hoc tex. est vulgatissimus in l. consentaneū §. tres denunciationes, vbi Salyc. not. C. quemad. & quan. Iud. vbi Bar. hoc ampliat, vt non solū requiratur trina citatio, vel vna pro tribus, sed ēt desideretur, vt pars. s. actor se p̄sentet in termino citationis, & contumaciam rei absentis accuset, per l. properandū §. & si quidē, ibi actoris absentiā accusante, C. de Iudic. q̃ non vendicat sibi locū, ne dū in causis ciuilibus, sed ēt in criminalibus, & tunc requiritur ēt actorem debere expressè accusare contumaciam ipsius rei alioquin non cēseretur contumax; nam in criminalibus proceditur ad instar iudiciorum ciuilium, l. absentem §. j. ff. de pen. Trigon. singul. 28. post nu. 1. incip. coopertum habes.

Quibus sic enarratis fuit dictū, non probare cō-
2 tumaciam supradicto casu. s. ex verbis Scribæ asserentis, quem fuisse effectum contumacem, eo q̃ ad constituendum quem in contumaciā, requiritur Iudicis decretū, ex latè traditis per Bal. & reliquos in l. ad peremptorium ff. de iudic. cum alijs adductis per Fely. in cap. exceptionem de excep. nec in

prædicto casu Notarius habet aliquam potestatem vt voluit Crescen. in dec. 1. de iur. iur. & promde vt ex eius verbis, constituatur quis in contumacia.

SVMMARIVM.

1 *Consanguineus Episcopi conuiuens expensis ipsius Epi in eius domo, non dicitur familiaris, & consequenter non pōt ab eo tāquam familiaris ordinari.*
2 *In familiaritate requiruntur copulatiuè seruitus, & commensalitas, & nu. 3 & 5.*
4 *Portionarij Cardinalium qui aliquando inseruiunt faciendo comitiuam, non dicuntur familiares.*

An consanguineus Episcopi conuiuens expensis Episcopi in eius domo, dicatur eius familiaris ad effectū, vt possint ei ordines conferri iuxta mentem Cōc. Trid.

DECISIO LXX.

Familiaris alicuius verè non dicitur nisi expensis illius cuius dicitur familiaris continuo viuat, & moretur cum eo, c. fi. de verb. sign. lib. 6. Crescen. in dec. 1. de concess. præb. post Oldr. in cons 198. in princ. & Franch. in d. cap. fi. nu. 4. vers. sexto nota, Anch. in cons. 198. nu. 2. & Verall. dec. 54 lib. j. in vna Abulen. quare fuit dubitatum in Curia Arch. in causa cuiusdā Clerici origine, & ortu Neap. qui qui suscepat ordines ab Episcopo eius patruo tanquam familiari, an potuisset declarari incidisse in pœnas Bullæ Sixti V. incip. Cum ex sacrorū, præcipiētis Clericū ordinatū ab alieno Epo absq; dimissorialibus sui Ordinarij esse suspēdendū ab executione dictorū ordinū: & dicebatur, q̄ vt quis dicatur familiaris, non solū requiritur, vt expensis alicuius viuat, ad late tradita cōiter in d. c. fi. de verb. sign. verum etiam requiritur, vt inseruiat, & incū-
2 bat seruitijs eiusdē tāquam famulus, vt in proprijs terminis tradit Card. Tusc. cōcl. 72. lib j post Mādell. in cons. 16. vol. j. Turret. in cons. 71. eod. vol. vbi isti qui non insistūt circa seruitia, & nō habent expensas, dicuntur ficti familiares, & nō gaudent prerogatiuis familiarium, Lalimenta s. libertis ff. de alim. leg. Castr. in cons. 351. nu. 2. vol. j. tradens supradicta procedere etiā si Princeps appellet familiares veros, & continuos commensales.

Quia si non sunt verè, finguntur, ne Princeps
3 mendax dicatur eo, q̄ duo requirantur copulatiuè, videl. conseruitus, & cōmensalitas, tenuit Gom. in regul. de impetr. benef. per obit. famil. Card. q. 13. & est tex. cit. in c. fi. vbi Arch. Gemi. Io. And. Frāch. & reliqui cōiter, & propterea vt dicit Simonet. in tract. de reseru. q. 35. vers hinc infertur, quem referunt, & sequūtur Gonzal. gl. 3. nu. 15. & Tusc. vbi supra, quando quis consequitur alimenta ex alia causa q̄ familiaritatis, non dicetur vere, & propriè familiaris, & ideo isti qui habēt à Cardinali vt sūt
4 portionarij, quia aliquando inseruiunt faciendo comitiuam, vel quia sunt auctti, vt percipiant partem honoris gratia, non sunt familiares. Gom. & Tusc. vbi supra, & fuit per Rot. resolutū in vna Tuscul. 15. Nouemb. 1600. coram Lan. elicito, & ad cōprobationem prædictorum facit optime q̄ voluit Bellam. in cōs. 6. nu. 10. & seq. vbi q̄ dispositio loquēs de seruientibus, & familiaribus, debet intelligi de continuis, non de voluntarijs, & seruientibus pro libito, & sic in casu de quo verba facimus, cū iste sit Nepos Episcopi non dicitur verè, & propriè famulus, & licet quandoquidem ei præstet obsequia nō tamen dicitur id facere tāquam famulus, & p̄inde censetur seruire Epō pro eius libito volūtatis, q̄ non sufficit iuxta supradicta, cum ad effectum de quo agitur debet verificari plenè vera familiaritas, Gom. vbi supra q 13. nu 4 Mas. concl. 51. nu. 3 & seq. & de iure appellatione familiarium veniunt soli præsentes seruientes, Rebuff. in auth. habita circa fin. vers. tam ipsi C. ne fil. pro pat. vbi q̄ famuli dicuntur recepti ad seruiendum ipsis præsentibus, & titulo seruitij, & non alio allegat Bal. in proœm. Greg. nu. 8. & ideo Colonus non dr̄ domesticus ex quo non seruit titulo familiaritatis, Aret. in cōs. 13. n. 14. & seq. & Vitalin. in clem. fi. n. 34. de celeb. miss. Bellon. cons. 10 nu. 9. Monal. cons. 71. vol. 1. vbi vt quis dicatur familiaris duo copulatiuè debēt inter-
5 uenire, vt inseruiat actu, & viuat expensis illius, & q̄ titulo seruitij, & nō alio inseruiat, vt cēsuit Rot. in vna Senescen. & sin Tusc. loco sæpius cit. exigitur q̄ actu seruiant, & sint continui commensales quidquid voluit Calcan. in cons 72 & 73 vbi in familiaribus Epi ad effectū gaudendi priuilegio fori q̄ sufficiat vt inseruiat Epo licet non continuè, & in proprijs terminis consang. tineorum, qui inseruiunt, & manducant in domo Epi, voluit Fel in cap. ex insinuatione de off. deleg. vbi q̄ tales absq; habitatione, & cibo dicuntur domestici, sequitur Barb. in cons. 3. nu. 66. vol. 2. vbi q̄ coniuncti sanguine, licet eis nō imperetur sunt familiares impropriè quāuis oportet q̄ saltem per 4. mēses fuerint familiares ad obtinendū fructibus, Gom. loc. cit. vbi q̄ ita disponit Regula Leonis, & Adriani, Rota in nouis p. 3. lib 3. dec. 378. Curia Arch. tū contrariū censuit, & sic declarauit, legitimè fuit ordinatum.

SVMMARIVM.

1 *Assertioni alicuius, regulariter non est credendum.*
2 *Notarius iurans amisisse originale instrumentorū rogatorū, debet probare casū, alias ipsi nō creditur.*
3 *Creditur Episcopo asserenti in Bulla ordinis, quem esse suum familiarem.*
4 *In dubio creditur literis, siue Bullis Episcopi, & n. 5.*
6 *Omnibus hominibus regulariter est credendum in pertinentibus, & spectantibus ad ipsorum officium.*

Episcopo asserenti in Bulla ordinis, quem esse suum familiarem, an credatur.

DECISIO LXXI.

Videbatur primo dicendum non probari familiaritatem per assertionem Episcopi, ex
1 regula iuris, quæ vult, assertioni alicuius regulariter non esse credendum, vt latè per Tusc. in concl. 533. hinc prouenit non esse credendum Præposito nauis versum esse in vtilitatem nauis, Castr. in cōs 333. vol j. vbi idem probat in tutore, qui dicit expēdisse in vtilitatem pupilli & in Prælato Ecclesiæ, quia eis non creditur, hinc quod constituēt se tenere, & possidere non transfert possessionem in

in constitutarium, nisi probetur possessio constituentis, Socci. in cons. 187. n. 12. & seq. vol. 1. & in cōs. 202. vol. 1. loquens de Notario asserēte aliqd interuenisse, quādo illud non potuit interuenire in illo actu, & Masc. concl 141. vbi nō creditur Iudici de facto partium aliquid asserēti, sicut non statur dicto assessoris, idem in concl. 145. sicut nō statur dicto vulnerati, contra vulnerantem, Tusc. cōcl. 534 Socc. reg. 14. & non creditur assertioni gerētis actu prohibitum, & ex certa causa permissum, nisi probet aliunde causam, Anch. in cons. 150. nu 8. & est communis opinio secundū Dec. in cons. 132. nu. 2. & in cons. 349. Castr in cons. 127. col. 2. lib. 1. & in clerico, vel milite donante concubinę ob benemerita, quod illi non statur, Anch. cons. 147. nu. 2. & 3. Affl. in dec. 202. & Oldr in cons. 226 nu. 7. vbi de donationę facta ob benemerita, quia non valet, nisi aliunde merita probentur, sequitur Dec. in l si donationem C. de collat. & de patre donante filio ob seruitia præstita, quia non probantur seruitia ex sola assertione, Castr. in cons. 177. & emptiones factę per clericum nomine concubinæ non valent, licet dicat, pecunias esse concubinæ, Dec. in cons. 132.
4 num. 2. Socc. in cons 65. vol. 2. & Notarius iurans amisisse casu originalem matricem instrumentorum rogatorum debet probare casum, alias ipsi non creditur, Feder. de Sen. in cons. 113.

5 Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium fuit in Curia Archiepiscopali resolutum esse scilicet credendum verbis, seu assertioni Episcopi in Bulla ordinum, & asserentis, quem or-
4 dinasse tanquam suum familiarem. cuius decis. ratio fuit, quia literis Episcopi, seu Bullæ statur in dubio, & creditur, vt probat tex. in terminis in cap. post cessionem, vbi latè communiter de probat. Achill. de Grass in dec. 13. & 14. de prob. vnde Rota teste Seraphin. in decis. 791. censuit stari Bullæ Episcopi in qua asseritur ordinasse alterius subditum cum dimissorialibus sui Ordinarij, & ratio
5 prædictorū est, quia in dubio præsumitur pro Episcopo, Ruyn. cons. 69. lib. 1. cap. in præsentia de renunc. vbi in dubio semper standum literis ipsius donec contrarium probetur, hinc est, quod creditur Iudici de maioribus aliquid scribenti, & attestanti de mandato Regis. vel Principis, Castr. cons. 303 lib. 1. prout dicimus etiā in Cardinalibus, quibus creditur aliquid asserēribus. Oldr. in cons. 287 Ias. in cons. 108 lib 1. Fulg. in cons. 148. & ideo creditur eis asserentibus se legatos, Bero. in cons. 65. num. 44. & generaliter facit ad hoc conclusio generalis, quæ vult omnibus esse credendum in perti
6 nentibus, & spectantibus ad ipsorum officium, vt expressè probatur in cap. ad audientiam, & cap. cū in officijs de præscrip. præsertim vbi non agitur de pręiudicio tertij, prout in casu nostro, Dec. in cons. 463. Gabr. de prob. concl. 3. & Masc. concl. 104. & facit etiam ad hoc, quod si creditur bono viro, aliquid asserenti, l. bonus ff. iudic. solui, Bal. in cons. 13 vol. 1. Alciat. cons. 26. quāto magis credi debet Episcopo asserēti circa ea q̄ incumbūt ad eius officiū.

SVMMARIVM.

1 *In contrahendis matrimonijs non sufficit præsentia Parochi illius loci quo iuit alter ipsorum cōtrahentium ad habitandum per momentum, & in fraudē, sed debet adesse præsentia Parochi veræ, & propriæ habitationis.*
2 *Momentum temporis non est in consideratione.*
3 *Simplex conuersatio, & habitatio sine assiduitate non facit quem incolam, & requiritur probatio assiduæ conuersationis nu. 4 & 6.*
5 *In dubio non censetur mutatum domicilium, transferendo se de vno loco ad alium, nisi adsit animus perpetuo ibi permanendi.*

Regula illa, quod in contrahendis matrimonijs sufficit adesse præsentia Parochi loci habitationis, an procedat, si habitatio esset per momentum tēmporis, & in fraudem.

DECISIO LXXII.

PRoprius Parochus ex declaratione Sac. Congr. dicitur ille, in cuius Parochia habitant contrahētes tēpore matrimonij contrahendi, vt animaduertunt relati per Ceuall. in tract. commun. contra cōmun. q 604. quibus addo Triuis. in dec. 23. & faciunt alij innumeri relati per Gutt. in tract. de matrim. q. 13 vbi plura memoratu dignissima; quare fuit dubitatum in quadam Curia Episcop. an supradicta conclusio procedat, & locum sibi vendicet vbi alter ipsorum contrahentium migraret
1 in aliam Parochiam in fraudem, & dolo, puta ne a cōsanguineis ipsorum matrimonium impediretur, & fuit decisum iuxta votum meum, quod nō, cuius decis. ratio esse videtur, quoniā verbū illud [habitationis] intelligi debet de vera, & propria habitatione, & non momentanea, ita Bal. in cons. 37. nu. 10. vol. 1. Alex. in cons. 67. nu. 13. & seq. volu. 2. Monald. cons. 13. vbi non dicitur habitare qui per momentum temporis habitat, hinc Ruiz in decis. Lituaniæ 3. voluit habitatorum appellatione venire tantūmodo qui non accedunt, & recedunt ab aliquo loco, sed qui pro maiori temporis parte ibidem manēt, sicuti probatur á simili per tex. in c. fi. §. fi. de sepult. lib. 6. vbi non dicitur proprius Parochus illius qui manet in villa, recreationis causa, quoniam caret animo ibidem permanendi perpetuo, ad tex. etiam in cap. significasti de Paroch. mo
2 mentum enim temporis non est in consideratione, pulchrè animaduertit Ruiz cit. decis. nu. 7. Pereira decis. nouiss. 71. per glo. in l. 3 ff de acquir. rer. dom. modica enim alienatio rei non facit incidere quē in Extrauag. ambitiosæ pęnas, Gratian. lib. 3. disceptation. foren. c. 53 siquidē in generali prohibitione alienationis non veniunt modica, Abb. in cap. vt super de reb. eccl. non alien & de modicis, aut parum, aut nihil curatur, l. scio ff de in integr. rest. & lex generaliter loquens, non includit modica, Soccin. in fallen. 229.

Tandem ad comprobationem facit. quod sola habitatio ad effectum, de quo agitur, nō sufficit, cū assidua, & longa conuersatione, vel decē annorum, vel minoris temporis secundum arbitrium Iudicis qui non arbitrabitur, nisi de longo tempore si non adest aliqua causa mutationis domicilij, cum sola

habitatio non sufficiat, Felyn. in cap. dilectus filius,
il secondo, col. 8. & 9. vers. pro pleniori, & vers. pri-
ma causa nu. 12. de rescrip. Bal. in l. Senatores nu. 1.
post Cyn. ibid. C. vbi Senator, vel Clariss. glo. in l.
nec ipsi in verb. constituerint in fin. C. de incol. lib.
10. Aret. in cap. quod clericis nu. 1. de foro comp.
Paris. cons. 34. nu. 20. & 22. lib. 3. & cons. 53. nu. 91.
3 eod. lib. nam simplex conuersatio, & habitatio sine
ista assiduitate non facit quem incolam, Menoch.
de arbit. cas. 86. nu. 23. in fi. per tex. in l. libertas §. so
la ff. de incol. lib. 10. Cyn. in l. 2. vers. quod verum
credo, & in fin. vers. tamen ista assidua conuersatio
C. vbi Senator, vel Clariss. Ang. in l. lex Cornelia
nu. 2. vers. & attende ff. de iniur. & cons. 27. num. 2.
vers. item non ex capite. Rolan. cons. 79. n. 52. lib. 3.
Rot. coram R. P. D. Boratt. Collen. hæreditatis
5. Maij 1617. Ruyn. cons. 61. nu. 21. lib. 5. vbi etiam
4 requirit probationem istius assiduę cōuersationis,
Soccin. Iun. cons. 49. nu. 6. lib. 1. Bal. cons. 393. col. 1.
5 lib. 1. & cons. 311. lib. 4. cum etiam in dubio non
censeatur mutatum domicilium transferendo se
de vno loco ad alium, nisi adsit animus perpetuò
ibi permanendi, & nisi concurrant alia, de quibus
in l. non vtiq; ff. ad municip. l. eius qui §. penul. C.
incol. lib. 10. Vbal. de Canon. Episc. c. 2. nu. 8. in fin.
tom. 15. tract. p. 2. fol. 231.

Et quod ad contrahendum incolatum requira-
tur animus perpetuò habitādi, & nunquam rece-
dendi, est tex. in l. ciues C. de incol. lib. 10. Bar. in l.
Cornelia §. si tamen in fundū ff. ad municip. Alcia.
in l. si pupillus §. incola in princ. ff. de verb. signif.
Rota diuers. decis. 150. nu. 3. par. 2. Gabr. cons. 189.
nu. 20. cum seq. lib. 1. Rota coram Ludouisio Ci-
uitatis Castelli hæreditatis 10. Maij 1606. & coram
R. P. D. Orremberg Collen. hæreditatis 25. Maij
1611. & coram R. P. D. Baratto Romana, seu Tu-
dertina nullitatis obligationum 4. Iunij 1614. & co
ram eodem Collen. hæreditatis 10. Iunij 1616. col.
penult. & 5. Maij 1617. vbi quod debet probari p
6 testes concludenter cum ex illis nō posset desumi
animus deliberatus, & firmus perpetuò permanē-
di, ita vt si tractaretur de successione debita alicui
tanquam incolę testes non concludant, nisi verba
ad effectum probandi incolatum sint prolata ante
obitum, prout requireretur, ad hoc vt potuisset au-
ferri ius successionis, Anchar. cons. 169. nu. 2. vers.
& licet col. 1. Rot. coram Ludouisio Ciuitatis Ca-
stelli hæreditatis 1. Decēbris 1606. probata autem
declaratione voluntatis dicetur esse contractus in-
colatus iuncta domicilij transactione etiam absq;
aliquo lapsu temporis, Abb. in cap. vltim. in fi. de
Paroch. Corn. cons. 209. ante nu. 3. vers. nam in
supplicat. lib. 1. Sim. de Petr. cons. 119. n. 9. Menoc.
de arbit. cas. 86. nu. 2. Rota coram R. P. D. Marco
Montio Granaten. Capellaniæ 1. Decembr. 1616.
& coram R. P. D. Buratto Farfen. bonorum 19.
Decembr. 1614. in fin. vbi additur de marito qui
dicitur subditus in loco, & patria vxoris si in capi-
tulis matrimonialibus declarauit animum ibidem
contrahendi domicilium, prout postea se contulit
ex doctrina Bart. in l. murileguli num. 1. & ibi Ioa.
de Plat. col. 2. vers. sa. it etiam C. de murileg. lib. 10.
Innoc. in cap. ex ore sedentis post med. vers. sed lo-
ca, vbi Anchar. nu. 8. de priuileg. Anan. in cap. dile-
ctus il 2. nu. 7. vers. facit etiam, & ibi latè Fely. in
col. 2. de rescript. Rota coram Card. Plato Roma-
na hæreditatis, seu census 8. Iunij 1588. de qua per
R. P. D. Boratte in dicta Farf. bonorum 19. Decēb.

SVMMARIVM.

1 *Bigamus quandoq; propriè, quandoq; impropriè dicitur.*

2 *Episcopus non potest dispensare cum bigamo ad minores ordines suscipiendos, & nu. 3.*

An Episcopus cum bigamo ad minores ordines suscipiendos dispensare possit.

DECISIO LXXIII.

Bigamus clericus fori priuilegio priuatur, cap. 1.
de bigam. & verè bigamus non potest ad sa-
cros ordines promoueri, imò promotus ante
bigamiam non habet suorum ordinum exequu-
tionem, Anchar. cons. 124. circa bigamos in princ.
vbi quod talis prohibitio est de iure Diuino, biga-
1 mus autem quandoq; dicitur propriè, quandoq;
autem impropriè; propriè bigamus dicitur is, qui
cum habuerit vnam vxorem, aliam postea duxe-
rit, cap. acutius, & cap. vna distinct. 26. & ad
hanc similitudinem bigamus dici solet, si quis post
professionem relicto Monasterio vxorem duxe-
rit, vel si habens vnam vxorem, ea viuente, aliam
de facto duxerit, quod declarat Specul. in tit. de di-
spens. iuxta colu. 2. vers. & scias, quod est triplex, &
etiam dicitur bigamus si viduam in vxorem duxe-
rit, Anchar. in d. cons. 124. impropriè autem biga-
mus est, qui contraxerit matrimonium cum mu-
liere corrupta, vel qui habet vxorem virginem
eam cognoscit post commissum adulterium, &
dicitur impropriè bigamus, quia in plures carnem
suam diuisit, & iste etiam de iure positiuo ordinari
prohibetur secundum Anchar. d. cons. 124. dispen
sat tamen Papa cum bigamo etiam propriè ex cau
sa, facilior tamen est dispensatio cum bigamo im
proprio, cum quo etiam sine causa Papa dispensat
secundum Anchar. d. cons. 124. cuius dicta retulit
Tuscus pract. conclus. in verb. bigamus, concl. 91.
nunquid Papa possit dispensare cum bigamo ad
Cardinalatum Ecclesiæ, Cotta in suis memoralib.
vers. bigamus, & nunquid Episcopus possit dispē-
sare super bigamia vera, & interpetratiua, etiam
quoad minores ordines, & glos. in cap. 2. in verb.
dispensare in fin. de bigam. firmat posse cum præ-
3 dictis Episcopum dispensare, vt ad minores tan-
tum ordines promoueantur asserens, ita intel-
ligendum tex. in cap. quicumq; 10. dist. & cum
glos. conuenit Hostiens. in summa eiusdem tit. §. vl
tim. propè fin. & in hoc differt a seruo qui nec ad
minores promouetur, cap. 1. & 2. de seruis non or-
dinan. hanc sententiam ex Hostiens. falsò dicit cō-
munem Ceuall. in suis pract. quæst. q. 559. & hanc
amplectitur D. Thom. 4. sentent. dist. 27. art. 3. ni-
hilominus contraria opinio est à Scribentibus
cōmuniter, nec etiam vt ad minores ordines pro-
moueantur, vt voluerunt Innoc. num. 1. Hostiens.
num. 2. Ioan. Andr. num. 13. Anchar. num. 4. in

c. 2.

c.2.de bigam.cum alijs relatis per Couar.in clem. si furiosus par. 1.§.2.nu.4. de homicid. & alij apud Rendinam lib.1.receptarum sententiarum,Lopez in l.5.tit. 5.§.1.Gomez in tract. breuium, Nauarr. qui nuncupat hanc communem opinionem in manuali c.27.nu.100 & facit Farin.in fragm.verb. bigamia, vbi refert magis communem opinio-
3 nem esse,vt non valeat Episcopum dispensare, & ita voluit etiam nouissimus in prax. Arch. Neap. c.113.vbi ampliat, vt nec Episcopus possit dispensare,quoad vsum,& exercitium ordinũ minorum ante susceptorum ex Conc.Trid.c.17.sess.23.de reform.& ita attestatur alias del 1606. fuisse descriptum, & declaratum in Congregatione Concilij Tridentini, & iuxta hanc opinionem pluries censuit Curia Archiepiscopalis.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia receptitia non potest effici numerata per Episcopum,& quare.*

2 *Episcopus regulariter non potest nouum grauamen Ecclesijs imponere.*

Ecclesia receptitia,an possit effici numerata per Episcopum.

DECISIO LXXIV.

Dubitabatur in quadã Curia Archiepiscopali, si potuisset de illius loci Ordinarius Ec-
1 clesiam receptitiam facere numeratam, & ex voto meo fuit negatiuè iudicatum; nam Episcopus tenetur facere conditionem meliorem suis clericis,vt probatur in cap.fin.de cler.ęgrot.Bald. in cons.29.vol.1.Alex.in cons.16.eod.vol.& Mandell.in cons. 78. vbi de communi iunctis latissimè traditis per Bursat.in cons.23. nec cessare a subditorum dilectione, quamuis illi ipsum persequuntur, cap.scimus 33.dist. quæ omnia non verificarêtur si ecclesia receptitia erigeretur in collegiatã, cum nõnulli,qui ibidem possunt aggregari alimẽtis desfraudarentur,vnde subintrant termini tex. in cap.pasce fame morientem dist.91.vbi dicitur pasce fame morientem,quem: si non pauisti,occidisti,concordat etiam tex.in l.necare ff.de lib.agnosc. vbi dicitur: necare aliquem, qui illi alimenta non tradit,sequitur Surd.de alim.q.91.lib.3.addebatur
2 supradictis, Episcopum non posse regulariter eius Ecclesijs nouum grauamen imponere, vt expressè cauetur in cap. prohibemus, & in cap. innouamus de censib.Bal.cons.91.nu.6.& seq. vol. 2. post Alciat.in cons.27.nu.10.& seq.

SVMMARIVM.

1 *Facultas indulgendi delicta, & gratias concedendi reseruata est solo Principi habenti imperialia, & regalia iura.*

2 *Barones,& alij feudatarij inferiores à Principe superiorem cognoscentem non habent facultatem aggratiandi in delictis capitalibus,sed secus in bonis & alijs pœnis,quæ eis applicantur,quia habent facultatem,sed hoc procedit de iure, contrarium vero obseruatur de facto,vel de consuetudine,vt in num.3.*

4 *Episcopus potest concedere indultum clericis monetam tondentibus, qui reuelauerint alios clericos tõdentes,& hoc de consuetudine in qua manutenentur,possunt etiam concedere indultum circa alia delicta,vt nu.5.*

An Archiepiscopus possit concedere indultum clericis monetarum tonsoribus, qui tondentes reuelauerint.

DECISIO LXXV.

FVit dubitatum in Curia Archiepisc. an Ill. Dominus noster tempore isto calamitoso tonsionis monetarum, propter quod amisimus commercium humanum, potuisset concedere indultũ clericis reuelantibus alios monetarum tonsores; &
1 dicebatur,quod facultas indulgendi delicta,& gratias concedendi, ac etiam Bannitos restituendi solo Principi supremo imperialia, & regalia iura habenti reseruata est, l. relegati, & l. ad bestias §. ex prouincia ff. de pœnis, l. 2. C. de bon.damn. cum alijs nouissimè scriptis per Peregrin. in suo tract. de priuileg. fisc. lib.6. titul.1. num. 2. & seq. & per Thessaur. decis. Pedemon.21. in princ. idcircò Barones,Comites,feudatarij,& alij inferiores à Principe superiorem cognoscentem nullam habent aggratiandi facultatem in delictis capitalibus, quoad pœnam corporalem, quia illa apud solum Principem residet,licet secus sit quoad bo-
2 na,& pœnas,quæ eis applicantur,quas remittere & condemnare non prohibentur,Bald.in l.relegati per illum tex.ff.de pœnis,Bart.in l.acta §. amplianda ff.de re iud.& in l. 1. §.cum quis ff. de quæst. & in l.infamem col.fin. ff. de publ.iud. & in l. si quis vltro num.2.ff.de quæst.Salyc.in l.cum indulgentia C.de sent.pas.Georg.in sua inuest.feud. in ver. & cum mero,& misto imperio col.2.vers.sed an inuestitus,& ibid. in verb. Princeps, vers.quarta specialitas,& vers.decimaseptima specialitas,Affl. in c.1.col.2.vers.2.& vers.8.& 43.quæ sint regalia, Martin.Laud.in tract.de Principe vers.219. Fely. in cap.quæ in ecclesiarum num.23.& seq. de constitut.& in cap.cum te num.14. & 15. de re iudic. Boss.in tit.de Principe nu. 227. & in tit. de remed. ex sola clem.num.51. Alba.cons.64. num.14. Aldobrand.in §.masculi num.18 instit.de curat.Iser. in tit.de vasall.decrep.ætat.num.2.vers.idem si,Gabriel.Saray.in addit.ad Mathesill. in sing.43. nu.8. Rolan.cons.4.num.51.& seq. vol.3.late Osasc.decis.Pedem.101.num.1.& seq.vbi num.4.huius cõclus. reddendo rationem dicit,quod remittere peccata est super legem, vt in Euang. Matth. cap. 10 Marci,cap.1.& Lucæ cap. 5.remittereq; pœnas est quid contra legem,& naturam, Innoc.in cap.cum P. Tabellio num. 2. de fid. instrum. sed a legibus solus supremus Princeps,vel qui supremi iura obtinet solutus est,l.Princeps ff. de legib.l. digna vox C.eod. ergo solus Princeps non autem inferior po-
test

test pœnas remittere, & gratias facere, & licet Felyn.in cap.1. de rescript. quem sequutus est Boss. in titul. de Principe num. 287. in titul. de pœnis num. 26. titul. de regal. num. 19. dixerit feudatarios, & inferiores a Principe posse contra ius commune statuere, horum tamen opin. communiter reprobatur, teste Rolan. d.cons.4. nu.31. & 76.vol.1.& licet etiam Bal. in l.seruos C. ad leg. Iul.de vi publ.& Iacob.de Beluis. in pract.crim. in tit.de senten.crim num.10.in fi. de facto, vel de consuetudine, Barones contrarium seruare, & gratias facere testentur, ius autem faciendi gratias, &
3 indulgendi posse consuetudine acquiri, pluribus demonstrat Osasc. cons.66. num.38. vbi multum benè loquitur ad fauorem Baronum facientium istas gratias.

Verum, cum talis facultas sit de reseruatis Principi, ideo nisi expressè dicatur in generali concessione, concessa non dicitur, & propterea per generalem regalium concessionem adhuc nō venit indulgendi facultas, quia nec per eam veniunt Principi reseruata præsertim in priuilegium Coronæ, & eius supremę, ac præcipuę potestatis, latè Luc.de Penn.in l.contra publicam col.7.nu.8.& seq.C. de remed.lib.12. Afft.in tit.quæ sint regal.in rubr.nu. 68. Osasc. d.decis.Pedem.101. num.10. Baiard.ad Clar.in pract. §.fi.q.58. num.30. & latè Surd. in cons. 200.nu.19.iunct.num.58.& seq.lib.2.

Item nec per concessionem meri, & misti imperij eadem indulgendi facultas concessa cēsetur per ea quæ tradit Roland.in cons. 40. nu.30.& seq.vol. 4.vbi post Bal Ias.Dec.in l.j.ff.quisq;iuris, Ruy. cons 109.num.10.vol.4.& cons.208.num.3.vol.1. & alios quos allegat concludendo tradit, quod vasallus habens merum, & mixtum imperium, non potest aliquid ordinare, nec statuere contra ius commune, ergo nec pœnas remittere, & aggratiare.

Imò quod plus est etiam, quod vasallo vltra merum, & mixtum imperium sit concessa omnimoda, & perpetua administratio, non tamen per hoc censetur concessa aggratiandi potestas, idque suadetur ex ratione quæ affertur per Osasc. in d.decis.Pedemon.101. nu.5. vbi dicit, quod vasallus inuestitus de mero, & mixto imperio, vna cū omnimoda iurisdictione dicitur in se suscepisse iuris dicendi, & æquitatis statuendę necessitatem, glos.in l.j.in verb. potest, vbi Bar. Bald.& alij ff.de iurisd.omn.iud.l.munerum §. iudicādi ff de mun. & hon.sunt q;Iudices ordinarij ipsorum locorum, Innoc.in cap cæterum col.2.vers.item ordinem iudiciarium, vbi Abb. num.13. de iudic. Bar. in l. si vni vers. quinto quæro ff.de re iud. cum alijs ibi per eum allegatis, sed Iudices ordinarij non habēt hanc indulgendi facultatem, ergo nec ipsi feudatarij

Verum contrarium videbatur dicendum, ex quo Episcopo multa permittuntur; potest
4 enim dispensare cum deposito verbaliter ab adulterio infra, iuxta capit. at si clerici §. de adulter. de iudic. vbi Abb. & Dec. & etiam in casibus expressis maioribus adulterio, vt in incestu, et communi in d.§.de adulter. Item licet de iure communi Episcopus non possit facere gratiam de pœna delicti, vnde non posset reuocare exulem, vt dicit Diaz in prax.in verb.in exilium mitti, Foller.in prax.canonic.in verb.& si committi num.123.tamen de consuetudine generali, & quasi possessione in qua manutenentur Episcopi, hodie faciunt gratiam de omnibus delictis, & ita obseruant Archiepiscopi Neap. sed ad maiorem cautelam in Curia Archiep. Vicarius in sentētia sēper ponit clausulā in fine, salua moderatione, & cōmutatione Illustr. Archiep. quæ sententia valet, Bal.in auth.interdicimus C.de Episcop.& cler. Fely.in cap.qualiter, & quando, il 2.§. ad corrigendos de excess. quæ clausula ponitur etiam in sententijs causarum sanctæ fidei, quamuis multoties resolutiones dictarum causarum ab Vrbe veniant, siquidem casus vehementis suspitionis hæresis, vel apostasiæ Curiæ Archiep. Neap solet deferre Sanctissimo Domino tanquam negotia maiora, iuxta cap. maiores de Baptismo, cum voto tamen Congreg. eiusdem Curiæ
5 idem solet Archiepiscopus Neap. concedere indultum his qui alios delinquentes reuelauerint, nam Iudices ordinarij possunt bannitos rebānire, & remittere ex prædicta causa, Bar. in l.ambitiosa ff. de decr.ab ordin. fac. per l. omnes §.fi. ff.de re milit. Farinac.de inquis.q.6.nu.14.qui plura adducit.

SVMMARIVM.

1 *Sublata consuetudine, non censetur sublata immemorabilis, amplia nu. 2.*
3 *Immemorabilis habet vim pacti, & priuilegij.*
4 *Consuetudo non valet induci contra legem derogantem consuetudini, tanquam iniqua.*

Text. Concilij Tridentini sess. 24. de reformatione cap.20. disponens, quod omnes causæ agnoscantur coram Ordinarijs locorum in prima instantia, an locum sibi vendicet, existente consuetudine immemorabili in contrarium.

DECISIO LXXVI.

1 Vera, & indubitabilis est apud omnes cōclusio, quod sublata consuetudine nunquam sublata censeatur immemorabilis propter illius excellētiam, & maximam prærogatiuam, de qua per Fely.in rubr.de præscrip.nu.18. & seq. & in cap.accedentes sub nu.6.vers.tertius casus est eod.tit. Rip.in l.nemo potest nu.115. ff.de legat.1.Carol.Ruyn.cons.13.incip.videtur forsan fis num.fin.lib.2. Afflict.decis.254. incip. sæpe fuit nu 5.Dec.cons.271.incip.in casu transmisso de Hispania nu.15.& cons.406 in causa nu.10. Philipp. Prob.in addict ad Ioan.Monac. in c.1.nu.24. de præscript. Bertran.cons.98.nu.12, vol.1. Curt.Iun. cons.158.nu.12. Tiraq.de retract.conuent.§.1. gl. 2.nu.12.Couar.lib.3 var.resol.c.13 nu.15. Auend. respon.16.num.4. Anton.Gabr. in tit.de præscrip. concl.1.nu.30.& cum pluribus alijs resoluit Gutt. in

in lib.3.pract.quæst.q.77.num.fin.Roland.à Vall. conf.59.nu.17.lib.4. & fuit resolutum in Burgen. Quindennior. 15.Maij 1600. coram Reuerendiss. D. Corduba vbi aliæ decis. Rot. citantur.

Qui omnes procedere affirmant, etiam si adda-
2 tur dictio vniuersalis [quæcunque, aut quælibet] quia nihilominus non censetur sublata consuetudo immemorabilis.

Nec mirum, cum dicta immemorabilis consue-
3 tudo, seu præscriptio habeat vim priuilegij à Principe legitimè concessi, & tituli melioris de mũdo, & legis, & pacti, ac denique eandem potestatem quam habet Imperator, quando cum causa procedit, vt plenè traditur per Anton.Gabr. vbi supra num.1.& 44.& 65.66.67.& 69.cum plurib. per ipsum cit. Put.dec.207.nu.2.& 3.lib.1. Rot.dec.717. nu.2 par.1.diuers.

Et ex his prouenit, quod cum in regula de octo mensibus ante editionem factam à Sixto V. non aderant verba, etiam immemorabiles: fuit resolutũ de illo tempore in Rota in vna Bonon.optionis de Mense Ianuarij 1579.coram Lancellotto, & in alia Gadicen.iuris nominandi 11.Febr.1582. coram Bubalo, quod istius regulæ reseruatio non auferebat consuetudines immemorabiles prouidendi, vel optãdi in quibuscumque mensibus, & tradit Anastasius Germonius in tract. de indult. §.etiam ex eo num.16.& 17.

Hodie tamen, cum habemus verba clara nostræ regulæ remouentis omnes consuetudines, etiam immemorabiles, non erit amplius dubitandi occasio, l.ancillæ C.de furt. l.ille, aut ille ff.de leg.3.& ita Rota hoc habebat.

Et propterea deueniendo ad casum propositum dico, quod quamuis Concilium Tridentinum sess. 24.de reform. c.20. disposuit, quod omnes causæ cognoscantur in prima instãtia coram Ordinarijs locorum, dũtaxat, & substulit aliorum iurisdictionem, non obstantibus quibuscumq; consuetudinibus, tamen quia consuetudini immemorabili expresse derogatum non fuit, censuit sæpe Sacra Concilij Tridentini Congregatio, quod dictum decretum minimè sustulit immemorabilem consuetudinem, quæ declaratio fuit multoties in Rota canonizata, & obseruata, & in quadam Curia Archiepiscop.

Non obstat sententia superiori contraria, videlicet, quod sublata consuetudine, censetur etiam sublata immemorabilis, quando additur dictio vniuersalis, tenet glo.in clem.fin.glo.fin.de reb.eccles. & Cardinal.& Imol.ibid. nu.6. vbi putant idem esse, & si non addatur dictio vniuersalis, Felyn. in cap.cum causa num.12.de sent.& re iud.& in cap. dilecti nu.3.post princ.de maior.& obed. Roch.de Curte quamplures referens in cap. fin. de consuetudine num.525.& 526. Ruy.conf.156.incip.primo videndum sub num.8.vol.4. Azebed.in l.3.nu. 11.tit.1.lib.2.recopil.& in l.5.tit.9 lib.7.recop. nu. 2. Pelaez. de Mier.in tract. de maior.4.par.q.20. num.51.

Quia respondetur, primam opinionem procedere, quando simpliciter tollitur consuetudo quæcumque, non autem probatur vti iniqua, & irrationabilis; secunda verò opinio locum habet, quando ab ipsa lege quælibet consuetudo tanquam iniqua eadem ratione censetur damnata, & sublata consuetudo centenaria, & immemorabilis, vt post Roch. Fely. & alios tradit Couar. in d.lib.3.variar. cap.13.sub nu.5.ad med.vers.aduertendum tamen erit, Duen.in reg.144.ampl.3. Azebed. in l.3. tit.1. lib.2.recop.nu.21.

Ita vt neque etiam in futurum, & de nouo possit introduci, cum semper duret eadem causa reprobationis, Roch.de Curt.in d.cap.fin. sub num. 517.vers.cogita verum forte dici posset, Ant.Gab. in tit.de præsump concl.1.num.32.

Generalis namq; regula est, quod non valeat de
4 nouo induci consuetudo contra legem derogantẽ consuetudini tamquam iniquæ, Abb.in cap. fi. nu. 22.& ibi Anton.de Butr.nu.13.de consuetudine, Ferdin.Loazes in tract.de matrimon.Regis Angl. in primo fundamen. pro parte affirmatiua nu.31. Pet.Duen.in regul.144.nu.1. Auend.in c.6. prætorum nu.6.lib.1.& in c.14.nu.5.lib.2. Greg.Lop.in lib.6.tit.9. partit.3.in ver.tributos, Tiraq. in tract. de vtroque retract.in proem.nu.18.cũ seq.Couar. in d.lib.3.variar.cap.13.nu.3. vbi respondet ad gl. in clem.statutum de elect. verb.consuetudine cõtrarium tenentem, cum alijs adductis per Tiraqu. vbi supra num.16.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus ab alieno Episcopo ratione beneficij est suspensus si beneficium est insufficiens, potest tamen Episcopus ordines conferre si adiungeret patrimonium victus sufficiens, & nu.2.*

Ordinatus ab alieno Episcopo ratione beneficij insufficientis ad victum, an sit suspensus.

DECISIO LXXVII.

Regulariter quis subiectus est Episcopo Diœcesis, in qua beneficium ipse habet, idest Episcopus loci, in quo quis beneficium ecclesiasticum habet superior eius est, & ei conferre ordines potest, vt dicitur in cap. cum nullus de temp.ordin.lib.6.& DD. ibi communiter notant, quod procedit etiã si ad titulum dicti beneficij ordinatus non sit, nam citat.cap.cum nullus, non distinguit, ergo, nec nos distinguere debemus, l.de pretio ff. de publ.in rem act. atque sic sentit glo.in eodem cap. cum nullus in verb. ecclesiasticum: Item pariter procedit etiam si per huiusmodi beneficium non eximatur à iurisdictione primi Episcopi, vipotè vel quia beneficium hoc non requirit residẽtiam, vt dicit Franch.in ead.glo.& Adden.ad Summ. Bul.Steph.Quaran.in verb. Ordo pag.350 vers.circa secundum, & pariter vendicat sibi locũ quamuis beneficium huiusmodi annexum habeat aliquem ordinem certum, vtpotè Subdiaconatũ; nam Episcopus vbi hoc est beneficium poterit ei non solum ordinem conferre Subdiaconatus, verũ etiam alios ordines, atque sic sentiunt glos. ibi, & Franch.

Franch. ac etiam si beneficiū esset simplex, & nullam curam animarum haberet, Abb. in cap. ex ore de priuil. Diaz c. 10. Vgol. de potest. Episc. cap. 26. §. 4.

Verum in Curia Archiepisc. fuit decisum supradicta minime procedere, & locum sibi vendicare
1 in beneficio modico, & non sufficienti ad victum, moti fuimus ex doctrina Garf. de benef. p. 3. Quarant. & Vgolin. locis antesignatis, Mandos. conf. 19 non enim potest Episcopus loci vbi beneficium est huic ordinem sacrum conferre; nam Trident. Sinod. postulat, vt ipsum beneficium sit sufficiens ad victum honestè, sess. 21. de reform. cap. 2. posset
2 tamen ordines conferre si adiungeret patrimoniū sufficiens victui, ita Addit. ad Summam Bullar. Stephan. Quaran. in verb. ordo vers. circa secundum.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Lateranense de pœna impressoris librorū absque licentia est sublatum per contrariam consuetudinem.*

2 *Imprimens libros absque licentia Curiæ Archiepiscopalis, punitur pœna quod per biennium non exerceat suum officium.*

De pęna imprimentis libros absque licentia Curiæ Archiepiscopalis.

DECISIO LXXVIII.

PRo parte Domini Fisci prætenditur quendam impressorem duos libros impressisse absq; licentia Curiæ Archiepiscopalis, & propterea
1 incidisse in pœnas contentas in Concilio Lateranensi sub Leone IX. sess. 10. & in fauorem dicti impressoris adducebatur decretum Concilij Lateranensis esse sublatum per contrariam consuetudinem, saltem quoad pęnas actus contrarij, & inducentes præfatam consuetudinem cum per longum tempus contra alios impressores qui sine vlla licētia libros impresserant nunquam fuit deuentum ad eorum punitionem, vt ex processibus in Archiuio eiusdem Curiæ, & occasio demonstrationis factæ contra ipsum impressorem, fuit opinio Authoris post impressionem prohibita, pro qua dum non potuerit de hoc Author molestari, ipse substinuit molestiam, quod fieri nequit, alteri enim per alterum iniqua conditio inferri non debet, l. fancimus C. de pęnis cum concord.

Item dicebatur probationem aduersus dictum impressorem, non esse concludentem, sed præsumptiuam, non enim testes deponunt de impressione sine licentia, imò dicunt iudicare habuisse licentiā, ex quo dicunt impressorem non fuisse solitum id illud vnquam facere sine licentia, & quod huiusmodi probatio sit censenda præsumptiua in terminis licentiæ, tradunt Fely. in cap. super h s num. 17. de accus. Dec. in cap. in præsentia num. 74. de prob. & in hac causa præsumitur pro inquisito, quod obtinuerit prædictam licentiam adesse etiam pręsumptiones plures, & vehementes, quo casu succedunt duæ clarissimę cōclusiones iuris. Prima est, ex pręsumptionis probatione, non posse deueniri ad pœnam ordinariam, sed extraordinariam, & mitiorem, quam verissimam, & magis communem testatur Hieronym. Ceuall. in suis commun. opin. q. 337. quia etiam admonet ab ea non esse recedendum in iudicando, & consulendo. Secunda cōclusio est, præsumptionē tolli p contrarias præsumptiones, cap. accedens de crim. fals. cap. tuam, & ibi glo. de sponsal. Blanc. in pract. crimin. §. his præmissis nu. 1. Alciat. conf. 269. Cęph. conf. 10. nu. 14. lib. 1. & alij passim.

Præsumptionum ergo in fauorem impressoris prima est, quæ desumitur à summa probitate eiusdem, de qua nedum testes testantur, sed etiam præcipui Religiosi harum Religionum; nimirum Clericorum Regularium minorum, Barnabitarum, & Congregationis Oratorij, ex qua probitate præsumi solemnitatem in actu requisitam, docent Abb. in cap. nisi essent in 1. notab de præb. Iac. in l. sciendum nu. 19. ff. de verb. obl. Brun. in tract. de firma, & solēnitate in tit. de præsump. form & solemnit col. 13. vers. vndecimo limitatur, Tiraq. in tract. de pęn. leg. caf. 51. num. 41. Crauett. in tract. de antiq. temp. in 1. par. principal in 7. partic. num. 15.

Secūda præsumptio est, dum exercuit officium impressoris per quinquennium, & semper fuit diligens, & obseruantissimus in obediendis licentijs ab hac Curia pro impressione librorum, vt deponunt secundus testis fisci, & alij testes adducti ad defensam, & liquet Reu. Dominis Deputatis, qui quidem actus contrarij prætenso, & toti obiecto maximè prosunt ad præsumptionem contrariam diluendam ex cap penul. de præsumpt. & Bertran. conf. 57. lib 1. probat Sunan. h. in cathol. instit. tit. 17. nu. 58. vltra quod non est verisimile, quod si voluisset imprimere dictum librum absque licentia, quod illum impressisset cum nomine, & cognomine ipsius ipsius in fronte, ex quo non potest pręsumi q impresserit sine licentia; nā poterat illum imprimere in eius Typographia, & ponere quod alibi esset impressus, & ideo quod non est verisimile nullatenus est præsumendum, cap. quia verisimile de præsumpt. Paris. conf. 13. num. 9. vol. 3. & conf. 8. nu. 7. vol. 4.

Verum supradictis minimè obstantibus, ex cau-
2 sis de quibus &c. censuit dictū impressorem condemnandum fore, prout condemnauit, vt per biennium non exerceret eius officium.

SVMMARIVM.

1 *Accomodans domum ad committendum adulteriū dicitur leno.*

2 *Accomodans domum ad stuprandum viduam, tenetur pœna adulterij.*

3 *Tractans super committendo adulterio, punitur pœna lenocinij etiam si ex illo tractatu non fuit sequutum adulterium, vel stuprum.*

4 *Delicto non sequuto, quis non punitur pęna ordinaria ipsius delicti.*

5 *Accomodās agrum, seu vineam suam, siue alienam tenetur pęna lenocinij.*

Acc

Accomodans domum ad committendum nefandissimum sodomiæ crimen, qua pęna puniatur.

DECISIO LXXIX.

1 ACcomodans domum ad committendum adulterium dicitur lęno, secundum Marsil. cons. 29. vol. 2. vnde adulterij pœna habeat et locum in eo qui ad adulteriũ cõmittendum suã domum accomodat, secundum Host. in summ. de adult. §. quis possit accusari n. 4. vers. item tenetur, Azo in summ. ad leg. Iul. de adult. nu. 9. vers. idem & in masculo, vbi amplius, quod appellatione domus habitatio significatur, per tex. in l. qui domum ff. ad leg. Iul. de adult. vbi ad literam hæc cõclusio probatur, quod .s. accomodans domum ad committendum adulterium, quasi adulter punitur & etiam tex. in l. auxiliũ §. in delictis ff. de minor. Bermun. de publ. cõcub. rub. de adult. nu. 85. vbi ēt da accomodante hortum, & dixit hæc de re Farin. q. 144. nu. 42. quod adeo verũ est, vt lęnocinij pęna teneatur, non solum qui domum accomodat ad committendum adultarium, sed etiam si ad committẽdum stuprum cum aliqua puella, l. auxilium §. ñ. ff. de minor. in illis verbis: domum præbuerit ad id stuprum, quod & idem probat tex. in cit. leg. qui domum ibi, vt stuprum, & quæ sequuntur ff. ad leg. Iul. da adult. & ibi glo. in figuratione casus

2 item lęnocinij, & sic adulterij pęna tenetur accomodans domum etiam ad stuprandum viduam, prout est tex. in d. l. qui domum in verb. matresfamilias, & ibi glos. in figuratione casus, vers. item materfamilias intelligitur ff. ad leg. Iul. de adult. & est tex. in l. mater ff. eod. & procedit etiam in accomodante domum ad committendum stuprum cum masculo, l. qui domum in illis verbis, vel cum masculo fieret ff. ad leg. Iul. de adult. & ibi glo. in figuratione casus. Item procedit, vt lenocinij

3 pęna intret nõ solum in accomodante domum ad cõmittendum stuprum, sed atiam ad tractandum, & sermonem habendum super committendo stupro etiam quod tempore tractatus, & colloquij stuprum non fuerit commissum, sine enim illo procedente tractatu, & colloquio, stuprum postea non fuisset commissum, tex. apertus in l. si amicis, vers. sed & si domum ff. ad legem Iuliam de adulter. glos. in l. qui domum in figuratione, casus vers. idem si præbuit domum ad colloquium ff. eo. Bar. in d. l. si amicis in fin. vbi generaliter notat, qđ ille qui præstat domum aliquibus, vt cõmodè possint loqui de maleficio committendo videtur dare auxilium, & fauorem, & dicit hoc menti tenendũ, & ibi Alber. nu. 3. idem notat Ang. in d. l. qui domum nu. 1. in princ. vers. & præstans auxilium, quod intellige, dũmodo alio tempora post contractũ, & colloquiũ, stuprum, seu adulteriũ sequutũ fuerit, aut in illo loco tractatus, aut alibi, effectu n. non sequuto lenocinij pęna ordinaria non intrabit, & ast de mente tex. in d. l. si amicis in vltim. verbis, ibi: qa sine colloquio illo adultarium nõ committeretur, & sic præsupponit commissum adulterium, & bene declarat Ang. in d. l. qui domum nu. 4. ff. ad leg. Iul. de adult. vbi propterea dixit, quod isto casu accomodans domum, punitur da tractatu, & non de adulterio, seu stupro sequuto, quod sequutum non est, & sic non ordinaria adulterij pęna, sed extraordinaria, quod de delicto non sequuto, non punia-

4 tur pœna ordinaria ipsius delicti, nec dissentit Anton. Gom. in l. Tauri 80. num. 74. per l. 1. ff. de extraordin. crimin. Item lęnocinij pęna tenetur non solum accomodans domum suam ad committendum adulterium, vel stuprum, sed etiam domum conductam, vel alienam, quia appellatione domus venit habitatio, prout est text. in d. l. qui domum in fin. vers. appell. domus ff. ad leg. Iul. de adult. & ibi glo. in figuratione casus vers. & appell. domus in eodem verb. appell. domus Bart. in princ. Alber. n. 7. vbi infert ad statutum puniens insultum factũ ad domum alicuius, quod intelligatur etiam de insultu facto ad domum conductam, Angel. num. 3. Item lęnocinij pœna tenetur non solum accomodans domum ad committẽdum stuprum,

5 sed etiam accomodãs agrum, seu vineam suam, vel alienam, l. si amicis ff. ad leg. Iul. de adult. vbi ad literam dicitur: Et si quis in agro suo, alienoue stuprum fieri præbuisset comprehendi debet, glos. in d. l. qui domum in figuratione casus vers. item si agrum ff. eod. Item, lęno dicitur, & lęnocinij pęna tenetur accomodans domum ad committendum stuprum, etiam amicis, & sine quæstu, amicis enim domus non accomodatur per pecuniam, sic enim probari videtur per text. in l. amicis in princip. ff. ad legem Iuliam de adult. Item accomodans domum ad committendum adulterium, vel stuprum, adulterij pœna tenetur, siue sit masculus, siue sit fœmina, secundũ glo. in l. qui domum in figuratione casus vers. itam non solum masculus ff. ad leg Iul. de adult. & probat tex. in l. mater ff. eod. & ibi Alber. notat, quod in delictis masculinũ concipit fœmininũ. Et sic in casu occurrenti fuit decisum in Curia, vt exulet per septemnium a tota prouincia quidam qui accomodauerat domum pro committendo crimen nefandum, licet non fuisset plenè verificatum prædicto animo accomodasse.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ad suscipiendos ordines sacros, dicitur modalis.*
2 *Mens disponentis ex præfatione cognoscitur.*
3 *Modus, & conditio æquiparantur quoad effectum.*
4 *Modus appositus in donatione ad suscipiendos or-*
5 *dines sacros, dicitur finalis, & mixtus, et nu. 5.*
6 *Conditio deficiens per eum cũ quo erat implenda pro impleta habetur.*
7 *Decisio conclusionis.*

An donatio ad suscipiendos ordines sacros mortuo donatario ante susceptionem transmittatur ad eius hæredes.

DECISIO LXXX.

ARticuli resolutio pendet a tribus. Primò,
an talis donatio fuerit modalis. Secundò,
an modus expressus, vel impulsiuus, vel
finalis sit. Tertiò, an modus mixtus deficiens per
casum faciat deficere donationem, & quia Iudex
sententiam protulit contra hæredes donatarij, eò
quod modus fuerit finalis, & non susceptis ordini-
bus, nihil transmitti potuerit.

Et quoad primum videbatur, quod donatio fue
rit modalis ad suscipiendos ordines, quod colligi-
gitur ex proemio ipsius, quod causam finalem
actus declarat, l. pen. ff. de iur. & fact. ignor. ibi
initium constitutionis declarat Tiraq. cess. caus.
1. par. lim. 1. Molin. de primog. lib. 1. c. 5. nu. 6. Bart.
in l. cum ij §. eam transactionem ff. de transact. idē
Bart. in l. 1. ff. ad Maced. quia mens disponentis ex
2 præfatione cognoscitur, vt p Rebuff. 1. tom. ad leg.
Gall. tit. de sent. prouision. art. 1. glo. 1. fol. 247. con-
stat namq; modum inesse, vt ordines suscipiat, &
accipi pro conditione, l. j. C. de his quæ sub mo-
do, & si contractus per modum gestu, licet puri exi
stimātur, l. libertas 17. §. hæc scriptura ff. manumiss.
testam ita vt ex illis statim agi possit, id tamen fit
præstita cautione de modo implendo, l. libertum
§. Lutius ff. de annuis legat. l. si tibi legatum 18. ff.
3 de cond. & demon. vnde modus, & conditio quo-
ad effectum equiparātur, l. 1. & 2. ff. de his quæ sub
modo, Cuiat. obseru. lib. 4. c. 24. tamen differunt,
quia modus contractum purum relinquit, quem
conditio suspendit Cagnol. in l. impossibilium nu.
6. ff. de reg. iur. deinde modus ad causam finalem
pertinet, Dec. cons. 350. nu. 4. §. modo 2. instit. de
oblig. conditio verò pertinet ad formam auth. ma-
tri C. quand. mulier, Tiraquell. de retract. §. j. glo.
2. nu. 11. 12. & 13. Vesembec. in lib. 4. Codic. ad tit.
de reb. cred. nu. 85. in fi.

In secundo casu videbatur, modum fuisse finalē
4 quia fauore religionis, & pietatis talis præsumeba-
tur ex Galgan. lib. 4. c. 4. q. 9. nu. xj. Mantic. de con-
iectur. lib. 6. tit. 14. nu. 15. quia donatio, vt Clericus
fiat non ad temporale commodum refertur, sed
ad spirituale quod in religione consistit, ac proinde
non credendum intuitu personæ relictum, qui mo-
dus in proemio fuit expressus, & vt talis finalis est,
Tiraquell. d. lim. 1. num. 64. Galgan. 2. p. c. 4. q. 1.
num. 8.

In tertia quæst. videbatur, quod in hoc casu mo-
5 dus erat mixtus, quia non solum ad factum lega-
tarij, sed ad factum Episcopi, qui ordines confer-
re debebat, quo casu modus mixtus deficiens per
casum, idest mortem legatarij non facit deficere
relictum, Molin. lib. 2. de primog. c. 13. nu. 24. Gal-
gan. lib. 2. c. 3. q. 15. à nu. 1. Menoc. lib. 4. præsump.
præsump. 184. Couarr. de testam. in c. 3. nu. 11. re-
ceptiorem dicit Cost. lib. 2. selectar. c. 42. q tamen
obtinet quando modus mixtus deficit per casum
contingentem in persona alterius, quam legatarij,
quia tunc habetur pro impleto, Couar. d. num. 11.
vers. nam & si, Costa vbi supra num. fin.

Quod firmatur, quia triti iuris est, quod in his
casibus in quibus conditiones pro impletis haben-
tur, illud procedit fauore vltimarum voluntatum,
l. 1. & 2. C. de instit. & substit. vbi conditio deficiēs
6 per eum cum quo erat implenda pro impleta habe
tur, non secundum iuris regulas, sed extraordina-
rio auxilio vltimarum voluntatum, l. in testamen
tis ff de reg. iur. vnde non trahi debet ille fauor ad
contractus, imò si conditio contrahendi matrimo
nium cum Titio deficiat, per eūdem Titium cum
quo erat implenda non competit actio ex contra-
ctu, quasi impleta sit conditio, Rimin. post Corne. 8
& Ias. in d. l. 1. nu. 6. Cost. in l cum tale §. si arbitra-
tu lim. 6. nu. 18. Molin. lib. 2. c. 13. nu. 19. Cabed.
2. par. decis. 31. num. 16. ergo similiter etiam si ad-
mittamus, quod modus mixtus deficiens per
casum contingentem in persona legatarij, non
faciat deficere relictum, faciet tamen deficere pro-
missum, & donatum, cum sit debitum ex con-
tractu.

Verum his non obstantibus contrarium sensi, &
7 in hoc casu nullum potuisse modum considerari,
sed donationem puram, irreuocabilem, & inter
viuos, vt patet ex verbis donationis in principio
quæ perpetuitatem, & irreuocabilem ipsius com-
mendant, cum promissione de non reuocando,
& clausula instituti, & succedit regula l. perfecta
donatio C. de don. quæ sub modo, l. vbi ita donatur
ff. de don. caus. mor. modus namq; concipitur per
particulā, vt fiat, vt aliquid, vel detur, l. 1. ff. de con-
dict. caus. dat. l. 5. §. 1. eod. l. sunt autē 29. ff. de leg. 1.
aut per particulam negatiuè, puta si detur, ne fiat
aliquid, l. si quis 39. ff. de iur. iur. ne furtum, vel sa-
crilegium fiat, l. 2. ff. de cond. ob turp. caus. item
per verbum, quia, vel eo quod, vt do, quia vel eo
quod fecisti, vel facias, l. Titio 71. §. 1. & 2. ff. de cōd.
& demonst. l. cum ab eo ff. de contrah. empt. et
quibus cum in præsenti verba donationis sonent
in puram, & liberalem donationem, & irreuocabi-
lem modus nullo modo dari potest qui effectus ha
bet conditionis, vt supra tetigimus, & causa finalis
naturam induit, cum in præsenti potius censendū
sit ex causa impulsiua, prout in dubio potius præsu
mendum est ex Tiraq. cessante causa lim. 1. nu. 48
Mant. de coniect. lib. 6. tit. 14. nu. 15. Galgan. d. q. 9.
nu. 3 Peregr. de fideicom. art. 11. nu. 125. Menoch.
cons. 78. nu. 17. & cons. 268. nu. 7. & de præsumpt.
lib. 4. præsump. 184. Surd. cons. 268. Mantic. de ta-
citis lib. 3. tit. 42. à nu. 9.

Vnde cum hæc donatio sit facta consanguineo
pauperi, potius præsumendum est ex affectione
processisse, & dato causarum concursu impulsi-
uè, & finalis illa quæ ex consanguineo elicitur
quę impulsiua est, præualet, Surd. consil. 361.
vbi latè, quia si benè videatur procedit in mo-
do expresso finali, qui modus vt cum dici-
mus finalem, vel impulsiuum semper attendi-
mus ad illum in cuius commodum dirigitur, qui
si importat commodum dātis, vel alterius, finalem
eum dicimus, secus si recipientis, quia tunc dicitur
impulsiuus communis, l. Titio ff. de cond. & demon.
l. 2. §. 6. ff. de don. vnde cum hæc donatio non alte-
rius, quam ipsius donatarij commodum importet
ex impulsiua causa potius, quam finali processisse
dicendum est, nec in nostro casu aliquem modum
considerari posse arbitrabar, cum de pura dona-
tione cōstitisset, & sic cessat labor ex modo mixto
non impleto p casum q non faciat deficere relictū

dic

non impleto per casum non faciat deficere relictũ de quo in l.testament.3.ff.de cond.& demonstr.l.4 C.de cond.inser. DD.in l.turpia §.sed & si ff.de legat.1.Sarmiento selectar.lib.2.cap.2.num.9.Costa selectar.lib.1.c.4.n.8.

SVMMARIVM.

1 *Per Bullam Pij Quinti imponitur pœna Ordinarijs conferentibus beneficia affinibus,vel cõsanguineis.*
2 *Bulla Pij Quinti an procedat in resignatione iurispatronatus laicorum.*
3 *Bulla Pij Quinti non obstat loquens generaliter.*
4 *Verba generalia debent restringi ad rationem.*
5 *Verba generalia restringuntur ad habilia.*
6 *verba generalia non includunt casus insolitos.*

Bulla Pij V. disponens, beneficia resignata non posse Ordinarios eorum consanguineis, vel familiaribus, vel resignantium consanguineis conferre, an locũ habeat in beneficijs iuris patronatus laicorum.

DECISIO LXXXI.

1 PEr supradictam Bullam imponitur pœna Ordinarijs conferentibus beneficia resignata suis, vel resignantium consanguineis,affinibus,familiaribus,& per fallacem circuitũ multiplicatarum in extraneos collationũ, vt sint suspensi à collatione beneficiorũ,& officiorũ electione,præsentatione,confirmatione,& constitutione, & quo ad capitula,& conuentus imponitur suspensio à diuinis,donec à Papa absolutionis beneficium consequãtur, & collationes talibus factæ sunt nullæ, & irritæ, quibus sic suppositis cum fuisset dubitatũ in causa mihi commissa si præfata dispositio locũ sibi vendicaret in resignatione iurispatronatus laicorũ, ita vt per eamdem Bullam prohibeatur pariter Ordinarijs locorũ beneficia corã eis resignata si sunt laicorum patronatus cõsanguineis resignãtium conferre,censui pro parte negatiua respondẽdo,mouebar præcipuè ista ratione, iuspatronatus laicorum non compræhendi in generalibus dispositionibus Pontificũ Bõbin.cons.60.n.3.Rub.cons. 18.nu.3.& seq.Alciat.respons.35.& 39.hinc est qđ
2 reg.8.Cancellariæ non habet locum,nec compræhendit tale beneficium sub reseruatione illius sicut nec sub alijs reseruationib.generalib. gl.in ver. collatio in c.2.de præbend.lib.6.vbi Gemin.nu.11 Franc.n.8.Alex.cons.75.n.1.vol.4.Roch.de Curr. de iurepat.ver.honorificum q.4.n.22.& 23.& q.24 n.54.Cou.in pract.qq.c.36.n.3.& 4.Rot.dec.46.in princ.de concess.præbend.& dec.3. de iurepatro. in antiquis Rot.diuers.dec.304.n.1.p.2.& in termi nis d.regu.est decisio Putei 319.n.1.li.1.& dec.308 n.2.lib.3.Graff.dec.3.de iurepatr. & pluries tenuit Rot.& quotidie seruatur.

Ratio huius conclusionis est,ne laici retrahãtur à fũdatione,cõstructione,vel dotatione ecclesiarũ, seu beneficiorum,vt omnes citati DD. recensent, quia vt dicit Conc.Trid.sess.25.c.9.de reformat.in princ.patronorũ iura tollere,piasq; fidelium volun tates in eorum institutione violare æquum non est, Vnde per clausulam ad præsentationem, & c. non derogatur iuri patronatus laicali Lapus alleg. 84.nu.5.in fine & n.6.vbi Additio liter.N.Paris.de resignat.li.2.q.4.n.37.cum alijs quos citat.

Et in proprijs terminis quo ad beneficia iuris patronatus resignata,conferenda familiaribus, seu affinibus extat rescriptum Sacr.Cong.Conc.relatum a Quaranta verb.benefic.resignat. his verbis, Nos Hieron tit. S.Pancrat. S.Rom. Eccl. Præsb. Card. Matthæius fidem facimus , & attestamur in libris Sac.Cong.Conc. qui apud Nos asseruantur adnotatum esse quod fæl.record.Greg.XIII.declarauit beneficia iuris patronatus non comprehendi in §.cæterũ contento in const.sanct.mem.Pij Quinti relaxante prohibitionem de non admittendis resignationib. quo §.prohibetur Episcopis beneficia in eorum manib.resignata eorum,aut resignantiũ affinibus consanguineis.vel familiarib. conferre. latissimè etiam declaratur dicta constitutio Pij V. per Paris.de resignat.benefic.p.1.lib.5.q.6.& causę ob quas resignatio est admictenda satis accuratè explicantur apud Quarant loc.cit.

3 Non obstat Bullam loqui generaliter prohibentem Ordinarijs conferre conferentib.beneficia resignata suis,vel resignantiũ consanguineis,affinib. familiarib.etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum,vt sint suspensi a collatione beneficiorum, & sic tamquam generaliter loquens generaliter deberet intelligi, vt cõprehendat quodcumq;genus beneficiorum,& ius patronatus laicorum, Afft.dec.319.num.3.Hoied. de benef.incompat.p.1.c.14.Surd.cons.271.nu 28 quod procedit,& in constitutione odiosa, pęnali,& correctoria Farinac.dec.41.num.19. par.1.tom.1.
4 quia respondeo ,quod quantumuis generalia,debent restringi ad rationem,& causam propter quã fuerunt relata,& intelligenda sunt secundum ea,q̃ præcedunt l.non est nouũ ff.de legib.l.hæres meus §.1.ff.de lega.1.Meno.cons.496.nu.54.Surd.cons. 431.nu.12.& verba generalia restringuntur ad ha
5 bilia l.vt gradatim in princ. ff.de munerib. & honor.& l.1.in prin.C.de sacros.Eccl. Meno. de adipisc.poss.rem.4.n.755.& de retin.poss.rem.1.n.38
6 Item verba generalia non includunt casus insolitos de quib.nõ est verosimiliter cogitatum Flor.Diez var. q.24. nu.33.

SVMMARIVM.

1 *Sodomia quid sit.*
2 *Pœna sodomiæ quæ nam sit.*
3 *Extraordinaria pollutio cum puero an sit sodomia.*

Prouocans imberbem ad amorem,qua puniatur pœna.

DECISIO LXXXII.

INquiritur Clericus quidã,& Magister scholæ q̃ & pluries prouocauerat quendam imberbem ad amorem libidinosum,& contra naturã,& sępissimè diuisis fallasijs vtebatur nõ relinq̃ndo neq; modũ,neq; tẽpus ad prosequendum prædictũ iuuenẽ quare fuit dubitatũ in Cur.Arch.de pęna infligenda dicto clerico,& dicebatur, hic non agi de sodo-
1 miæ pęna,cũ nõ fuerit deuentũ ad actũ aliquẽ turpitudinis,cũ ipsa sit turpitudo in masculum facta, c. vsus 32.q.7.& est grauius peccatũ adulterio, vt probatur in c. adulterij malũ ead.causa, & quęst. & proinde cessare pęnam dicti criminis, quæ ita

Canones est, vt clericus debet deponi, & in monasterio detrudi ad agendū pęnitentiam, cap. clerici de excess. præl. Ang. latissimè in Summ. in verb. sodomia, & secundum leges debet igne cremari, §. 1. in auth. vt non luxurientur contra naturā, vnde dr̄ ꝙ propter impios actus sodomitorū fames, & terremotus, & pestilentiæ fiunt, & ciuitates cū homi-
2 nibus fame pereunt, & sodomia tunc consumari dicitur, cū intra vas contra naturam semen effunditur, arg. tex. in c. fi. de spōsal. Nauar. in Man. c. 27 n. 240. Lop. in Sum. verb. sodomia, Rodriq. tom. 1. quæst. regularium q. 30 ar. 18. & tom. 2. q. 27. ar. 2. Vgolin. de irregul. c. 43. nu. 1. & seq. vnde extraor
3 dinaria pollutio cum puero non esset sodomia, sm̄ Quarant. & reliquos Summist. cōmuniter in verb. sodomia, licet sm̄ eosdem inter actus sodomiticos connumeretur. Non obstat quod ex aduerso dicebatur, dictū iuuenem effectū fuisse impudicum, ad tex. in l. 1. §. qui puero ff. de var. & extraord. cognit. cap. si quis non dicam rapere de pęnit. dist. 1. quia fuit responsum, id procedere quoties esset deuentū ad actū magis proximum quam solius prouocationis, quæ de per se sola non est tam atrox delictū, vt dixit Iodoch. in pract. crim. c. 31. nu. 6. & seq. Merend. cons. 12. & 18. & Matt. in dec. 138. nā attentari pueri pudicitia dicitur cū id agitur, vt ex pudico impudicus fiat, cap. si quis tam fęminam de pęnit. dist. 1. Menoch. lib. 2. de arbit. iud. in addit. ad cas. 277. nu 37. idq; verificari, & existere pōt duobus modis. Et primo, quando processum esset ad aliquem actū de per se ordinatū de præsenti ad ipsum factū scelestissimū, veluti ad leuandū vestes, & alia præparatoria, de quibus per Paris. in cons. 163. vol. 4. Secūdo modo qn̄ peruentū esset ad actū magis proximū, & immediatū, qui tūc talis diceretur quo supposito de facili ipsius facti continuatio sequeretur ex dictis per Boer. in dec. 169. Itē ad hoc facit ꝙ pęna Bullę Sixti V. contra clericos sodomiā exercentes locū minimè sibi vendicat cōtra prouocantē, Salzed. ad Diaz c. 94. Add. ad Clar. in §. sodomia n. 13. & facit ꝙ voluit Aloy. de Leo in l. cū vir n. 11. C. de adult. vbi pęna cōtra sodomitas minimè sibi locū vēdicat nisi qn̄ membrū intra vas contra naturā, & semē intus emictitur, vt pariter voluerūt Bermun. de publ. concub. q 13. n. 6. Clar. & Adden. ad eū in §. sodomia, & Mars. cons. 11. ex quibus videbatur dicendū, ꝙ si pęna ordinaria cessat nisi cōcurrat id, ꝙ diximus, quanto magis cessare debet pęna extraordinaria in sola prouocatione ad amorem; fuit enim per Curiam dictus clericus exulatus ab hac Ciuitate, & factum ei præceptum de nō conuersando amplius cum præfato imberbi.

SVMMARIVM.

1 *voluntas testatoris pro lege seruatur.*
2 *Iniquum est voluntatem defuncti commutare.*
3 *Legata in multis casibus commutari possunt.*
4 *Commutatio est signum supremę iurisdictionis.*
5 *Quæ causa dicitur iusta, ad hoc vt legatum commutari possit.*
6 *Legatum efficitur caducum, quando fit contemplatione personæ.*
7 *Commutatio legati habet locum solum quando relinquitur ad certum opus.*
8 *Legatum dicitur caducum, quoties nō posset licitè in illo opere specificè adimpleri.*
9 *Episcopus non potest commutare voluntatem testatoris in præiudicium Hospitalis.*

Commutatio vltimæ voluntatis, an fieri possit per Episcopum in præiudicium vocatorum in casu contrauentionis.

DECISIO LXXXIII.

TEstator legauit annuos ducat. 10. pro dote puellæ pauperis maritandæ quolibet anno, & quia eū tam exigua dote virum reperire nulla puella poterat, Eps̄ decreuit vt nō quolibet anno, sed quolibet triēnio maritaretur vna puella, & ex tribus dotibus conficeretur vna, cū qua cōmodè virum ipsa puella inuenire posset; legauit deinde ipse testator, ꝙ si quolibet anno nō maritetur vna puella, ipsi duc. 10. spectarēt ad Hospitale Ciuitatis; dubitabatur, an prædicta cōmutatio posset fieri, & ꝓ huius articuli dilucidatione est animaduertendum
1 ꝙ voluntas testatoris seruatur ꝓ lege, vt in §. disponat auth. de nupt. cap. vltima voluntas 13. q. 2. ꝙ est adeo verū, vt locū habeat ēt si volūtas defuncti cōmutaretur in melius, probat Nouiss. in prax. Archiep. Neap. c. 24. si quidem iniquitas dicitur absq;
2 rationabili causa cōmutare voluntatē defuncti, & bona habere contra eius volūtatem, cap. cōquestus de for. cōp. Ang. Dec. Crau. Ruy. & alij quos probat Sym. de Petr. lib. 1. interp. 1. dub. 5. fol. 11. nu. 7. & seq. & alij plures, & consequenter requiritur causa iusta respiciens publicam vtilitatem.
3 Sed in multis casibus cōmutari possunt huiusmodi legata, & quidē si sint legata pia cōmutatio fieri debet solū authoritate Sūmi Pontificis, vt habetur per Authores citatos, sic etiā Tusc. in verb. legata pia conclus. 113. cum seq. Couar. in cap. nos quidem de testam. Molin. disp. 249. de iust. & iur. Syl. & alij quos probat Iodoch. in verb. legatū n. 17 seq. quia talis cōmutatio est signū supremę iurisdi-
4 ctionis, & successiuè in legatis pijs spectat cōmutatio ad Sūmum Pōtificē qui talē iurisdictionē habet, in alijs verò legatis relictis ad opus nō piū spectat ad Principem secularem, vt habetur in loc. cit.
5 Igitur iusta causa cōmutationis legati est quoties ad opus destinatū expendi non pōt, prout in casu nr̄o, quia tunc cōmutatur legatū ad aliud opus piū, & in hoc casu ēt Eps̄ habet facultatem cōmutandi, dūmodo fiat cōmutatio in opus eiusdē speciei, qa si cōmutatio fieret in opus alterius speciei Eps̄ dispensare nō posset, sed dispensatio spectaret tūc ad Sūmum Pontificē, cap. nos qdem de testam. Fely. in c. super his de accus. Nouiss. d. c. 24. Cucch. in suis instit. canon. tit. de Episc. Cald. Castr. & alij penès Tusc. in verb. legata pia concl. 114. Syl. verb. legatum 4. q. 13. Symon. de Petr. lib. 4. interp. vlt. dub. 3. nu. 22. & seq. fol. 411.

Imò plus volunt præcitati Doctores quod dum commutatio fit à Summo Pontifice nullo modo requiritur consensus hæredum propter supremam quam in hoc habet potestatem, at quando commutatio fieret ab alijs inferioribus tunc requiritur consensus hæredum, quando videlicet, nec de iure, nec de facto posset legatum in forma specifica adimpleri, ita Syluest. dicto verb.

lega-

legatum 4.quæst.13.& 14.Iodoc.d.ver.legatum num 17.§.5.& seq.& alij Auth. cit.

Si tamen relinqueret testator legatum contem-
6 platione personæ cui solui nequit tunc secundum aliquos legatum efficitur caducum, nec alia indiget commutatione, quia electa fuit industria personæ,& successiuè extenditur de vna persona ad aliam, commutatio igitur secundum istos solum habet locum quando relinquitur ad certum opus
7 vt pro construenda Ecclesia, Monasterio, & similibus operibus, tunc enim dum adimpleri nequit opere iniuncto commutatur in aliud simile, vt superius dictum est,& habetur in lege legatum ff. de vsufr.legat.l.legatum ff.de admin. ter. ad Ciu. pertin.c.3.de testam.post Bart.Bald.Feder. de Sen. Calder. Guid. Pap. Castrens. Crau. Abb. & alios probat Tusc.verb.legata pia conclus.114. Anchar. in clemen. quia contingit de relig. dom. & alij plures quos probat Menoch. cons.969.n.5.lib. 10.sed communiter hoc docent in commutatione vnius operis in aliud, sed quouis modo legatum pium fieret caducum non remaneret sine onere in hærede,& ideo etiam ad opus pium extendi debet vt post Bal.notat Præs.de Franch.dec.156.nu.3. & patet quod legatum pium nõ fuit caducum,& hæc opinio verior est,licet Molin.dixerit d.q.249.quod dum legatario solui nequit fit caducum.

Hoc idem procedit quoties legatum non pos-
8 set licitè in illo opere specificè adimpleri,vt si mãdaret testator,vt in proprio fundo,vel domo erigeretur Ecclesia,& non liceret inibi eam ædificare, tunc eijceretur illa conditio,& ędificaretur in loco decenti arbitrio Episcopi, Iodoch. verb. legatum num.16.§.3. Tusch. d.conclus.114. num.15. & sequenti, & conclus.115. & idem est quoties impossibile esset, vel illicitum exequi opus iniunctũ à testatore, tunc enim recederetur ab eius voluntate irrationabili,& cõmutaretur legatũ in aliud opus licitum, vt habetur locis citatis, & de hac materia quod ordinariè recedatur ab irrationabili voluntate testatoris latiss.tractat Sym.de Petr.d.li.4.interpr. 2. dub.4. f.450. & seq. Pereg.art.11.de fideic.n.52. & seq.& toto illo art.11.

Hinc est quod si testator mandauerit superuacuas fieri expensas in sua sepultura quæ .s. morientibus indignę sint,& viuentibus nimis sumptuosè nõ est seruanda eius voluntas, vt in lege seruo alieno §. fi. ff.de legat.1.Bar.Ias.& alij quos probant Pereg.& Sym.de Petr loc.paulò ante cit.Vasq.d.c.8 de testamen.n.109.& seq.vbi post Tell.Ferdan.& Cisuentes idẽ probant è contra quod si testator parũ assignaret pro expensis funerũ quod dedecori verteretur in populo teneretur hæres, vel legatarius cui fuit onus iniũctũ supplere defunctũ arbitrio boni viri nẽpè iuxta qualitatẽ personæ, quantitatem patrimonij, & consuetudinẽ locorũ,& ita se haberet cõis praxis

Quod diximus de cõmutatione operis in simile quando adimpleri nequit in ope ordinato per testatorẽ pluries intelligant habere locũ, dummodo testator expresse non prouidit, vt si tale opus nõ fieret legatũ reuerteretur ad suos hæredes quia tunc nulla fieri põt cõmutatio, vt est tex.expssus in l. liberto §.Lucius ff.de annuis leg. vbi Bar. l. quidã Reipublicæ ff.de vsufruct. legat.Bar.Iacob. Butricar. Abb.Bernard.Capra cons. 121.Dec. cõs.106.n.5.Calc.& alij quos probat Sym.de Petr.d.li.4. interpr. vlt.volunt. n.26.& seq.qui hoc intelligunt quando opus iniunctũ à testatore erat licitũ,& honestũ, & nõ aliter, & iure quidẽ si esset opus illicitum, vel honestum quouis modo testator loqueretur per dictionem taxatiuã vel probatiuã, vt cõmutari nequeat in aliud opus eijceretur cum facere nequeat quin leges in suo testamento locũ habeant, vt pluries explicatum est, & post Calder.& Fed.de Sen.notat Tusch.d.verb. legata pia concl.114.

Deducitur ẽt quod si completo opere in illa .s. perfectione quam opus exposcit arbitrio boni viri si quid superest debetur hæredibus restitui, vel legatario grauato, vt ex tex.in d.l. Lucius §.1. ff.de legat.1.& alijs probat Castren.cons.187.li.1.quod tunc puto verum quando hæres teneretur supplere si aliquid deficeret pro complemento operis, tunc .n. sicut grauatur in vno, ita eo debet releuari in altero ex reg.tex.in l.secundum naturam ff.de reg.iuris, at quando hæres non tenetur supplere, sed fit commutatio in aliud opus pium, vt pluties replicatum est,& post Abb.Inno.& alios in c.nos quidem de testam. per illum tex.probat Lanbert.li.1.de iure pat.p.1 q.4.principali art.12. & 15. tunc quia non sentit damnum, nec ẽt debet habere commodũ ex ead. reg.& consequenter quod superest expendi debet in alijs operibus pijs, quod etiam procedit si introitus relicti pro opere pio augerentur, vt post alios probauit Moli. 10.2.ad consuet.Neap.cons.34.

9 Et deueniendo ad casum propositũ sum voti nõ licuisse predicto Reuerendiss. Episcopo cõmutare prędictam voluntatẽ testatoris in præiudiciũ Hospitalis, enim de iure certissimũ esse quamlibet dispositionẽ intelligi, absq; præiudicio tertij Bal.cons.3 vnde in cõmissione quantũcum q; generali numquam cẽsetur concessum quod posset tolli ius quæsitũ alteri,& propterea Vicarius imperialis ex quacũq; potentia generali nõ posset hoc facere sm Raph.Cum.in cõs. 158.in 1.dub.& dicit Bal.in l.monumẽta C.de leg. quia in literis Principis intelligitur sẽper clausula saluo iure alterius Addit. ad Franc Curt.Iun.cons. 184. sacratissimi colu.5. vbi allegat.concord. facit quod voluit Panorm.in cons.2. colu.8.& 9.nu.32. quod rescriptum tollens ius tertij prsumitur de falsitate suspectũ quia nõ solet Princeps talia rescripta concedere, & ideo quia continet incõsueta censetur suspectũ de falso d. cons 2.cũ ibi not per Addent.

Et facit quia literę Principis semper interpretãtur secundum ius cõe c.licet de præb. c.cãm quæ de rescript. & propterea remissiones delictorũ,& restitutiones quę fiunt à Principe nũquã trahuntur ad pęnam parti applicatã per Ias.in l.veni in 3.col.C.de in ius voca. Felyn. in cap.super eo de off. del. g. & expresse consuluit Dec.cons.520.in causa Pistoriensi in princip. vbi allegat concord. Adde prædictis quod generaliter concludunt DD.post glos. & Bar.in l. gallus §.& quid si tm de lib. & posthu. quod licet restitutio deportati facta à Principe restituat, & reponat eũ in statũ pristinũ tã ad honores, quàm ad bona l.1.2.& 3.& fin.C.de sent.pass. tñ restitutus non recuperat bona medio tpe in alium translata, quia illis est acquisitũ quod nõ pręsumitur Princeps tollere voluisse p restitutionẽ, & istud ẽt refert Ias. in d. l.fi. de cõst.prin.col.vlt.hęc & in locis hic allegatis deducta, pro hac regula facit cõm.cõcl. Bar.Bal.Alex

F 2 Ias.

Iaf. Ruyn. Galliu. & aliorum commun. Moder. in d. l. Gallus §. & quid si tãtum, quod licet legitimatus à Principe habeatur pro verè legitimo, & succedat in bonis paternis, proinde ac si esset legitimus, illud tamen non procedit in legitimato post mortem patris qui non admittitur ad bona patris, quorum ius est quantum venientibus ab intestato, quod notatur.

SVMMARIVM.

1 *Habitantes in casalibus gaudent eisdem priuilegijs concessis Ciuitati cui subijciuntur, & nu. 3.*

2 *Priuilegium si cõcessum est habitantibus Ciuitatem comprehenduntur etiam habitantes comitatum, & villas, & nu. 7.*

4 *Appellatione ciuium in fauorabilibus continentur etiam oppidani.*

5 *Officia, quæ debentur ciuibus, debentur etiam comitatensibus, & in alijs honoribus.*

6 *Concessio Principis facta ciuibus, extenditur ad Comitatenses.*

7 *Ciues non possunt esse Magistratus in eorum ciuitate, & ita et qui ex suburbijs sunt ciues in Ciuitate.*

8 *Casalia, siue villæ iudicantur sicut de ipsa ciuitate, & eisdem Constitutionibus reguntur, & etiam priuilegijs eisdem vtuntur.*

10 Coniunctus alteri assumit illius naturam cui coniungitur.

11 *Casalia huius nostræ ciuitatis gaudent eisdem priuilegijs quibus gaudet ipsa fidelissima ciuitas, quia licet sint diuisa quoad iurisdictionem, in cæteris tamen remanent ciues ciuitatis.*

12 *Consuetud. Neap. ligant etiam Casalia.*

13 *Consuetud. debet extendi ad locum accessorium, & quæ seruantur in ciuitate debent etiam seruari in locis qui sunt in territorio eiusdem ciuitatis.*

14 *Constitutiones Ciuitatum regulariter debent etiam seruari in casalibus, quando casalia non habent cõsuetudines in contrarium.*

15 *Appellatione districtus venit totum territorium.*

16 *Franchitia concessa clericis huius fidelissimæ Ciuitatis, non debentur clericis casalium, ex eo quia procuratores Cleri ipi pulauerunt pro clericis præfatis locis tantum.*

17 *Stipulatio est stricti iuris.*

18 *Ciues casalium non gaudent fori priuilegio vti Neapolitani.*

An franchitia concessa clericis huius fidelissimæ Ciuitatis, debeatur clericis casalium ipsius.

DECISIO LXXXIV.

IN Curia Archiepis. comparuerunt clerici casalium huius fidelissimæ ciuitatis Neap. & petebant franchitiam concessam clericis dictæ
1 ciuitatis, ex eo quod habitantes in casalibus possint gaudere, & gaudeant eisdem priuilegijs concessis ciuitati cui subijciuntur vti gaudent habitantes in ipsa ciuitate, scribit Bald. in l. vt inter diuinam nu. 8. C. de sacrosan. eccl. & post eum Alex. in rub. ff. sol. matr. nu. 14. vbi subdit, quod si concessum est
2 priuilegium habitanti ciuitatem, comprehenduntur habitantes comitatum, Socci. in l. 2. in princ. ff. de reb. dub. Aret. cons. 77. num. 1. circ. fin. vbi allegat l. Titius §. 1. ff. de excusat. tuto. Abb. in cons. 51. num. 6. par. 2. Afflict. de iur. prothem. vers. nota hæc, Boer. decis. 13. num. 20. Orosc. in l. nam & Demosthenes num. 10. ff. de legib. Socci. cons. 110. lib. 1. vnde loquendo de ijs qui degunt in vicis subditis ciuitati, profert hæc verba, quia cum fingantur habitare in ciuitate consequi debẽt
3 omnes effectus quos consequuntur si in ciuitate habitarent, sequitur Fely. in cap. Rodulphus nu. 9. de rescrip. Guid. Pap. dec. 265. & cons. 134. num. 1.
4 dicens, quod oppidani continentur ciuium appellatione in fauorabilibus, vt sunt Principis concessiones, l. fi. vbi omnes DD. ff. de const. Princip. l. 2. §. si quis à Principe ff. ne quid in loc. publ. Ceph. cõs. 58. nu. 28. vol. 1. qua latissimè veniunt interpretanda, Rot Rom. dec. 197. nu. 1. par. 1. Castr. cons. 21.
5 nu. 3. par. 1. probans officia quæ debentur ciuibus deberi etiam comitatensibus, & in alijs honoribus Aloys. de Leo in l. conuenticula nu. 33. & seq. C. de Epis. & Cler. Gamb. tract. de exeq. n. 160. & Fely. in cap. causam de rescrip. vbi tenent, concessionem
6 Principis factam ciuibus extendi ad comitatenses, Reg. Tap. in l. fi. ff. de const. Princ. p. r. c. 3. nu. 32. & c. 5. n. 2. Socc. cõs. 86. n. 2. vol. 4. Maur. alleg. 36 n. 1.
7 probans priuilegium ciuitati concessum extẽdi ad villas, & casalia, Ann. alleg. 27. nu. 27. vnde nouissimè Borrell. de Magist. edict. c. 5. nu. 3. lib. 1. firmat
8 quod sicuti ciues non possunt esse Magistratus in eorum ciuitate, ad tex. in l. fi. C. de offic. Rect. Prouinc. Franc. Marc. dec. 614. vol. 1. ita prohibentur etiam qui ex suburbijs sunt ciues in ciuitate officium gerere.

Confirmantur supradicta, quia casalia, siue villę
9 vnitæ ciuitati iudicantur sicut de ipsa ciuitate, & eiusdem ciuitatis reguntur Constitutionibus, ac eisdem vtuntur priuilegijs, sic probat Bart. in l. si conuenerit §. si nuda nu. 2. ff. de pign. act. & ibi Addentes in verb breuiter, alios cumulant ex tex. in l. prædijs §. qui domum & Vxorem §. legauerat ff. de leg. tertio. l. quod in rem §. 1 ff. de leg. primo, quia coniunctus alteri assumit illius naturam cui
10 adiungitur l fin ff. de vin. tritic. & oleo leg. l. sed, & si adijciuntur ff. pro socio quæ iura adhoc propositum allegat Guid. Pap. in dec. 265. vbi Addentes hæc idem firmantur Boer. in dec. 50. num. 19. & nouissimè Reg Lanar. in cons. 41 num. 14. & hinc est, vt omnia Casalia huius Ciuitatis vtantur priuilegijs quibus gaudet hæc fidelissima Ciuitas, vt
11 ex multis probat Præs. de Franch. dec. 316. num. 4. quia licet Casalia sint diuisa quoad iurisdictionem in cęteris tñ remanent Ciues Ciuitatis l. 1. C. de metropol Berith lib. 11. cũ alijs relatis à Franch. quare Molfes. in consuet. Neap. q. 9. p. 2. firmauit consuetudines Neapolitanas ligare etiam casalia, vt ẽt sic probat expressè Napod. in prohem. consuetud. n 283 & seq. vbi Addẽtes alios cumulant, & præci
12 puè Salern. f. 47. sub n. 335. lit. C. quod ex multis pbat nouiss. Præs. de Frãch. p. 4. dec. 604. n. 1. & alij, & rõ
13 est manifesta, tũ qa consuetudo extẽdi debet ad locũ accessoriũ, vt probat Salern. & de Frãch. lo. cit. tũ qa illa q̃ seruantur in Ciuitate debent ẽt seruari in vicis, & locis cõuicinis, q̃ sũt in territorio eiusdẽ

Ciui-

ciuitatis,vt scripsit glo.in l.ex ea causa ff.de postul.
vbi Bar.& Bal.idem probat Ang.in §. ex non scri-
pto num.36. instit. de iur.natur. & prius probauit
Cyn.in l.etiam C.de iur.dot.sequuntur etiam Soc-
cin.cons.74.vol.1.Ioan.Philip.cons.13.num.21.&
seq. Boer. & alios citat Guttier. lib.5. pract. quęst.
ciuil.q.76.nu.13.& 14. vbi alios cumulat Pisanell.
in dict.Prohęm. consuetud. fol.23. sub num.228.
post Gasp.de Leo in eod.prohęm.fol.45.sub num.
335.in addit: incip.per quā authoritatem,vbi etiā
Napod.in verb.vniuersitate, Gram. cons.48.nu. 4.
Reg.de Pont.in cons.41.num.31. & seq.& est text.
in l. qui ex vico vbi omnes ff. ad municip. vt alios
omittam,quamuis Rolan.in cons.52.nu.24. vol.3.
dicat hoc procedere in fauorabilibus, non autem
in odiosis, quod probant etiam Napod. & Gram.
in locis paulo ante cit. & Ias. in §.'rursus num.42.
instit.de act.& regulariter Constitutiones, & Sta-
14 tuta Ciuitatum obseruari debent etiam in Casali-
bus,& Suburbijs ipsius ciuitatis,quando suburbia,
& casalia prædicta non habent statuta, & consue-
tudines contrarias,& idem est in priuilegijs in ar-
bitrio, & in alijs, vt post Neuizan. & alios probat
Menoch.lib.1.de arbit.Iud.q.99. tota, & præcipuè
nu.25. & hoc eo fortius procedit,quoniam appel-
15 latione distictus venit totum territorium, l. pupil-
lus §. territorium vbi omnes ff.de verb.& rer.sign.
clemen.ne Roma §.sane,vbi Cardin. q.5. de elect.
Aret.cons.77.Fely.in cap. Rodulphus nu.17. de
rescrip. Natt.in cons.329.nu.3.vol.2.

Relatis tamen non obstantibus contrarium iu-
dicauimus in ipsa Curia Archiep.moti,quia Depu
16 tati, & Procuratores clericorum stipulauerunt cū
Electis huius ciuitatis pro clericis præfati loci tan-
tum, nec habita fuit ratio clericorum casalium,
qui non fuerunt nominati, imò si esset talis ratio
habita,paucum,aut nihil remaneret de dicta fran-
chitia clericis ciuitatis, & stipulatio cum sit stricti
17 iuris,strictè est intelligenda, nec extendi debet ad
casum non nominatum, l. quidquid astringendæ
de verb. oblig.

Cui etiam opinioni fauet doctrina Pisanelli in
addit. ad Afflict. in dec.74. qui voluit fori priuile-
18 gio,vti Neapolitanos non gaudere ciues casalium
dictæ Ciuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Casus.*
2 *In quacumque dispositione attenditur principaliter mens disponentis.*
3 *Mens est potentior verbis.*
4 *Hæres potest cogi ad dandum cultram velleris aurei,quæ fuit relicta à testatore pro eius cadauere serica nigri coloris,& quare, nu.5.6.8.*
7 *Quando alia testatoris voluntas euidenter non probetur inhęrendum est verbis expressis, vel similibus ipsius testatoris.*
9 *Pro Ecclesia semper iudicandum.*

An hęres qui tenetur dare cultram sericam
nigri coloris relictam à defūcto pro eius
cadauere sepeliendo,possit cogi ad illam
dandam velleris aurei.

DECISIO LXXXV.

1 MOrtuo D. Ioanne de Aualos, inter cętera
cauit in suo testamento vt pro eius cada-
uere sepeliendo detur Fratribus Ordinis
Prædic.in Monasterio D. Dominici huius Fidelis-
simæ Ciuitatis degētibus vnam Cultram serici ni-
gri coloris; cumq; comparuissent in Curia Ar-
chiepis.dicti Fratres petentes cogi hæredes prædi-
cti D.Ioannis, vt illam commutarent, & facerent
auream, stante quod in eorum Ecclesia nulla cul-
trix serici nigri coloris aderat, & cōsequenter ma-
xima apparebat difformitas, seu disparitas; quare
fuit dubitatum,an posset cogi per dicti loci Ordi-
narium,& dicebatur,quod cū in verbis testamen-
ti nulla sit ambiguitas de mente testatoris non est
disputandum,l.cum ille ff.de reb.dub.testatoris .n.
opinio magis quam veritas attenditur, Crauett.
cons.93.nu. 14.Decia.cons.64.nu.37.vol.2.Rimin.
Iun.in cons. 390. nu.38. vol.4. & ratio ea est, quo-
2 niam in quacumque dispositione mens disponen-
tis principaliter attenditur, Neuiz.cons.72. Paris.
cons.35.vol.1.Mant.cons.260.& sic voluntas testa-
toris est magis inspicienda, quam verba Berect.
cons.118.num.1. vol 1.Vegius cons.74.num 226.
vol.j. Alciat.cons.108.mens enim testatoris sequē-
da est tanquam Domina,& regina,Surd.cons.117
Ioseph Lud.in decis.Perus.92 cum mens sit dubio
3 procul verbis potentior,l.labeo ff.de suppellect le-
gata,;cumq; etiam in actibus humanis primum
locum voluntas obtineat,l.in conditionibus ff.de
cond.& demonst.cum innumeris apud Brun.in
cons.74. & consequenter potius inspici debet id q
actum est,quam quod est dictum l. semper ff de
reg.iur.nam verba debēt inseruire intentioni, non
aūt intentio verbis,Cępoll.de interpet.legis n 120.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus
contrarium fuit resolutum,posse.s.cogi prædictos
4 hæres ad dandam cultram velleris aurei; & hoc ex
pluribus. Tum primò,quia iste est casus omissus à
5 testatore,& casus omissus habetur pro espresso,qñ
verisimiliter testator ita respondisset si fuisset in-
terrogatus,glo.in l.tale pactum §.fi. vers.per exce-
ptionem in ff.de pact.Mant.cons.272.num.7. Ti-
raquell.in præfat. l.si vnquam nu.56. C. de reuoc.
6 don.& ratio est,quoniam mens testatoris ex verisi
milibus coniecturis colligi potest,quę manifestam
testatoris mentem demonstrant, l.licet Imperator
ff.de leg.1.l.cum proferebatur ff.de reb.dub. Cre-
scent.in decis.3.de rescrip. Nauar.in cons.2.de te-
stamen.& maximè quia iste casus omissus est simi
lis expresso, vt per glo.in l.si cum dotem in verbo
mulier ff.solut.matr.Oldra.cons.224.nu.33. Brun.
cons.180.nu.3.vol.2.ex quo sequitur vt ille pręua-
let Cępol.cōs.77.nu.44.Bero.cons.79.nu.43.vol.3
7 hinc est q verbis expressis,vel his similibus testato
ris inhęrendū est qñ maximè alia testatoris volun-
tas euidenter non probetur,Cęphal.cons.46,n.17.
vol.1.post Bar.in l.in ambiguo nu j.ff.de reb.dub.
8 corroboratur ēt ex eo q verba testatoris possunt
tēdere ad casum omisū, quo fit,vt ad illum extē-
datur ex regula iuris volentis vbicūq; verba testa-
toris ad casum omisū tendunt,Ias.in l.3. C.de lib.
præter.Mandel.cons.106. nu.24.post Viu.dec.283.
hinc est q vbi casus omissus habet omnimodā si-

militudinem cũ expresso fit extẽsio,& cogi possũt
ad illã faciẽdã, Bar. in l. Gallus §. quid si tm̃ vers. sed
contrariũ ff. de lib.& posth. Anch. in cõs. 356. col. 2
quem refert,& sequitur Bero. cons. 63. n. 36, vol. 2
nec hoc casu apparet mens testatoris in contrariũ
quo casu verba essent seruanda, Cęphal. cons. 526.
Bero. cons. 71. Viui. in dec. 181. tum etiam quia pro
9 Ecclesia semper iudicandum, l. sunt personæ ff. de
de relig.& sumpt. latè Afſl. in Const. Regn. sancimus nu. 3. not. 2.

SVMMARIVM.

1 *Vnusquisque naturaliter præsumitur bonus, & non malus.*
2 *Asserens aliquem esse manifestum vsurarium debet probare etiam illam qualitatem manifesti, vt possit procedi ad pœnas contra illum.*
3 *Vsura cum sit delictum non præsumitur.*
4 *Testis singularis an admittatur ad probandum vsuram, variæ opiniones, & nu. 5. 6. 7.*
8 *Statutum Episcopi, vt per testes singulares quid probetur vsurarius non valet, & quare nu. 9.*

An vsura probetur per testes singulares.

DECISIO LXXXVI.

1 VSurarius non præsumitur, quia vnusquisq;
naturaliter bonus, & non malus præsumitur, l. quoties §. qui dolo ff. de prob. & Bald.
in cons. 32. vol. 2. Ideoq; ne dum asserens aliquem
2 esse vsurarium manifestum probare habet, simpliciter talem vsurarium esse, verum etiam illam
qualitatem manifesti, ad effectum, vt possit procedi contra ipsum ad pęnas contra manifestos vsurarios inflictas, cum huiusmodi qualitas aggrauet
delictum, & non præsumitur, l. prætor §. docere ff.
vi bon. rapt. & Bald. in cons. 311. num. 2. vol. 4. Ias.
in cons. 78. vol. 3. Menoch. de arbitr. cas. 235. nu. 4.
3 cum seqq. vsura enim non pręsumitur cum sit delictum, quod in facto consistit, prout consulendo
dixerunt Bald. cons. 39. proponitur, quod celebratus in fi. & in cons. 210. quærit de tali casu col. 3. &
Crauett. in cons. 48. nu. 8. Cępol. de simul. contract.
nu. 26.
His sic positis, cum dubitaretur in Curia Arch.
4 an testes singulares admitterentur ad probandum
crimen vsuræ; fuit dictum in hoc articulo, duas
reperiri diuersas Doctorum sententias. Prima
5 illorum qui dixerunt, in hoc iudicio admitti testes
singulares, prout latè Crauett. in cons. 73. num. 32.
Paris. in cons. 57. num. 46. volum. 1. Nell. in tract.
de testib. num. 187. Abb. in cons. 81. volum. 2. Viui.
6 in suis com. opin. vers. testes singulares sufficiunt,
vbi de veriori, & magis communi opinione testatur, & Apostill. ad Abb. in cap. licet ex quadam
de testib. & Decia. in cons. 62. nu. 92. vol. 3. & ante
eum Bal. in l. 1. nu. 21. C. de testam. & in l. rogasti §.
si tibi num. 11. ff. si cert. pet. Altera est illorum, qui
contrariam sectati fuerunt opinionem, prout tenuit Ias. in cons. 78. col. 2. vers. secundo principaliter vol. 3. ex doctrina Bald. in cons. 451. vol. 4. qui
7 etiam plus dicit non probari, etiam si concurrerent
cum fama, quod etiam censuit Anton. de Butr. in
c. p. cum oporteat q. 9. de accusat. Feder. consil. 64.
pridie cum procuratore, Abb. sibi contrarius in
cons. 42. ex multis agitatis lib. 1. quo in loco asserit
8 non valere etiam statutum Episcopi, quo cautum
esset, vt per testes singulares quis probaretur vsurarius ex doctrina Feder. in cons. 17. & Butr. in
d. c. cum oporteat de accus. & sequutus est Ias. in
alleg. cons. 78. col. 2. vers. imò fortius col. 3. vbi de
communi, & benè dicit de statuto Episcopi, qui
9 recognoscit Superiorem, secus de alio nõ recognoscente, vt distinguendo firmat Decia. cons. 62. nu.
17. vol. 3. hanc etiam cõtrariam opinionem tenuerunt Alex. in cons. 72. nu. 3. vol. 1. & Crott. de testibus par. 7. nu. 314. & iterum Abb. vbi de communi
testatur in cap. cum in dięcesi in fi. de vsur. Verùm
Curię placuit prima opinio tanquam verior.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio fieri non potest ex indicijs indubitatis.*
2 *Monitoria debent continere rem certam.*
3 *Excommunicatio reputatur maior pœna, quæ ab Ecclesia dari posset.*
4 *Excommunicatus iniustè si contemneret, ligaretur apud Deum ex contemptu.*
5 *Pœna ordinaria non datur reo ex indicijs indubitatis.*

An ex indicijs indubitatis possit proferri sententia declaratoria excõicationis.

DECISIO LXXXVII.

1 IN Curia Archiepiscopali Barensi fuit iudicatum, & conclusum sententiam declaratoriam
excommunicationis non posse proferri ex indicijs indubitatis, quoniam ista sententia excõmunicationis non debet ferri ex præsumptionibus, vt
docet Nouar. in suo tract. de priuil. miser. person.
priuil. 4. nu. 1. vbi quod ferri debet super re certa,
2 nam monitoria debent continere rem certam,
& non debent fieri impetu, sed cum causæ cognitione, Abb. in cap. si sacerdos §. sed ego de offic.
deleg. cap. si Episcopus, & cap. seruetur 11. q. 1.
3 agitur enim de maiori pœna, quæ ab Ecclesia dari
posset, & ideo, si sit iniusta, est timenda, c. 1. 11. q. 3.
quia non homo ligat, sed Christus, qui hanc potestatem dedit, & dignos fecit homines, tanti honoris, cap. nemo contemnat 10. q. 3. imò excommuni
4 catus iniustè, si cõtemneret ligaretur procul apud
Deum ex contemptu secundum Abb. in cap. ab
excommunicato de hæret.
Et facit pro comprobatione huius decisionis il-
5 la vulgata DD. sententia, quæ firmauit neminem
ex indicijs indubitatis, & præsumptionibus, quantumcumque vrgentissimis ordinariè esse puniendum, sed mitiori, & extraordinaria pœna, vt est videre apud Clar. in §. fi. q. 20. vers. scias tamen in sua
practica Menoch. de arbit. iud. cas. 279. Gram. decis. 42. Ludou. concl. 45. Mascar. concl. 1223. nu. 10.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cum quid est propter tale consideratur illud propter quod est.*
2 *Inspicitur quod principaliter agitur.*
3 *Immunitas est ecclesijs concessa propter reuerentiã Deo debitam.*
4 *Maior honor debetur sacramentalibus, quam templis ipsis.*
5 *Confugiens ad Sacerdotem portantem sanctissimum Eucharistiæ Sacramẽtum, an gaudeat immunitate.*

An confugiens ad Sacerdotem portantem oleum sanctum infirmis, gaudeat Ecclesiæ immunitate.

DECISIO LXXXVIII.

1 SVpponatur in facti contingentia quendam
delinquẽtem insequutum à Ministris Iudicis
laici, confugisse ad Sacerdotem, & Parochum
manibus portantem Vas plenum oleo sancto, per
vicos, & plateas ad infirmos; fuit dubitatum in
quadam Archiepiscop. huius Regni Curia, an inde
euelli inuitus possit, ac si confugisset ad Ecclesiam: & pro affirmatiua opinione videbatur, scilicet gaudere debere prædicta immunitate, ex eo, quia
cum quid est propter tale, consideratur illud propter quod est, l. illud ff. de aur. & arg. lega. Mandell.
cons. 91. nu. 3. & cons. 16. nu. 5. & seq. vol. 1. vnde
cum Ecclesijs concedatur huiusmodi priuilegium
propter Sacramenta, vt patet, multo magis ipsis
2 indulgeri debet, sẽper enim inspicitur quod principaliter agitur, l. si quis nec causam cum similib.
ff. si cert. petat. latè Menoch. de præsump. lib. j. cap.
91. quod apertius probatur ex illa magis Doctorũ
sententia, quæ habet immunitatem templis concessam fuisse propter honorem, & reuerentiam, quæ
3 locis sacris, diuinoq; cultui dicatis debetur, vt animaduertit Guttier. lib. 1. pract. quæst. q. 3. Cened.
canon. quæst. c. 42. Farinac. de immun. eccles. q. 12.
nu. 6. & seq. & ideo maiori profectò ratione, idem
priuilegium huic Sacramentali, quod deseruit ad
conficiendum sanctum sacramentum Crismatis
concedi debet, argum. tex. in auth. multo magis C.
de sacros. eccl. Item facit quod cum maior honor
exibendus sit sacramentalibus quam ipsis templis
4 materialibus, quibus ob ipsa Sacramenta, & sacramentalia plura priuilegia conceduntur, de quibus
latè per DD. in l. priuilegia C. de sacros. eccl. proinde confugientes ad ipsum sanctum oleum non
minori frui immunitate, & priuilegio debent, ac si
ad ecclesiam cõfugissent, atq; ita quemadmodum
ab ecclesia extrahi non possunt à Iudicibus, nisi in
casibus à iure expressis, idem similiter obseruandũ
sit quando confugiunt ad sanctum oleum.

Cæterum supradictis minimè obstantibus, contrarium ex voto meo fuit iudicatum; nam si non desunt qui tenent priuilegium immunitatis non gau-
5 dere qui confugiunt ad sanctum Eucharistiæ Sacramẽtum, dum ducitur per vicos, & plateas ad infirmos, per ea quæ tradit Couar. lib. 2. var. resol. c. 20.
nu. 6. per glos. singularem in cap. quæsitum 13. q. 2.
licet nõ sit recepta opinio, vt per Cened. q. 42. quãto magis tribui non debet huic sacramentali, postquã
nihil sit in Ecclesia prædicto Sacramento maius,
glo. in clem. 1. de reliquijs, & venerat. Sanctorum,
cap. nihil de consecr. distinct. 2. cui suffragatur fides
Mulieris sanguinis fluxum patientis, dicentis: Si
tetigero fimbriam vestimenti eius salua ero. cui
dixit Christus Dominus: Confide filia, fides tua
te saluam fecit, Math. cap. 9. Supradictis pariter
accedat, quod cum casus prædictus sit omissus in iure haberi debet pariter pro omisso, l. commodissimè ff. de liber. & posthum. cap. inter corporalia de translat. Episcop. Tusc. conclus. 116.
Ferrer. in Constitu. Catol. glo. 1. num. 104. & casus
omissus à noua dispositione intelligitur secundum
ius antiquum, l. si vero §. de viro ff. solut. matrim.
Girond. de priuileg. seu exempt. explicat. num. 556
Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 54. nu. 6. Anton. lib. 2.
var. resol. resol. xj. num. 16. Rot. Rom. apud Farin.
dec. 171. num. 2. tom. 1. par. 1. quare cum supradictus casus fruendi immunitate sit omissus à lege
noua, quæ est Bulla Gregorij meritò pro omisso
iudicari debet: & iuxta hanc sententiam fuit iudicatum in Curia Archiep. Baren. ad mei consultationem.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus est oculus Episcopi, & Vicarius de iure, habetq; onus examinandi, & instituendi clericos, limita nu. 2.*
3 *Episcopi arbitrio remittitur, quibus vti velit examinatoribus.*
4 *Episcopus tenetur de facto Examinatoris, etiam de approbatis.*
5 *Cap. ad hæc, & cap. mandamus de offic. Archidiac. declarantur.*

Episcopus an possit non vocato Archidiacono per alios ordinandorum examen adimplere, & Ecclesias sibi subditas visitare.

DECISIO LXXXIX.

GRaui existente cõtrouersia inter Reuerendiss.
Antistitem Ecclesiæ N. & Reu. suum Archidiaconum, prætendentem teneri dictum Episcopum ad ordinãdorum examen faciendũ ipsum
vocare, eiusq; opera vti, & similiter in visitatione
suæ diœcesis causarum huiusmodi, nõ solum meo
voto, sed etiam magni ingenij Viri D. Thomæ
Imperato V. I. D. per prius longe discussa, decisaq; visum est infrascriptis optimis rationibus fore dicendum, præfatum Reuerendiss. Episcopum non compelli ad prædicta, præsertim existente iusta causa, quæ similiter reperiebatur in casu
nostro.
1 Primò, quia licet Archidiaconus sit oculus Episcopi, & Vicarius de iure, habeatq; onus examinãdi clericos ordinandos, seu instituendos, vt habetur
expressè in cap. ad hæc §. in quadam de off. Archidiac.

chidiac.imò sit visitator Ecclesiarum,cap.manda-
mus eod.tit. hoc tamen rectius est intelligendum
2 procedere nisi Archiepiscopus alios eligere volue
rit,quod in terminis firmauit glo.in d.cap.ad hæc
in verb.examinentur, respondens obiectioni quæ
fiebat de can.quando 24. dist. vbi ordinandorum
examen spectat ad Sacerdotes, procedit inquit nisi
Episcopus eligat Sacerdotes,quia tunc tale officiũ
ad illos pertinebit , non ad Archidiaconum , & sic
3 concludit reperiti positum in arbitrio Episcopi,
quibus vti velit examinatoribus . Quod dictum
approbauit Panorm.in cons.25. in 1. vol. in princ.
post Io.Andr.dicentem , quod illa duo expressa in
d.c.ad hæc §.in quadam, potius procedunt secun-
dum varias consuetudines locorum . quam de iu-
re communi, eiusdemq; opinionis visus est Innoc.
in d.c.ad hæc in vers.eligendus vbi tenet valere
quod Episcopus facit in contemptum Archidia-
coni,quicquid dicere videatur illa decretalis.
Secundò mouebar alia ratione , quia nempe de
4 facto Examinatoris tenetur Episcopus , etiam de
approbatis per Archidiaconum,vt præcitata glos.
in d.c. ad hæc vbi DD. communiter , ergo ad hoc
vt iustè teneatur debet Examinatorum electio fie-
ri ad nutum, & arbitrium ipsius ; nam iniquum
esset Episcopum esse coactum vti opera alicuius,
& pro illius culpa teneri.
Tertiò, quia præcitata iura præsertim in d. cap.
5 adhæc,& cap.mandamus,loquuntur de Archiaco
no habente iurisdictionem annexam , vt facilè est
videre, prout etiam eodem sensu accipiendum
esse Trid.sess.24.c.12. de reform. in illis requisitis
quæ desiderat in Archidiacono declarauit sacra
Congregatio Illustrissimorum Cardinalium , vt
loquatur de Archidiacono habẽte iurisdictionem
annexam,vt testatur Piasecius post Quarantam
in prax. Episcoporum in tit.quomodo sint benefi-
cia conferenda.
Tandem, quia si Archidiaconus esset necessa-
rius Examinator, & Visitator Diœcesis , Concil.
Trid.in illis locis in quibus meminit de Examina
toribus Synodalibus eligendis, & de visitatione fa-
cienda per Episcopum,de quibus sess.24. c.3. de
reform.& c.18.mentionem fecisset de Archidia-
cono,cuius tamen nulla mentio facta in dictis iu-
ribus reperitur,imò in d.c.3. in princip. vtitur his
verbis: Archidiaconi autem,Decani, & alij infe-
riores in Ecclesijs,vbi hactenus visitationem exer-
cere legitimè cõsueuerint,& sic de Archidiacono
habente iurisdictionem annexam ex consuetudi-
ne, non autem de quouis Archidiacono,vt hic.

SVMMARIVM.

1 *Aetas quatuordecim annorum requiritur in bene-
ficijs.*
2 *Dispensatus quo ad ætatem,non censetur immunis à
recitando horas canonicas.*
3 *Minor 14. annorum est capax Capellaniæ,& ibi red
ditur ratio.*
4 *Beneficium debet esse perpetuum.*
5 *Onus celebrandi missas nunquam datur in titu-
lum.*
6 *Beneficia ecclesiastica non possunt fundari, sine
Episcopi confirmatione.*

An minor vndecim annotum sit capax ob- tinendi Capellaniam fundatam absque auctoritate Ordinarij.

DECISIO XC.

1 DIspositione sacrosancti Concilij Tridentini
sess.23.c.11.cautum est,ætatem 14. annorũ
requiri,vt valeat quis beneficium obtinere,
Rota in decis.73.de rescript.in antiq. & latè Gars.
alios allegans de beneficijs p.3. c.3. & satis est esse
inceptos, vt censuisse Sacram Congregationem
refert Nald. in suis pract.resolution. verb.benefi-
cium nu.16. qui nu.17. eod.verb. voluit puerum
2 obtinentem beneficium ex Apostolica dispẽsatio-
ne non esse immunem ab onere recitãdi diuinum
officium, non enim debent duo specialia circa
idem concurrere, Azor lib.10.c.3.q.12.& hodie
etiam persona Nobilis Familiæ est inhabilis nisi sit
ætatis requisitæ à Concilio loco cit. vt voluit Na-
uarr.cons.11.de præb.Paris.de resign.benef. lib.3.
q.7.& lib.4.q.1. Thesaur.fori ecclesiast.par.2.c.18.
nu. 2. quare cum fuisset coram me dubitatum in
quadam causa mihi delegata , an supradicta con-
clusio æque procederet in Capellania , si potuisset
3 .s. quidam puer 11.annorum illam possidere, &
alios missas in fundatione positas celebrari facere,
censui quod sic , & mouebar , quod non censetur
ecclesiast. cum beneficium,glo.est magistralis cõ-
muniter recepta in clem. si beneficiorum verb.ca-
pellanus de decim. Gonzal. late glo.5.§.1. nu.7.&
seq.Guid.Pap.in dec.188.dicens id procedere præ
sertim quoniam in fundatione prædictarum ca-
pellaniarum non interuenit approbatio Ordinarij
sequitur Rodriq. eandem opinionem sectans in
eius Summa c.81.Nald.verb.capellani in princ. &
Macerat.qui in resolut.112.cas.52.censuit deputa-
tionem simplicis Sacerdotis,prout hic non dici be
neficium,& nõ regulari iuxta naturam beneficio-
4 rum ,quod patet ex eo quod talis Sacerdos est amo
uibilis , beneficium autem debet esse perpetuum
cap.sanctorum 80.dist.cap.veniens de fil. presbyt.
Lambert.de iur.patron. lib.1.p.1. c.9. princ.art.3.
num.10.Nauar.de præb. cons.5. & faciunt dicta
per Rot.in dec.7039.num.6.cum seq.item,quia
5 dictus onus celebrandi missas nunquam datur in
titulum,præsertim perpetuum , prout beneficia
dantur,Cassan.in cons.20 nu.1. Nauar.de præben.
cons.5.& cons.8.Cassad.decis.3.& 4. de præbend.
6 tandem quia beneficia ecclesiastica non possunt
fundari, nisi accedente Episcopi confirmatione
quæ hic non datur , cap. nemo de consecr. dist. 1.
glo.in clem.1.de decim.Gom.in reg.de annal.pos-
sess.q.10.& de exprim.valore benef.q.8.
Et non procedendo per mendicata suffragia
allego doctrinam Felyn. in cap. cum omnes de
constit.col.18.nu.32.circa fin.dicens valere huius-
modi consuetudinẽ non residendi,& deseruiendi,
per alium,etiam si ex ordinatione testatoris Eccle
sia deberet conferri vni,qui ibi quotidie celebraret

Dec.

Dec.in cap.cum omnes in 2.lect.subdens non esse in iure cautum, quod ipse debeat per se deseruire, & latè istam opinionem sequitur Hoyed. de incõpatib.benef.par.2.c. 1.nu.2.Mand.in addit.ad Lap. alleg.35.& 116. Card. in cap. de mulcta circa fin. de præb.

Non obstat, quod ex mente, & verbis Fundatoris beneficij, videatur colligi prouisum de ista Capellania arctatũ esse ad celebrandum, & sumẽdum ordinem sacerdotalẽ, propter onus in illa celebrandi officia diuina, cum testator ad hoc mandauerit Capellam construi, & presbyterum eligi relinquendo ei dotẽ, & alia, vt possit viuere, & singulis diebus officiare pro anima ipsius, quæ quidem sine personali, & continua residentia fieri non possunt.

Quia respondetur per huiusmodi onus celebrãdi non est effecta Capellania Sacerdotalis, cum sufficiat quod in tali Ecclesia Missę, & Diuina officia celebrentur per alium, neq; ob id est electa industria personæ cum possit per quemlibet Sacerdotem expleri, prout ita in specie concludit Lap. alleg.35. incip.vtrum absque dispensatione, & alleg.116.col.3.vers.stabitur igitur, & alleg.117. col. 2.vers.quod autem dicta Capellania, Card.in cap.de multa circa fin.de præb. vbi tenet quod dictum beneficium non est incompatibile cum alio Curato, & quod minor 25.annis potest illud habere, ex quo nõ tenetur per se celebrare, quod procederet & si in fundatione decernetur, vt celebret diũ, noctuq; vt voluit Nald. in suis practicabilib. resolut. verb.Capellania.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non est contrahendum nisi coram proprio Parocho, vel alieno, cum licentia ipsius.*
2 *Onus probandi licentiam proprij Parochi cui incumbat, remissiuè.*
3 *Probatio vera in matrimonio præfertur probationi præsumptiuæ.*
4 *Solemnitas extrinseca præsumitur ex diuturnitate temporis, declara, vt nu.5.*

An dispositio tex. in cap.2. de matrimonio duorum, locum sibi vẽdicet vbi primum matrimonium est præsumptum, secundũ autem verum.

DECISIO XCI.

Nicolaus Pastore de anno 1598. matrimonium contraxit cum Angela Maione eius concubina cum qua per annos ferè quinque maritalem vitam duxit, deinde occasione exilij, & captiuitatis ab ea discessit, nec amplius cohabitauit, sed Neapolim post captiuitatem reuersus, Angela vxore non inuenta, mortua credens, prout à quodam accepit Margaritam Magarellam de anno 1612.in vxorem duxit, cum eaque similiter per spatium quinque annorum cohabitauit quando comparuit Angela, & ipse sponte comparuit in Curia Archiep.& hęc omnia fassus pręmissa abiuratione pęnitentias salutares acceptauit, & liberatus fuit, sed dum in dicta Curia pro parte Margaritæ sđę vxoris ageretur ad declarationem nullitatis sui matrimonij ad finẽ liberè cum alio contrahendi, comparuit Ioannes Dominicus Pastore, & institit pro declaratione validitatis huius sđi matrimonij omni solemnitate necessaria, & substantiali vallati, & nullationis primi contracti coram alieno Parocho contra formã S.C.Trid.compilato super dicta instantia processu. ex eo constat tam ex confessione prædictæ Angelæ Maione, & Nicolai Pastore, quam ex aliorum trium testium depositione quod de anno 1598. & ante, & post, Nicolaus, & Angela habitabant in suburbio S. Antonij huius Ciuitatis sub Parocho S.Thomæ [à Capuana] vulgariter dicti, & matrimonium repertum contractũ coram Parocho S. Angeli ad Signum, ex quo facto.

Oritur ad præsens dubium, quale matrimoniũ sit validum declarandum, Scribentes pro primo, ad duo præcipuè fundamenta se restringunt.

Primum desumptum ex eodem met Trident. Conc.c.1.de reform.matrim. quo in loco præcipit sancta Synodus, nõ aliter esse matrimonium con-
1 trahẽdum quam coram proprio Parocho, vel alieno Sacerdote de licentia proprij, sed licentia prædicta cum sit solemnitas extrinseca ex diuturnitate temporis pręsumitur sicut cęterę solemnitates extrinsecę ex lapsu 30.annorum.glo.& ibi Imol.notab.in cap peruenit de emp. & vend.Felin.in cap. illud num.6.in fin.de præsumpt & in cap. Alberic. num.5.de testib. Put.dec.355.lib.2. & alij plures apud Gabr.com mun opin.concl 3.de præsump.& in facto nostro à dicto matrimonio contracto vsq; ad diem litis motæ elapsi sunt 30.anni, ergo &c.

Secundum desumptum ex Mascard.de probat. concl.983.vol.2.tractãt quæstionem hanc, cui incumbat onus probandi licentiam proprij Parochi
2 in matrimonio non interuenisse, & distinguit inter proprium Parochum contra illam opponentem & tertium, & concludit incumbere tertio si contra illam opponat, quæ reconciliatio placet Sanch.de matrim.lib.3.disp.27.nu.5. Sed tertius in hoc facto opposuit contra illam, & non probauit, ergo sequitur regula, actore non probante reus absoluitur, can fin.6 q.1.cap.cũ Ecclesia de caus. possess. & propr l. qui accusare C. de eden. & l. Actor. C.de prob. cum concord.

Nihilominus his non obstantibus defendimus secundum matrimonium fore firmum, & validũ prout est declarandum.

Tum primò, quia plenè constat fuisse contractum seruatis omnibus de iure, & Sac.Conc.Trid. d.c.1.seruandis, & è contra Primum clandestinè, & nulliter coram alieno Parocho contra formam eiusdem Sac.Conc. defectu cuius ipso iure inducitur nullitas actus, l.traditionibus C. de pact. cap. cum dilecta de rescrip Burs. cons.307.nu.59.Gutier.in l.nemo potest ff.de leg.1.nu.114. Flam.Paris.de resignat.lib.5.quæst.fin.num.226. Salsed.ad Diaz cap.73. vers. quod ex dicto, & nulla ex tali contractu oritur obligatio, nec naturalis, nec ciuilis, Rolan.cons.72. num.56.vol.3. Surd. post alios

dec.273.nu.8.qui spernit seruare formam, dicitur recusare facere actum, per tradita à Rol. in dicto cons.33.vol.3.nu.12.Ledesm.in addit.ad 3.par. q. 45.ar.3.in 3.dub.Vnde hodie cessant dispositiones cap.is qui fidem,cap.ad id quod,cap.veniés, il primo,cum locum,& alia de sponsal.quib. matrimonium à principio nullum tractu temporis conualescebat.

Tum secundo quia matrimonium primum nō probatur nisi præsumptiuè ex licentia præsumpta proprij Parochi ob temporis diuturnitatem; Sed secundum matrimonium plenè, & concludenter,vnde sequitur doctrina communis Canonistarum teste Socc.Sen.in cons.270.nu.3.in cap.2 de clandest. despons.cuius Author fuit Vincentius Doctor Antiquus, quod licet probatio præsumptiua matrimonij sufficiens sit inter quos matrimonium præsumatur,c.1. de appellat. cap. veniens el secundo,& ibi notant Scribentes de testibus,tamē insufficiens est respectu secūdi concludenter probari,quia probatio vera etiam in matrimonio præ
3 fertur probationi præsumptæ l. ob carmen §. si testes ff.de testib.

Tum quia tertio in pari probatione matrimoniali præfertur probatio vltimi probationi primi, quando primum tendit ad nullitaté secundi, DD. in cap.illud de præsumpt.Paris.cons.59.nu.9.lib.4 sequitur Rot.dec.999.num.1.apud Card. Seraph. nam tunc primum fortiores probationes exigit, sed in casu nostro primum tendit ad nullitatem secundi,& leuiores habet probationes, quam vltimum, ergo à fortiori vltimo primo præferri debet.

Contra has doctrinas opponitur, illas non procedere in casu de quo agimus cum non agatur de probando matrimonium, sed solemnitatem circa matrimonium,quæ leuiori probatione etiam præsumptiua probatur ex deductis per Cœph. consil. 321.sed huic obiectioni Respondeo, quod in casu nostro agitur de probandò ipso contractu matrimoniali qui est fundamentum sacramenti matrimonij quo sublato corruit sacramentum arg. can. Paul.1.q.1.cum agatur de probanda solemnitate extrinseca substantiali diuortij ex doctr.Fely.in c. cum dilecta de rescript.num.26.glos. Bar. & Bal. in l.vniuersa C.de precib.imp.offer.docet enim ibi Felyn. quod solemnitas extrinseca altera est substantialis de forma qua contemporaneè cum actu introducendo concurrere debet antea, vel in ipso actu,altera vero quæ licet sit de forma à lege statuta,est tamen effectualis non substantialis,& dicitur quando post actum interuenire potest,& retrotrahitur ad actum præcedenté differentiam verè esse inter has solemnitates,nam ex defectu substantialis actus ipso iure nullus est,& nomen actus nō meretur,ex defectu vero effectualis actus substinetur ipso iure,nec nullus est licet exceptione annullari possit ita Bald. in d. l. vniuersa, sed in casu de quo agimus solemnitas debet omninò actum præcedere,vel saltem cum ipso concurrere,& substantialis appellatur,nec actū confirmat si ex post factum præstetur arg. l.si quis mihi bona §.iustum ff.de acquir.hæred.vbi glos.& Bar.num.5. Abb.in cap.licet num.11. de regul. communiter Scribentes in l.fin.§.necessitate, vbi glos.C. de bon. quæ liber. Rot.Rom.diuers.par.1. dec.750. num.11. vbi dicit non sufficere si probetur licentiam obtentam fuisse,nisi probetur eam præcessisse, & ex eius defectu ipso iure nullum matrimonium est, ergo sequitur quod quando pars aduersa vult probare dictum primum matrimonium validum, ex dicta licentia præsumpta nil aliud probare dicitur, nisi matrimonium præsumptum,& consequenter doctrinæ pro secundo matrimonio adductæ adaptantur ad casum nostrum, hæc est simile de alienatio. bon.Ecclesiæ in qua solemnitates extrinsecæ possunt subsequi,& contractus interim substinetur.

Restat modo,vt respondeam fundamentis partis aduersæ,& circa primum desumptum, ex temporis diuturnitate præter hucusque dicta, Respódeo quod solemnitas extrinseca præsumitur ex diuturnitate temporis quando subsequitur cum
4 tempore obseruantia contractus, vt ex deductis apud Card.Seraph.dec.1027.num.9. & 1080.n.7. sed in casu nostro non solum non est subsequuta cum dicto contractu matrimoniali obseruantia prædicta,sed etiam subsequuta est contraria, & cōsequenter nullius considerationis est prædictum fundamentum.

Circa secundum desumptum ex doctr.Mascar. Dico quod illa posset procedere si ageretur de prejudicio tantum ipsius primi matrimonij deducitur ex doctrina Lap.alleg.94.& 126. citata à Mascard. ibidem pro ratione suæ opinionis dubitat enim ibi Lap. an licentia reuelandi confessionem probetur per confessarium asserentem illā à penitente habuisse,& resoluit quod si tertius opponit licentiam non obtinuisse illam probare tenetur à simili dicit Mascar.in casu nostro, sed in casu illo de nullius præiudicio agebatur, nisi de ipsius penitentis qui non conquerebatur, ergo similiter ita intelligendus est Mascard.non autem quando tractatur de præiudicio alterius matrimonij,prout in nostro facto tractatur.

Sed ad euacuanda omnia quæ aduersarius opposuit,& euitanda alia quæ posset opponere in facto producitur fides desumpta ex libro in quo annotatæ reperiuntur denunciationes factæ in Parochia S.Angeli ad Signum in quo annotatæ sunt denunciationes factæ inter dictum Nicolaum,& Angelam per annum ante matrimonium, ergo clarè sequitur non de licentia proprij Parochi tali contractui interuenisse,sed iure proprio, & sic non
5 obstat præsumptio diuturnitatis temporis, nam præsumptio vna tollit aliam cap.tuam de sponsalib.& cap.afferte de præsump.& fortior tollit debiliorem l.diuus de in integr. restit. latè Menoch. de præsumpt.lib.1.quæst.30.num.1.& seq.& præsumptio cedit veritati, vt d.l.nuptiæ filio ff.de iure dot.cum concord.veritas enim deducitur ex dicta fide, & sic probatum est licentiam non interuenisse, & iuxta hanc vltimam opinionem fuit in Curia Archiep. decisum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici nequeunt studere in iure ciuili plus duorum mensium.*

2 *Pœna clericorum scire volentium leges ciuiles, quænam sit.*

3 *Clerici possunt studere in studijs priuatis per quinquennium;contrarium tamen fuit decisum, vt numer.5.*
4 *Clerici præsumuntur ignorare Ius ciuile.*

Dispositio tex.in cap.super specula ne Clerici,vel Monachi, qua cauetur Clericos non posse studere in iure Ciuili an locũ sibi vendicet in studio priuato.

DECISIO LXXXXII.

1 INter effectus Clericatus est pariter, vt clericis sit interdictum studere in iure Ciuili plusquam per duos menses cap. super specula, vbi Abb.num.8.& 12. ne Cleric. vel Monac. Anton de Padilla in l.1.num.7.C.de iur.& fact.igno. Gaietan.in summ.in verb.excomm.cap.50. Gosfred.in summ.tit.ne cleric. vel monac. nu.10. vbi dicit quod hic effectus non est generalis quo ad omnes clericos, sed specialis quo ad Archidiaconos,Decanos,Præpositos, ac alios Clericos personatus habentes quos ipse ibi refert, Portius consil. 16.num.26.Graff.in decis.aur.par.2.lib.1.cap.11. num.29.Marta de iurisdict.par.4.cent.2. nu.2.cas. 168.& præsenti effectui rationem adducit Padilla dict.num.7. Scilicet quia turpe est Clericum velle scire leges,& controuersias ciuiles l. repetit. C. de
2 Episcop. & Cleric. pœna autem clericorum audientium scientias prædictas post tempus sibi permissum est, quod incurrunt sententiam excommunicationis,nec promoueri possunt sine licentia & dispensatione Summi Pontificis cap. super specula vbi Abb.num.2.d.tit.ne Cleric. vel Monaci, Gaietan.in præcit.cap.50.de Sanct. Blasio in tract. de contradict.iur.ciuil. & canonic.contradict.34. tom.1.tract.diuers. cart. mihi 185. vbi dicit quod
3 iste effectus non procedit in studio priuato in quo possunt studere per quinquennium,licet adsit prædicta prohibitio qñ ius ciuile studerent pro addiscenda canonum scientia,ita Abb. in dict. cap. super specula num.2.Ludou.Gomez in §.in personã num.18.instit.de act. vbi dicit quod ad hoc est bona glos.in cap. Episcopus 37. distinct. & quod est text.notabil.in cap.legitimus il secondo ead.distin. & in cap.si Episcopus de hæretic.& instit.in tit. de testam.in princip. ibi vt nihil antiquitatis penitus
4 ignoretur,& ex quo prohibetur ius ciuile addiscere,sequitur vt præsumantur illud ignorare, ita Bero.in cap.præsentia num. 508.de proba. Verum si Summus Pontifex dispensaret cum aliquo, vt possit ius ciuile audire censetur etiam concessisse vt in eodem iure possit se doctorari, Vincent. Caroc. in repet. cap. cum quid par.1.in §.seu.sect.incipient.ad quartum de priuil.num.5.cart.mihi 67. de reg.iur.in 6.

Quibus sic præmissis, cum fuisset dubitatum
5 an dispositio textus prædicti procedat pariter in studio priuato vbi nonnullis personis priuatis legitur,& censui in causa mihi delegata affirmatiuè tum quia generaliter loquitur prædictus textus, & generaliter debet intelligi l.generaliter ff.de leg. præst.tum & quia secundum Nauar.in conf.5. dicto tit.ne Cleric.vel Monac.& Sair.dec.1.eod.titu. prohibetur Clericis audientia legis ciuilis quæ quo modocumque, & qualitercumque fiant viget rationis prohibitio l. adigere §. quamuis ff. de iure patron.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio fideiussoris, & principalis æquiperantur.*
2 *Fideiussor habens bona, principalis non est capiendus, & è contra.*
3 *Obligatio fideiussoris regulatur iuxta formam,obligationis principalis.*
4 *Fideiussor non tenetur ad causam grauiorem quam principalis.*
5 *Fideiussor obligans se in solidum cum iuramento non potest uti beneficio excussionis.*
6 *Fideiussor qui se insolidum obligauit, respectu debitoris dicitur fideiussor, respectu tamen creditoris dicitur principalis.*

Fideiussor obligatus tamquam principalis & insolidum,an teneatur annullata obligatione principalis.

DECISIO LXXXXIII.

IN causa cuiusdam de Gymnasijs clerici detenti in Curia Archiepiscopali, qui allegauerat exceptionem Macedoniani, fuit dubitatum si annullata obligatione eiusdem tanquam principalis possint creditores,habere recursum contra eius fideiussorem,& dicebatur prima consideratione quod
1 non,quia obligatio fideiussoris, & principalis æquiparantur Bald.in l.1. ff.de fideiuss. Vnde bona fideiussoris computantur cum bonis debitoris prin cipalis l. si plures §. præterea ff. de fideiussoribus Bal.in l.mulier C.de iure dot.& in authent.sed hodie C.de act.& obligat.Alex.& Bart.in l.3.§.tutores de suspect.tutorib. Iuxta quam traditionem
2 si fideiussor habet bona non est capiendus principalis,sicut nec ipse principalis,quando bona habet ex glos.singul.in l.3. §.tutores ff. de suspectis tutoribus,& Alexand. in l. Diuo Pio § in venditione col.2.vers.iuxta hoc incidit ff.de re iudic. Felyn.in cap.quoad consultationem colum.7.num.10. eod. tit.& quamuis aliqui relati per eos contradixerũt propter l.1.C.qui bonis ceder. poss.dixit tamen Alexan.quod periculosissimum esset decedere ob opinione glos. & ita refert fuisse decisum Valas. tom.1.consult.13. & obligatio fideiussoris regula-
3 tur iuxta formam obligationis principalis l.generaliter ff.de fideiussoribus. Vnde fideiussor non
4 potest teneri in causam grauiorem quam principalis l.grege §.fin.ff.eod.ex quib. videbatur dicendum non posse molestari fideiussorem, stante nullitate obligationis principalis, pro qua opinione faciebat pariter, quod factum principalis, videtur nocere fideiussori gloss. in l.si quis inquam §. si is in verbo iniuriam ff. quod cuiusque iuris, & sicut fo-

solutio principalis iuuat fideiussorem, quo ad liberationem l. Vranius ff. de fideiuss. ita debet nocere quo ad quasi possessionem, & facit quod fideiussor censetur subrogatus loco principalis debitoris, & tenetur in omni casu quo tenetur principalis Cra
5 uett. consil. 172. num. 3. Hinc est, quod fideiussor qui se principaliter, & in solidum obligauit cum iuramento non potest vti beneficio excussionis, ita Thess. dec. 165. in fi.

Sed pro contraria parte dicebatur, quod quando fideiussor est æquè principaliter obligatus, pro vt in hoc casu consequenter gesta contra vnum afficiunt alterum, & agnitio facta per vnum nocet alteri Bart. & Salic. et. in l. cum quidam C. de duob.
6 reis, Et meritò quia obligatus insolidum licet respectu illius, pro quo se obligauit dicatur fideiussor, respectu tamen personæ, pro qua se obligauit in omnibus, & per omnia dicitur principalis quarè euenit, quod licet sæpè non substineatur contractus respectu principalis, substineatur tamen respectu fideiussoris, & fuit resolutum in causa Bononien. bonorum die 26. Iunij 1602. coram Litta, & sic sæpè contingit, vt ius speciale fauens principali, non faueat fideiussori tanquam principaliter obligato, vt in alia Bononien. pecuniaria die 7. Iunij 1607. coram Ludouisio nunc Summo Pontifice, vbi expressè dicitur sic obligatũ respectu creditoris haberi tamquam principalem. Verum Curia Archiepiscopalis censuit contrarium, præcipiendo creditori clerici, vt non molestet fideiussores & voluit etiam dictam clausulam adiectam in contractu in solidum, & principaliter non operari, ex quo repericbatur apposita non in ipso contractu, sed post contractum quo casu nõ opatur, vt fideiussor habeatur vt Correus, & principalis debitor, quæ decisio est notanda.

SVMMARIVM.

1 *Dictio [in circa] varijs modis in iure sumitur.*
2 *Quando hæc dictio sumitur pro tempore non extenditur vltra sex menses.*
3 *Remittitur arbitrio Iudicis vltra quod tempus extendatur.*

An per dictionem in circa possit augeri, vel minui tempus duorum, vel trium mensium.

DECISIO LXXXIIII.

1 Dictio hæc incirca pluribus modis in iure nostro potest accipi, variosque habere significatus, & quandoque accipitur pro, erga, scil. quoad, vt in l nec quicquã §. circa aduocatos ff. de offic. procons. l. circa eum ff. de probation. cap. vt circa de elect. Secundo accipitur pro, iuxta, seu, propè, prout Numer. cap. 13. Cananeus vero moratur iuxta maremet circa fluenta Iordanis, & Iudic. cap. 6. ibi & nemus quod circa arã est, Tertio accipitur pro tempore, vt in cap. con-
2 tinebatur de despons. impub. vers. si autem fuerit ætati proxima, & quando accipitur in hac significatione, est aduertendum quod sunt plures Doctorum opiniones an ista dictio operetur extentionẽ vltra sex menses, aliqui namque tenent, quod si defectum ætatis patiens, in rescripto dicat in duodecimo, vel circa suæ ætatis anno constitutus, quod erit surreptitium rescriptum, si in vndecimo anno, & duobus mensibus, sit constitutus, quia per istam distinctionem non fit extentio vltra sex mẽses, sed tantum ad modicum tempus, vt per Albericum. de Rosat. in dictio. verb. circa finem anni Boss. in prax. tit. de defens. reorum, num. 28. fol. 221. dicens, quod ista dictio circa denotat modicum post, vel modicum ante, & hoc ipsum tenet Paris. cons. 104. num. 13. volum. 1. vbi dicit hanc dictionem ad modicum referri, & idem etiam asserit gloss. in prag. sanct. in titul. de his qui temp. diu. ost. in versic. circa Rebuff. in prax. tit. de dispens. ratione ætatis in verb. seu circa vbi in nu. 3. & 4. ait quod ista dictio denotat modicum tempus paulò post, vel minus, sed non vltra sex menses, tradit Abb. in c. attestationib. nu. 4. & ibi glo. vers. circa de despõs. impub.

Alia est opinio quod remictatur arbitrio Iudi-
3 cis, quod circa subiectã materiam operari debeat hæc dictio iuxta glos. in verb. circa in cap. 1. in fin. de offic. ord. in sexto, vbi Doctor, & tradunt gloss. in prag Sanct. d. tit de his qui tẽp. diu. offi. in verb. circa in fin. Menoch. ca su 36. num. 4. Ruin. consil. 130. volum. 4. num. 5. dicit quod importat modicũ & certum tempus, & arbitrio Iudicis illud relinquitur Mandos. in glos. facult. §. volentes in vers. & circa fol. 176. vbi ait istas opiniones de facili posse defendi, & substineri. In Curia tamen Arciepiscopali fuit pluries dictum istam dictionem non extendi, nisi vltra tres menses inclusiuè.

SVMMARIVM.

1 *Monachus eiectus à Monasterio tenetur statim ad Episcopum originarium accedere.*
2 *Episcopus erit sibi Abbas.*

Eiectus à Religione an maneat sub potestate Episcopi.

DECISIO LXXXXV.

Cum quidam Monachus Franciscanus ob non nullas causas fuisset eiectus à Religione, fuit dubitatum in Curia Archiepiscopali an iste talis maneat sub Episcopi iurisdictione, Vndè Nauarr. in cap. non dicatis, nu. 31. & cap. nullam 18. q. 2. num. 46. & cons. 79. num. 4. de regularib. in nouis dicit dictum Monachum teneri confe-
1 stim adire originarium Episcopum eiq; insinuare se esse Monachum, atq; è monasterio eiectum, seq; paratum esse suis iussionibus parere, prout voluit etiam Vgol. in tractat. de potestat. Episcop. cap. 20. §. 9. in fin. & Marta tract. de iurisd. p. 4. cas. 182. num. 4. Feder. de Sen. cons. 5. vers. secundum hoc post num. 2. & cons. 19. sub nu. 4. Tusc. concl.

325. 5

327. & 328. lit. M. & Innoc. in cap. cum dilectus 2. nu. 4. de priuil. dicit non liberari à iurisdictione Episcopi, & Hostien. in cap. quod Dei de statu Monach. Ioan. Andr. in clem. 1. eod. tit. aiunt, quod
2 Episcopus erit sibi Abbas, quamuis Molin. super 2. 2. D. Thom. tract. 2. disp. 140. vers. antepenul. teneat, non in aliam obligationem obedientiæ erga Episcopum incidere, quam in eam qua reliqui clerici deuincti sunt; maximè si illum liberari à voto obedientiæ, sensisset Sot. de iust. & iur. lib. 7. q. 2. art. 1. & alij supra relati; nam vtra sit verior sententia circa obedientiam si ex voto, satis erit quoad nostrum propositum frequentior resolutio illa, quod sicuti antea suberát Regulari superiori, tunc Episcopo originis, quod adeo verù esse admonemur, nequeat sibi domicilium acquirere in alio loco nisi ipsius originarij Præsulis, vel supremi Pontificis licentia præcedat, vt voluit Nauar. in adducto cap. non dicatis vers. quamquam Episcopus num. 34. 12. quæst. 1. non obstante contradicente resolutione Molinæ, & ita Archiepiscopalis Curia censuit.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas nunquam præsumitur.*
2 *Substitutio facta illis de domo, comprehendit omnes de familia.*
3 *Legatum alimentorum, vel simile factum his qui de domo sunt, comprehendit omnes de familia, tam masculos, quam fœminas.*
4 *Bastardi non dicuntur de domo, casata, vel familia.*
5 *Spurij non continentur in fideicommisso relicto posteris de domo.*
6 *Relictum illis de domo pro conseruatione agnationis, fœminas non continet.*
7 *Relictum proximioribus de domo, intelligitur vsque ad decimum gradum.*

An ad fideicommissum familiæ relictum admictantur omnes de familia, an verò agnati eiusdem familiæ tantum.

DECISIO LXXXXVI.

IN fideicommisso librorum facto Familię Vulcanæ per quon. Ioa. Franciscum Vulcanum, satis videtur probatum, petitorem esse de eadem Familia ex scripturis publicis, & instrumento reintegrationis ad nobilitatem Sedilis domus nouæ Ciuitatis Surrenti in beneficium dicti testatoris, & suorum fratrum, suffragantibus, & procurantibus alijs de familia Vulcana, inter quos Marcellus Vulcanus petitoris pater.

Probata enim nobilitate vtriusq; in eodem Sedili præsumitur eadem familia, ad excludendam
1 pluralitatem, quæ nunquam præsumitur, ita in pro prijs terminis refert Anna Pater in singul. 359. ex Socc. in cons. 246. col. 2. vers. prima ratio est vol. 2. Innoc. in cap. cum Ioannes de fid. instr. Bal. cons. 70 vol. 1.

Immo solum nomen familiæ facit præsumi eãdem familiam, tex. in terminis nostri fideicõmissi in l. cum ita 33. §. in fideicommisso ff. de leg. 2. inquit Iureconf. in fideicõmisso, quod familiæ relinquitur ad petitionem eius admitti possunt, qui ex nomine defuncti eo tempore fuerint, quo testator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati sunt.

Perq; posteriora verba excluditur intellectus, qui fieri posset ad verbum illud, ex nomine defuncti, idest propria linea, seu parentela testatoris; in linea enim propria testatoris certum est admitti & filios, & nepotes, & fratrum filios, & vlterioris gradus, vt igitur tex. decisio sit super re dubitabili, intelligi debet, vt verba sonant, scilicet, vt in fideicõmisso relicto Vulcanæ familiæ admittantur etiam eius nominis familiæ, quamuis aliunde non appareat de identitate familiæ, cum ad euitandam pluralitatem vnica præsumatur familia ex supradictis.

Non sumus in casu in quo necesse sit esse in tali gradu, nec adest concursus aliorum petentium, ita vt probans se proximiorem, vel magis coniunctum testatori præferri debeat, vnde sufficit generica probatio, etiam per præsumptiones, Ann. Pater in sing. 102. fol. mihi 221. incip. consanguinitas, Calcan. cons. 8. & 9.

His additur verisimilis mens testatoris, nam tempore facti legati nullus aderat de familia Vulcana lineæ testatoris, nisi fratres ipsius, á quibus successionem perpetuam, vt sunt verba legati, probabiliter non sperabat: erat enim vnus ex fratribus Sacerdos, alter iam annosus, & quamuis vxoratus sine filijs, & omnes tandem mortui sunt absque vllo successore, nulloq; alio superstite de eorum linea: Vnde non præsumitur generali verbo familiæ: *Et che in perpetuo per quella se conseruano*, fratres solum voluisse intelligere, quibus poterat nominatim prouidere, & ad quos etiam sine speciali legato, vel ex institutione eiusdem testatoris, legitima successione libri peruenissent.

Nec est verisimile excludere voluisse alios de familia Vulcana se nobiliores, quos viuens singulari affectione dilexerat, quiq; reintegrationem testatoris, & fratrum in Sedili procurauerunt.

Qui testator interrogatus profecto, an esset eiusdem familiæ, affirmatiuè respondisset. Igitur disponendum, quod verisimiliter testator voluit, & apparet voluisse ex verbis generalibus legati, & quod per scripturas publicas iuris præsumptione corroboratas probatum est.

Supradictis addebatur, quod substitutio, vel
2 relictum factum illis de domo, comprehendit omnes illos, qui sunt de familia, Bart. in l. 1. num. 4. vbi Plat. in fin. C. de conduct. & procurat. fiscal. lib. 12. Calcan. consil. 8. num. 8. Soccin. Iun. consil. 94. num. 9. lib. 1. Vnde si dispositio, prout in casu nostro respicit nobilitatem, vel qualitatem aliquam similem, appellatione domus veniunt illi, qui deferunt eadem arma, & insignia, Iacob. Gall. Neap. cons. 20. nu. 23. vbi dicit, quod conseruant agnationẽ, Alex. cons. 213. n. 3. lib. 6. cons. 91. nu. 5. lib. 7. Calcan. cons. 8. nu. 3. & 7. Corn. cons. 216. nu. 4. vol. 2. cons. 16. nu. 3. & cons. 51. nu. 10. lib. 4. Gozad. cons. 45. nu. 4. & 9. Marzar.

G cons.

conf. 1. nu. 10. Crauet. conf. 880. nu. 5. Menoch. de præsump. lib. 4. præsumpt 89. sub nu. 13.

Curia tamen Archiepiscopalis cēsuit, ad fideicommissum familiæ non admittendos omnes de familia, sed tantum agnatos, moti ex doctrina Bar. in l. cum ita §. in fideicommisso ff. de leg. 2. cui doctrinæ contraria adducta non obstant.

Obiter tamen animaduertas, quod legatum ali-
3 mentorum, vel simile factum his qui de domo sūt comprehendit oēs de familia tam masculos, quám fœminas, etiam bastardos, l. cum vnius, & ibi glos. in verb. domum ff. de alim. & cib. leg. Rebuff. ad l. pronunciatio §. iure proprio col. 4. de verb. signification.

4 Licet bastardi non dicantur de domo casatæ, vel familię, Bart. in d. l. pronunciatio num. 3. vbi Alciat. num. 18. dicit hoc verum in spurijs qui certum patrem non habent, secus in naturalibus Bald. conf. 168. volum. 5. Castr. conf. 178. super eo vol. 1. Corn. conf. 276. num. 3. & 4. vol. 2. pulchrè conf. 169. colum. vlt. vol. 3. Dec. conf 365. nu. 2. vbi ampliat ad natos ex eis stante principio infecto. Et hoc verum est etiam in materia fauorabili, Peregr. post alios de fideicom. q. 22. nu. 78. licet ex communi vsu loquendi, hodie contrarium seruetur, Paleot. Cardin. de spurijs q. 60. nu. 5.

Hinc postea fideicommissum relictum posteris
5 de domo, inspecta eius dispositione, modo quo supradictū fuit spurij non cōtinentur, nec nati ex legitimo matrimonio ex his, Capra conf. 90. & Ruy. conf. 161. nu. 4 vol. 2.

Benè tamen verum est, quod quando relictum
6 est factū illis de domo pro conseruatione agnationis, tunc fęminæ nō continentur, quæ licet sui origine possint dici agnatæ, tamen non sunt aptæ domúm, & agnationem conseruare, Corn. d. conf. 26. nu. 4. melius conf. 41. quem sequitur, & commendat Gozad. conf. 45. nu. 10. & conf. 79. nu. 6.

Verum Paris. conf. 31. nu. 3. tenet etiam fęminas cōprehendi in agnatione, nisi ex coniecturis contrarium appareat, quem videtur sequi Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 16. cippus rude non est, & continet illos de familia, qui agnationem conseruat, & sic masculos tantum exclusis fęminis, Corn. conf. 55. nu. 5. & 6. lib. 1. cōf. 41. n. 9. conf. 273. nu. 5. lib. 4. Franc. in cap. si pater nu. 207. & 228. de testam. Paris. conf. 53. num. 29. 32. & 36. lib. 3.

7 Quādo verò est relictū proximioribus de domo intelligitur vsq; ad decimum gradū, & non vltra, & eo ordine quo succeditur ab intestato de iure ciuili, s. vt primo ascendentes, secundo descendentes; tertió transuersales proximiores admittantur, & probanda est prioritas gradus, ita vt remotior admitti non debeat, Anch. conf. 94. col. 2. vers. circa primam, quem commendat Dec. conf. 321. nu. 3.

SUMMARIUM.

1 *Exemptus quando subiaceat Ordinario ratione delicti, & nu. 3. & 4.*

2 *Iurisdictio in criminalibus quando censetur concessa.*

3 *Verba non debent esse frustatoria.*

Text. in cap. 1. de priuilegijs in sextò, an locum sibi vendicet, vbi priuilegium esset personale, non coarctatum ad certum locum.

DECISIO LXXXXVII.

STante quòd Clemens Papa VII. fęl. record. exemerit, & totaliter liberauerit omnes Seruientes, siue Commissarios Reuer. Fabricæ ab omni iurisdictione, correctione, visitatione, dominio, superioritate, & potestate pro tempore existētium Archiepōrum, Epōrum, ac quorumcūq; aliorum Archiepiscoporum, Episcoporum, & ipsorum Vicariorum, Officialium, Iudicum, & personarum quarumcumq; vbilibet constitutorum, & quauis dignitate, auctoritate, necnon excellentia, etiam Cardinalatus honore præfulgentium, & sibi, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiecerit,

Videtur omninò resoluendum, Commissarium siue Seruientem dictæ Reuer. Fabricæ captum in Ciuitate Neap. cum gladio, & pugione, non posse
1 molestari à Domino Vicario Archiepiscopi Neapolitani, cum ex iam dictis constet, Summum Pontificem se immediatū Superiorem, Iudicemq; ordinarium constituisset, cap. si Papa de priuil. in sextò, ibi: (vel ad Romanam specialiter, aut sine medio, vel etiam simpliciter pertinent) per hoc plenè exempta huiusmodi Curia iudicari, Abb. in cap. significasti nu. 8. cum seq. de for. comp. Felyn. cap. cum accessissent nu. 6. de constit. Henriq. in Summ. Theolog. moral. de indulgen. lib. 7. cap. 25. num. 1.

Neque ambigendum est præfatam exceptionem esse quoq; intelligendam quoad criminale
2 iudicium: Tum quia verbum iurisdictio, importat coertionem, DD. omnes in l. 2. ff. de iurisdict. omn. Iud. Tum ponderando verba illa [superioritate, potestate, & correctione] quod verbum correctio præsignat iudicium criminale, l. ex omnibus ff. de offic. Præsid. l. 1. C. vt omnes Iudices. Tum ponderando illam dictionem [omni] quæ cum sit generalis, nihil excludit, l. Iulianus ff. de leg. 3. l. à procuratore C. mand.

Neque supradictæ resolutioni videtur obstare,
3 quod priuilegiatus admittat si committat delictū in loco non exempto, & tunc possit ab Ordinario loci puniri, auth. qua in prouincia, & ibi Bal. C. vbi de crim. agi op. Abb. in cap. fin. nu. 11. & text. aur. in c. 1. de priuil. in sextò, quia dispositio dicti capituli procedit in priuilegio exemptionis concesso respectu certi loci, non autem in priuilegio concesso personis, seu loco, & personis simul præsertim in vniuersali; nam tunc vbicumque commissū fuerit delictum, Ordinarius nullatenus potest se intromittere, cum persona sit eadem; & istam declarationem magistraliter tradit Abb. in d. c. fin. n. 11. vers. quodam est priuilegium, quæ declaratio suadetur ex d. c. 1. in eos, & cap. ne aliquis de priuileg. in sextò. Item præfata declaratio suadetur etiam ex dictis per Innoc. in cap. ex ore de priuil. Abb. in cap. tuas eod. tit.

Se-

Secundò respondetur, dispositionem d.c.1. non
4 esse attendendam hic, cum dictũ priuilegium concessum Commissarijs, siue Seruientibus dictæ Fabricæ, licet nõ sit in corpore iuris clausum, tamen habet clausulas derogatorias, argum. eorum quæ not. in cap. nonnulli de rescrip. & in puncto Abb, in d.c.fi nu.11.vers.ex quo infert Cyn.

Tertiò, dicitur hic agi de leui delicto, quo in casu cessare disposita in d.c.1. voluerunt Innoc. in cap. recipimus nu.4. de priuil. Abb. in d.c.fi. nu.11. & Felyn ibid.nu.7.

Quartò, nam quod talis exceptio sit intelligenda in delicto vbilibet cõmisso, videtur apertè colligi ex Bulla, de qua supra illis verbis videlicet:
5 (vbilibet constitutorũ) nam alias illa verba essent frustatoria, cum alij Iudices nequeant habere iurisdictionem, nisi ratione loci delicti, quod non est dicendum, l. si quando ff. de leg.3. Paris. cons.12 nu.182. cum seq. volu.2. Crauet. cons.297. num.4. Causa adhuc pendet in nostra Curia, & articulus remanet indecisus.

SVMMARIVM.

1 *Intercipiens literas à publico Tabellario, pœna falsi punitur.*

2 *Inquisitus de falso, non debet sub cautione relaxari.*

Clericus inquisitus de interceptione literarũ à publico Tabellario, vulgò *Procaccio*, an possit habilitari sub cautione.

DECISIO LXXXXVIII.

1 REgulariter intercipiens literas à publico Tabellario, vulgò, *Procaccio*, pœna falsi tenetur, & peccat etiam mortaliter, sed non est excommunicatus, vt quidam vulgares opinantur, Nauar. cons.33. verum vbicumq; quis solummodo aperiret literas ipsas, atque legeret, puniretur pœna arbitraria, ita Innoc. in cap. cum olim il 2. de offic. legat. cuius opinionem sequitur ibi Fely. num.1.& Abb. nu.4. vbi exprimit communem fore, & huic opinioni videtur accedere etiam Ioa. Bapt. Palomb. in tract. de regim. official. reg.3. nu.46. & Bar. in l. Titio col.2. vers. venio ad secundam quæstionem ff. ad municip. & in l. qui testa-
2 mentum ff. de fals. vnde inquisitus de falso non debet sub fideiussoria cautione relaxari, vt in pragm. Reg. incip. testem falsum. Marf. in pract. crim. §. attingam vers. addo etiam. Tamen contrarium Curia Archiepiscopalis censuit.

SVMMARIVM.

1 *Lacerans, vel occultans aliquam scripturam processus, ad quid teneatur.*

2 *Occultãs scripturam, vel instrumentum calore iracundiæ, mitius punitur.*

3 *Occultatio, vel laceratio scripturarum, quo animo præsumatur facta, & nu.4.*

Occultans, seu surripiens scripturam forensem, qua pœna puniatur.

DECISIO IC.

INquiritur in Curia Archiepiscop. quidam Clericus, qualiter surripuerat è processu quandam scripturam stipulationis indemnitatis suo fideiussori factam; quare fuit dubitatum, qua pœna esset puniendus. Et in quan-
1 tum attinet ad forum exteriorem dico, quod qui malo animo surripuit, vel occultauit instrumentum alterius, non solum tenetur ad totale interesse parti læsæ, sed etiam puniri potest pœna falsi, sic probat text. in l. Paulus, & in l. eum qui C. ad leg. Cornel. de fiscar. quæ quidem pœna est arbitraria circa modum, videlicet secundum qualitatem personæ occultantis: & attento etiam loco, in quo lacerauit, vel surripuit, vt si coram Iudice, quoniam tũc grauius punitur, vt probauit Ioa. Andr. in cap. accepimus nu.6. de fid. instr. Bal & alij plures quos sequitur Mascard. in tract. de probat. conclus.961. Et scio quod dum quidam procurator bonæ qualitatis allegasset quendam Consiliarium suspectum, & comparitio conseruabatur per Secretarium Sacri Consilij, qui habebat penès se dictum processum; cum dictus Procurator in præsentia dicti Secretarij accepit dictam comparitionem, & substulit à processu, quasi per imperium nisi ad quandam Ecclesiam confugisset, sine dubio ibat ad remigandum: sed elapsis quibusdam mensibus, fuit negotium gratiosè sopitum, fuit enim illi condonata cul-
2 pa, ex quo dicebatur illud fecisse calore iracundię, quo casu mitius punitur, non autem pœna falsi, vt docent prænarrati Authores, quod est notãdum, quia multoties euenire solet.

Procedunt prædicta etiam si quis voluntariè in iudicio fuerit confessus se tale instrumentum lacerasse, vel occultasse calore iracundiæ; nam hæc confessio solum potest excusare ab acerbitate pęnæ, non autem ab emendatione damni, & ita consultus respondi, atque exequutum fuit annis elapsis per quendam supremum Iudicem in hac Ciuitate, mitigauit enim pœnam laceranti instrumentum, & si benè recordor, fuit pœna exilij, condemnauit tamen illum ad totale interesse.

3 Insuper, quia hæc occultatio, seu laceratio instrumenti in dubio præsumitur facta dolo lacerantis, & animo occultandi veritatem in beneficium lacerantis, & in damnum alterius, ideo statur in hoc iuramento damnum passi, & laceranti, & occultanti incumbit onus probandi contrariũ tam de iracundia, quàm de minori quãtitate damni successi ex tali laceratione, vt probauit Fel. in cap. accepimus nu.13. de fid. instr. Afft. dec.330. nu.3.

4 Ex quo sequitur, quod si ex confessione facta in iudicio ab ipso lacerante, vel occultante instrumentum pars aduersa nullum patiatur detrimentum, & idem consequitur, quod habuisset ex illo instrumento, non deberetur dictæ parti læsæ aliud interesse, & ita iuris

mihi esse videtur; Idem esset si laceratio, vel combustio non esset in loco quo pars lędatur tunc enim nec pœna falsi puniretur glos. in l. damus in verb. priuatas C. de fals. Azo. Castrens. Soccin Sen. Salyc. Bart. Clar. & alij pœnes Brunor. à Sole in compend. præposit. iur. in verb. lacerans, sed non credo, vt euaderet omninò impunis, posset enim arbitrariè puniri, secundum qualitatem lacerantis, vt non detur alijs occasio delinquendi.

Curia tamen Archiepiscopalis censuit, vt dictus clericus exulet per biennium, ex causis benè visis.

SVMMARIVM.

1 *Regularis delinquens extra Monasterium non censetur tutus.*
2 *Episcopus potest punire Regularem degentem extra Monasterium.*
3 *Fratres seruientes delinquentes extra claustra puniuntur ab Ordinario loci.*
4 *Constitutio Sixti V. declaratur.*

Equites S. Ioannis vulgò *fra Cappellani*, & *fra seruenti* degentes, & delinquentes extra claustra, an subijciantur iurisdictioni Ordinariorum.

DECISIO C.

1 Regularis extra Monasterium degens, etiam sui ordinis priuilegij prætextu non censetur tutus, quo minus si deliquerit ab Ordinario loci tamquam super hoc à Sede Apostolica delegato secundum Canonicas sanctiones, visitari, puniri, & corrigi valeat ex decis. Sacr. Cõc. Trid. sess. 6. de reform. cap. 3. cap. volentes de priuileg. in sexto, Cuch. lib. 2. institution. titul. 6. num. 163. latè Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 17. ex num. 1. & in cap. 20. ex num. 6. vbi in num. 9. ait hoc extendi per nouam dec. Concil. Triden. in sess. 7. de reformat. cap. 14. quod inquam in causis ciuilibus mer-
2 cedum, & miserabilium personarum possunt Epi procedere cõtra exemptos extra Monasterium degentes Rodriquez tom. 2. quæst. regul. quæstio. 63. art. 10. vers. quarto quantum Triuis. lib. 1. dec. 36. num. 2. Cuchus dict. tit. 6. nu. 165. Fusc. d. c. 17. n. 8. & num. 11.

3 Et ad propositum, quod Capellani, & fratres seruientes delinquentes extra claustra subijciantur iurisdictioni Ordinariorum iuxta disposita in Cõcilio Trid. sess. 6. cap. 3. de reformat. Probatur per cons. Nauarr. 2 t. vbi habetur milites Sancti Ioannis Hierosolymitani extra claustra degentes, & ibidem delinquentes subijci iurisdictioni Ordinariorum, & ab eisdem puniri posse Sair. in decis. 26. in tit. de regular. Henriquez cons. 71. nu. 16. & sequent. & ratio est quia dispositio Concilij est generalis, vt regularis extra Monasterium degens et sui ordinis priuilegij prætextu non sit tutus, quominus si deliquerit ab Ordinario loci tamquam super hoc à Sede Apostolica delegato secundum Canonicas sãctiones visitari, puniri, & corrigi possit iuxta decretum Concil. Triden. in cap. 3. sess. 6. sub rubr. de reformat. & propterea complectitur etiam milites Hierosolymitanos, ergo generaliter intelligi debet, iuxta terminos leg. de pretio ff. de publ. action.

4 Non obstat Constit. Sixti V. exordiens, cum primum & est 12. in numero, qua aliquibus inibi nominatis Cardinalibus cõmittit causas Religiosorum degentium extra claustra; quia respondetur, quod delegatio illa fuit temporalis, & loquitur de Religiosis ipsis vagantibus tantum; Concilium vero de ijs præsertim qui licitè inibi commorantur, vel constitutio loquitur de delicto cõmisso egrediendo, & consequenter de Apostasia Concilium vero de delictis post egressum quin, & illos complectitur, qui in aliqua habitarent domo ad erectionem Monasterij destinata si superiore careat, vt diximus in dec. 123. nu. 5. p. 1. & ita Archiepiscopalis Curia censuit.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus transit ad fideicommissarium vniuersalem.*
2 *Recensentur multæ resolutiones Rotæ Romanæ.*
3 *Hæreditas est ius vniuersale.*

An ius patronatus transeat ad fideicommissarium vniuersalem.

DECISIO CI.

Inter cætera bona cuiusdam fideicommisso supposita reperiebatur quædam Domus in qua aderat Capella iurispatronatus eiusdem familiæ; cumque in quendam dictæ familiæ fuisset translatum fideicommissum; fuit dubitatum an potuisset tamquam fideicommissarius præsentare, & dictum fuit pro parte affirmatiua ex eo, quia
1 ius patronatus transit ad fideicommissarium vniuersalem, vt est videre pœnes Bartol. Paulum, & Alexand. in l. quia perinde vers. restituta ff. ad Trebell. Imol. Alexand. & Rom. in l. si patroni in princip. eod tit. Paul. Alex. Ias. Decium, & Curt. Iuniorem in l. precibus C. de impub. Bero. in cap. primo, de iure patron. à num. 15. Rochum verb. ipse velis quæst. 9. Paulum de Citad. 9. par. num. 33. Lambert. 2. p. 1. lib. quæst. 2. art. 35. Aymo. in rub. de legat. primo à num. 59. Guill. de Benedict. in repet. capit. Raynut. de testam. verb. si absque liberis 2. nu. 24. Anto. Gomez primo tom. variar. num. 8. Cottam verb. Trebell. num. 4. Suar. in in thesaur. recept. sententiar. verb. patronatus ius Didacum Perez l. 1. tit. 6. lib. primo, ordinam. glos. a. Padillam in rub. C. de fideicommissis num. 25.

Mol.

Mol.lib.j.c.24.ex nu.5.Mierez de Maiorat.3.par. q.xj.nu.9.Crass.de success. §.fideicōmissum q.72. Gutt.de tutel.1.par.c.29.nu.15.& iuxta hanc opinionem tenuit Rot.in vna Lucan.iurispatronatus 6.Nouemb.1598.coram Litta, & quod transferatur in fideicommissariū vniuersalem voluit Rot. in vna Aretin.Cappellaniæ 13.Iunij 1584.coram
3 Bubalo,& ratio est,quia hæreditas est ius vniuersale,l.hæreditas ff.de petit.hæred.

SVMMARIVM.

1 *A declaratoria excommunicationis permittitur appellatio.*
2 *Appellatio à declaratoria impedit denunciationem excommunicationis.*
3 *Ab excommunicatione non datur appellatio, secus à declaratione.*
4 *Qui non potest excommunicare, potest excommunicationem latam declarare.*
5 *Qui appellauit a declaratoria, interim pendente appellatione debet tam in iudicialibus, quam in extraiudicialibus euitari.*
6 *Quando factum est notorium, tunc non obstante appellatione à declaratoria excommunicationis, potest quis denunciari.*
7 *Declaratio excommunicationis facta vigore obligationis in forma Cameræ, potest fieri non obstante appellatione.*
8 *Appellatio non suspendit declaratoriam factam vigore executorialium, & rei iudicatæ.*

An appellanti à declaratoria excōicationis possit interdici ingressus Ecclesiæ, & denunciari ab Episcopo, vt euitetur.

DECISIO CII.

CVM per Episcopum N. fuerit citatus quidam ad dicendum causam quare non debeat declarari, incidisse in excommunicationem, & pro parte dicti citati fuisset à declaratoria appellatum & ab Episcopo appellatione pēdente fuerint affixi cedulones, prohibitus ingressus Ecclesiæ, & ordinatum, vt euitetur; propterea fuit dubitatum, an hæc de iure per Episcopum fieri potuissent, & fuit resolutum pro negatiua sententia, vnde fuit ordinatum Vicario eiusdem Episcopi vt amoueret cedulones, nec non permitteretur ei ingressus Eccle
1 siæ, nam appellatio permittitur à declaratoria aliquem incidisse in excommunicationem à iure, vel
2 ab homine, & hoc casu appellatio impedit denunciationem, vt tenet Duen.reg.42.nu.8. vbi allegat Fel.in cap.cū non ab homine col.fi.n.12.de iudic. post Rom.& alios de quibus ibi per Fely. & adde quod hoc fuit originale dictum Franc. licet ipsi non allegent in cap.pastoralis §.verum quia n.27 col.fin.q.6.de appell.& est tex. per eum allegatus in cap.peruenit, il primo, de appell. & idem tenet post Fel.in d.c.cum non ab homine, Capyc.decis. 1.num.19. & ratio esse potest, quia à declaratoria excōicationis incursa benè datur appellatio, licet
3 ab excommunicatione nō detur, vt post Franc.in d.cap.pastoralis tradit nouissimè Gabr.commun. conclus.lib.6.de reg.iur.concl.3.nu.59. vbi multas ad hoc authoritates cumulat, quas apud eum vide, & qui non potest excommunicare, po
4 test tamen excommunicationem iam latam declarare, vt tradit idem ibi num.41. & licet contra hæc præfata sit decis.Rotæ 2.alias 49. de dol.& contu. in nouis in vltim. addit. vbi post Lapum in clem. vnic.de seq.poss.& fruct.videntur Domini conclu
5 dere, quod is qui à declaratoria appellauit interim pendente appellatione debet tàm in iudicialibus, quàm in extraiudicialibus actibus euitari, & sic patet quod interim ille est excōmunicatus, & per consequens quando sumus in declaratoria appellatio non suspēdit excommunicationem, & illius effectum, tamen licet hoc verum sit, referunt solum opinionem Lapi in d.clem.non autem quod illam firmet.

Hæc omnia tribus tamen modis limitauimus,
6 & primò, nisi factum esset notorium, quia hoc casu non obstante appellatione fieret denunciatio, vt tenet Franch.in d.§.verum quia q.6.num.27. post Io.Andr.Lap.Imol. & Gem. de quibus ibi per eū Secundò, limitauimus nisi essemus in declaratoria quæ solet fieri in obligationibus in forma Cameræ, licet enim disputetur alias an ad declarationem incursus excōmunicationis, seu alterius pœnæ appellari possit, vt p Fel.in cap.Rodulphus in penul. cart. vers.& appellari de rescrip.illud tamen certū est quod in declaratoria quæ fit vigore obligatio
7 nis in forma Cameræ omnis cessat difficultas, & fieri potest non obstante appellatione, vt tradit Gales.in tract.de oblig.Camer.in 3.p.in cap.quod inscripsit reliqua de processu ipson.43. vers.illud
8 verò est certum fol.189. Tertiò limitauimus, nisi essemus in declaratoria lata vigore executorialiū, & rei iudicatæ, nam appellatio ab huiusmodi declaratoria non suspendit, iuxta ea quæ ponit Fely. in cap.ad probationem de re iudic.& Abb.in cap. fin.de iuram.calum. & Gem. cons. 99. quorum auctoritate moti tenuerunt Domini in vna Salamantina canonicatus, & præbend. coram Aldobrand.28.Ianuar.1564.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas in dubio præsumitur ad excludendum delictum.*
2 *Testes habentes idem nomen, & cognomen cum descriptis in instrumento, si negent se rogatos instrumenti interfuisse, non concludunt falsitatem instrumenti, nam potuerunt alij eiusdem nominis, & cognominis interuenire.*
3 *Præsumitur pluralitas ad euitandam contrarietatē.*
4 *Ex nomine, cognomine, & alio signo demōstratiuo, vt quod sit filius N. cōcluditur identitas personę.*

Vtrum identitas personæ probetur ex nomine proprio, & cognomine.

DECISIO CIII.

INquirebatur quidam clericus de fabricatione
falsæ dimissoriæ, ex qua sibi collati fuerunt or-
dines minores ab alieno Episcopo, vnde captus
& carceratus, pro eius defensione dicebatur non
constare de idemtitate personæ dicti clerici,
ex quo licet in Bulla suæ ordinationis facta erat
mentio de eius nomine, & cognomine, verum
dicebatur non esse ipsum, sed aliam personam; qua
re fuit dubitatum quid nam de hoc esset dicendũ
& pro dicto clerico adducebatur pluralitatẽ in du
1 bio præsumi ad excludendum delictum, aut con-
trarietatem, Dec. in l. 2. nu. 4. C. de bon. poss. con-
tra tabul. Cœph. cons. 340. nu. 112. lib. 4. nam vt vi-
demus idem est in testibus habentibus idem no-
men, & cognomen cum descriptis in instrumento
qui si negent se rogationi instrumenti præsentes
fuisse, non propterea concludunt ad falsitatem in-
strumenti, nisi volentes probare falsitatem conclu
denter probent se, & non alios illi interuenisse ex
quo potuit esse quod alij ijsdem nominibus vocati
interfuerint Felyn. post Bart. in cap. cum Ioannes
n. 9. de fide instrum. Dec cons. 107. col. 2. & ad hoc
facit decisio Rotæ in vna Hyspalen. Iurisdictionis
26. Iunij 1591. coram Orano, cuius tenor est vide-
licet. Domini resoluerunt standum esse in deci-
sis, nempè præsumptionem adeo vigere pro of-
ficialibus Cancellariæ Apostolicæ quod literas
confirmatorias concordiæ expediuerint, vt omni-
no Domino Archiepiscopo errorem, & malam
expeditionem alleganti incumbat onus probandi,
scilicet non extare aliam supplicationem sub eadẽ
data literis expeditis conformem Cassad. dec. 9. n.
7. ad finem super reg Paleott. dec. 379. in ip. in sup
plicatione Verall. dec. 174. nu. 3. p. 2. Neque vero
ad hoc probãdum prætextu conformitatis suppli
cationis in data expediri Paleott. dec. 171. incipien.
die 14. Aprilis, vnde debet concludenter probari
illa die non fuisse aliam supplicationem expedi-
tam Corne. cons. 237. nu. 6. lib 3. Aym. cons. 298.
sub nu. 1. & seq & licet regulariter pluralitas non
præsumatur admittitur tamen hæc præsumptio,
vt euitetur delictum, aut contrarietas Dec. in l. 2.
3 num. 4. C. de bonor. poss. cont. tab. Cæph. cons. 340
nu. 112. lib. 4.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus
contrarium fuit resolutum, vt scilicet censeatur
probata persona eiusdem clerici, & hoc per
decisionem Rotæ in vna Rom. Montis fidei 12.
Martij 1567. coram Illustrissimo Seraphino, cuius
tenor est; Domini dixerunt, sufficienter consta-
re de idemtitate Ioannis de Prata, & Ioannis de
Marco ex tribus, ex quibus resultat vera demon-
stratio iuxta doctr. Bar. in l. demonstratio falsa q. 7.
4 de condit & demonstr. prima expressio nominis
proprij nempe Ioannis, secunda est cognominis
nempe de Prata, tertia est de Marco, & instrumen-
tum recognitionis vocat eum filium Marci, & om
nis dubitatio tollitur per testes qui clarè de idemti-
tate deponunt, neque obstat quod in instrumento
recognitionis videatur Ioannes de Prata diuersus
a Ioanne de Marco, quia talis diuersitas oritur
ex eo quod Ioannes de Prata enunciat se ipsum
non sub suo simplici nomine, sed sub eo in quod
cantabat bancum, seu negotiatio Romana.

SVMMARIVM.

1 *Per specificationem duorum confinium probatur idemtitas eiusdem rei.*

2 *In corporibus præsumitur pluralitas, nisi probetur idemtitas.*

3 *In actibus hominum, vt testamentis, sententijs, &c. non præsumitur pluralitas.*

5 *Idemtitas rei probatur per duas demonstrationes.*

An per specificationem duorum confinium censeantur probari confines; ad intellectum tex. in l. forma ff de censib.

DECISIO CIV.

IN quadam controuersia confinium vertente in
Curia Archiepiscopali fuit resolutum per speci-
ficationem duorum confinium probari idemti-
1 tatem ipsorum per text. in l. forma ff. de censibus
& per decisionem Rotæ 710. appellatione enim
confinium illud necessarium est, vt articulari, &
probari etiam debeat idẽtitas rei, quæ quidem di-
lucidè censetur probata probatis, & verificatis sal-
tem duobus confinibus, ita Socc. cons. 89. n. 1. vol. 1.
Vrsill ad Afil. dec. 23 nu. 1 & vbi nu. 12 assignat ra-
tionem hanc, quod in rebus, seu corporibus plura
litas præsumitur, nisi probetur idẽtitas, exarauitq;
2 post alios aggregatos per eum istam esse commu-
nem omnium sententiam, de qua amplè memi-
nit Viuius comm. opin opin. 128. nu. 3. lib. 1. & idẽ
Vrsill. in loco cit. limitauit non procedere in acti-
bus hominum, & sic in testamentis, & sententijs,
3 & alijs similibus, & etiam quia non præsumitur ali
ter pluralitas nominum ob id quod præsumitur
idemtitas corporis probata idemtitate nominis, ita
Bald. cons. 70. cum appareat vol. 4. vnde vbicumq;
testator legaret aliquid Marutiæ talis Parochiæ si
tunc accederet aliqua mulier illius Parochiæ no-
mine Marutia, peteretq; legatum illi tunc de-
beretur procul dubio legatum ipsum, nec audire-
tur tunc hæres opponens: Tu non es illa Maru-
tia, probas te esse illam, ita Bar. in l. si quis seruum
§. si inter duos ff. de legat. 2. & Iaso. cons. 114. col. 5.
vol. 2. facit etiam, quia idemtitas rerum probanda
venit per duas demonstrationes, vt habetur in l. de
4 monstratio ff. de cond. & dem. & c. auditis de præ-
scriptionibus, & ista idemtitas rei in præsenti ca-
su, ita apertè debet articulari, & probari, vt facile
appareat quod locus, & res præsens sit illamet in
specie quæ controuertitur, & non alia in ge-
nere, & sic debet probari idemtitas ipsa per con-
finia, & alias demonstrationes, vt firmat docendo
normá articulandi, & probandi in casu hoc Dec.
cons. 91. Crau. cons. 112. in causa Magistri Iordani
num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Rescripta Apostolica sunt stricti iuris, quod limita num. 3.*
2 *Rescriptum non extenditur plus quam verba sonāt.*
4 *Rescriptum debet declarari à supplicatione petētis.*
5 *Commissio est stricti iuris.*
6 *Verba rescripti debent reduci ad ius commune licet natura verborum non patiatur quando tamen auferret ius tertio, quod amplia vt n. 7.*
8 *A forma rescripti Papa recedi non debet.*

An si cum eo de quo facta est mentio in rescripto Apostolico non possit confirmari alienatio rei Ecclesiæ, quia eius oblatio non cedit in euidentem possit confirmari cum alijs non nominatis in rescripto, ex quo offerunt quod in euidētem cedit.

DECISIO CV.

CAusa hæc mihi commissa à quodam Antistite cui commissum erat si in euidentem, & in
rescripto fiebat mentio expresse de nomine,
& cognomine contrahentium, ac de certo pretio,
& cum dicta pretij oblatio visa fuit per dictum
Episcopum commissarium non cedere in euidentem Ecclesiæ vtilitatem fuit dubitatum an potuisset confirmare dictam alienationem cum alia
persona non nominata in dicto rescripto offerēte
pretium quod cedebat in euidentem Ecclesię vtilitatem, & iudicaui hoc minime fieri potuisse ex eo quod
1 rescripta Apostolica sunt stricti iuris per text. &
glo. in c. P. & G. de officio deleg. nec extenditur de
persona ad personam non nominatam in eo Bald.
cons. 92. vol. 1. Felyn. cons. 16. nu. 7. Monald. consi.
53. nec incolatum obtinet argumentum à contrario sensu Alex. cons. 17. quia rescriptum non ex-
2 tenditur plusquam verba sonant leg. 1. C. si plures
vna sentent. Alex. cons. 48. nu. 9. vol. 6. Cur. Iunior
cons. 143. nu. 19. Anna cons. 117. vol. 2. nec in citato
rescripto aderat aliquod verbum aptum comprehendere quod desiderabatur, quia licet rescripta
sint stricti iuris vt supra affirmauimus cap. qui ad
agendum de procurat. & clem. nō potest eod. titul.
Rot. dec. 13. de procurat. in nouis, nihilominus quā-
3 do in rescripto adest aliquod verbum aptum
comprehendere id de quo quæritur tunc non debet rescriptum restringi, cum non sit discedendū
à naturali illius verbi significatione imò in vim
comprehensiuam id de quo est controuersia complectitur. Et verbum ambiguum si tamen eius natura etiam in genere patiatur intelligendum est ad
fauorem proferentis, & constituentis, iuxt. tex. in
l. si quis decurio C. de falsis, & l. si quis intentione
4 ambigua ff. de iudic. sequitur Cassador. decis. 1.
sub num. 1. de procurat. facit etiam quia rescriptum debet declarari à supplicatione petentis argumento text. in l. si defensor §. qui interrogatus ff. de interrogat. act. Soccin. in l. si iam factam
ff. de cond. & demonst. Alexand. cons. 146. volu. 5.
Camer. in cap. Imperialem de prohib. feud. alien.
lit. E. dicebam etiam quod cum in commissione
expressa sint nomina contrahentium ad vnguem
est seruanda Iasred. decis. 7. quia commissio est stri-
5 cti iuris, & commissario excedenti illius fines impunè non paretur Gaill. lib. 1. obser. 35. & commissarius super vna causa non potest cognoscere de
alia non comprehensa in rescripto Bart. in l. 2. C. si
a non competent. iudic. & propterea rescripta
commissionalia debent strictè intelligi secundum
Magon. decis. 87. Rot. Florent. insuper fuit dictum quod si aliter iudicaretur dictum rescriptū
eiusque confirmatio esset contra statuta canonum quorum dispositioni regulariter rescriptum
6 se conformare debet cap. causam de rescript. verba enim rescripti debent reduci ad ius commune,
licet natura verborum non patiatur glos. in c. paratus in vers. si iuxta 23. q. 1. Abb. in cap. causam
quæ nu. 3. de rescript. Rom. cons. 334. nu. 2. dicens
rescripti verba esse impropriãda, vt ad ius commune reducantur, & ius tertio nō auferatur Ruynus cons. 123. nu. 12. lib. 3. Loffred. cons. 39. nu. 25.
7 etiam si essent in fauorem piæ causæ ne alteri fiat
præiudicium, quanto magis contra piam causam
Redoan. de spolijs nu. 12. q. 1. Crau. cons. 390. n. 14.
dicens rescriptum esse interpretandum secundū
ius ne ius alterius etiam minimum minuatur etiā
si rescripti verba aliud sentire videntur idem cōs.
412. nu. 4. & intellectus rescripti etiam per reuolutionem clausularum debet reduci ad ius commune, vt ipsum non lædat Ant. de But. in d. c. causam
de rescript. vbi Panormit. ante num. 2. per illum
8 text. omninò videndum; tandem dicebatur quod
à forma rescripti recedi non potest, vt in simili decisum fuit die 14. Aprilis in vna Lucana Canonicatus coram Reuerendo Patre D. Bubalo, vt
testatur Seraph. dec. 357. num. 6. p. 1. & etiam quod
continetur in rescripto procedens ex gratia est strictè intelligendum vbi agitur de præiudicio tertij,
& vbi verba sunt clara non recipiunt tergiuersationem Card. cons. 86. col. fin. Dec. cons. 361. vers.
secundo respōdetur Aym. cons. 5. num. 4. vt refert
idem Seraph. dec. 892.

SVMMARIVM.

1 *Ad validitatem matrimonij debent concurrere duo testes cum Parocho.*
2 *In causa matrimoniali tamquam grauissima non omnibus testibus adhibetur fides, contrarium nu. 6*
3 *Nouum ius dum aliud non exprimit est interpretandum secundum ius antiquum.*
4 *Mater non admictitur ad probandum matrimonii cum filia contractum.*
5 *Non solum in contrahendo, sed etiam in matrimonio dissoluendo desiderantur testes omni exceptione maiores.*
7 *Habilitas vnius supplet inhabilitatem alterius.*
8 *Concilium Tridentinum loquitur de quibuscunque testibus.*

An alter ex testibus infidelis admictatur ad probationem matrimonij, iuxta formam Concil. Tridentini.

DE-

DECISIO CVI.

FVit contractum quodam matrimonium coram Parocho, & duobus testibus, quorum alter erat infidelis, & cum dubitaretur de inhabilitate illius testis infidelis, fuit mihi causa delegata, in qua videbatur dicendum ad valorem
1 matrimonij requiri duos testes cum Parocho, nec sufficere vnicum testem cum eodem Parocho, & ita disponit Conc. Trid. sess. 24. c. j. de matrim. nec sufficiunt qualescumq; sed debent esse omni exceptione maiores nec repellantur à testimonio di-
2 cendo: quia in causa matrimoniali cum sit grauissima, non quibuslibet testibus fides adhibenda est, sed circumspectis omniq; exceptione maioribus c. 1. de consang. vers. nunc quæst. o ibi: (si per testes circumspectos omni exceptione maiores inueneris) & cum Concilium exigat testes, vt possint probare matrimonium, intelligendum est de testibus legitimis, & qui iure attéto faciunt fidem, & in causa ardua non admittitur testis cuius fides aliqua ex causa dilui potest, cap. licet vers. quamquam de prob. quem tex. dicit singularem, ad hoc probandum Bal. in cap. ad nostram nu. 1. de prob. & cum iurium correctio sit vitanda, l. præ-
3 cipimus C. de appell. nouum ius dum aliud non exprimit, est interpetrandum, secundum ius antiquum, & sic dum Cócilium exigit testes in matrimonio, intelligendum est de ijs testibus, qui iure antiquo ad probationem matrimonij desiderabátur, quales soli sunt omni exceptione maiores, Couarr. 4. decret. 2. par. c. 8. §. 12. nu. 8. alios referés dum ait, ad matrimonij probationem esse necessarios testes ita integros, ac in causis criminalibus in quibus exiguntur omni exceptione maiores, & probationes luce clariores, cap. Epiphanius 9. q. 6. l. sciant cuncti C. de probat & tradit Mascar. cum alijs de prob. concl. 1366. nu. 4. neque ad probandú matrimonium admittuntur testes suspecti, & ideo
4 mater non admittitur ad probandum matrimonium cum filia tanquam suspecta, eo quod eius incrementum exoptet, vt habetur cap. super eo, il 2. de testib. & l. 16 tit. 9. par. 4. ita quod non solum in matrimonio contrahendo, sed etiam in dissoluendo, quia etiam ad hoc desiderátur testes
5 omni exceptione maiores, vt cum multis testatur Gabr. tom. 3. com. lib. 1. tit. de testib. concl. 8. n. 3. vers. contrarium, & alij quos refert Mascard. de prob. concl. 1023. nu. 1.
6 Cæterú prædictis minimè refragantibus mihi visum fuit resoluere, & iudicare, testes quoscúq; habentes rationis vsum sufficere ad valorem matrimonij, nec desiderari, vt habeát qualitates à iure requisitas, vt in alijs negotijs habiles, ac legitimi testes cêseátur, quare sufficit, licet sint infames, excommunicati, parentes, consanguinei, serui, familiares, fœminæ, & infideles, at in hoc casu, quia quamuis testes sint illegitimi, & inhabiles faciunt sufficientem fidem, nec repelluntur, quando sunt instrumentarij hoc est appositi instruméto ex cómuni contrahentium consensu, vt tradunt glos. auth. de testib. §. & licet, Bal. l. parentes nu. 1. C. de testib. Socc. de regul. iur. lit. l. reg. fin. vers. fallit qñ testes, Iasl. 1. §. fin. num. 9. ff. de verb. oblig. Gabr. alios referens tom. 3. com. lib. 1. tit. de testib. concl. 10. nu. 50. & concl. 13. nu. 13. & quippe in matrimonio adhibentur communi consensu, & describuntur in libro Parochi, iuxta dispositionem Conc. Trident. loc. cit. in princ. nec posset obstare inhabilitas, quia admittútur testes inhabiles quádo cum alio habili, & fide digno, vt propriè in ca su nostro in quo alter testium erat infidelis; tunc
7 enim habilitas vnius supplet inhabilitatem alterius, & fides vnius supplet infidelitatem alterius Gabr. tom. 3. comm. lib. 1. tit. de testib. concl 9 nu. 1. & seq. Mascard. de prob. concl. 1365. nu. 13. imò cum Concilium Tridentinum in præfato loco exprimat coram Parocho, & duobus, aut tribus alijs testibus, signum est nullam qualitatem in testibus exigere præter eam quæ iure naturæ est necessaria, vt testimonium perhibere possint, nempe vt rationis vsum habeant, & hoc maximè habet verum, cum decretum hoc iuris naturalis, & ecclesiastici antiqui correctorium sit, iuxta quod valida erát matrimonia clandestina, atque
8 ita restringendum, vt de quibuscumque testibus loquatur, quod voluit Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 31. n. 5. vers. & confirmatur in fin.

SVMMARIVM.

1 *Ius vindictæ competit iure proprio, non hæreditario & num. 4.*
2 *Hæres sanguinis qui noluit esse hæres bonorum, habet ius querulandi, & remittendi.*
3 *Consanguinei in querulando, & remittendo præferuntur hæredi extraneo scripto in testamento.*
5 *In materia renunciationis semper fit strictissima interpretatio.*
6 *Ius vindictæ non potest per statutum tolli.*
7 *Sorores occisi etiam si renunciant futuræ hæreditati, adhuc requiritur earum remissio.*
8 *Ius faciendi pacem non est hæreditarium.*
9 *Pragm. 8. de Compositión. declaratur, & nu. 10.*

An soror dotata exclusa per fratres à successione bonorum, excludatur ab eisdem à iure querelandi de morte fratris occisi.

DECISIO CVII.

COncessa gratia ab Illustris. Ordinario cuidã clerico inquisito de homicidio, cum clausula obtenta remissione partis: & cum habuisset remissionem ab omnibus coniunctis, & consanguineis occisi, præter quam à sorore dotata, fuit dubitatú an ipsa esset audienda, ad effectú vt potuisset impedire remissionem, & dicebatur, quæstionem hanc de iure communi nullam habere difficultatem, & licet Iul. Clar. in sua q. 58 in verb. sed quid inter hæredes tenuerit, quod si fœmina esset exclusa à successione per statutum, quia dotata, vel alio modo, vt túc non requiratur eius remissio, & ita refert iudicatum pluries per Senat. Mediolan. tamen eius opinio communiter
1 reprobatur, quia cum ius vindictæ competat iure proprio, & non hæreditario, ad tex. in l. quæsitum ubi -

vbi est casus ff.de sepulch.viol. vbi Bart.consimilis
sent.in l.pro hærede §. fin. ff. de acquir.hæreditat.
Bart.in l.damni §.Sabini ff.de damno infecto, pro
ptereа nihil facit ad casum exclusio successionis si
alias fœminæ competit ius querelandi, dum suam
vel suorum prosequitur iniuriam,& hæc est com-
munis contra Angelum, vt per Rip. in l. 4.§. Ca-
to ff.de verb.oblig.& idem Clar.vbi supra, qui an-
te in verb.quæro nunc,dixit quod hæres sanguinis
2 qui noluit esse hæres bonorum habet ius quere-
landi,& remictendi quia non est hoc ius hæredita-
rium secundum opinionem Bart. & communem
in d.§.Sabini,hinc remictendo non dicitur adire
hæreditatem , & sic ex eadem ratione tradunt
Doctores in filio repudiante, vel exhæredato, &
emancipato , quia ius sanguinis emancipatione
exhæredatione, aut repudiatione minimè tolli-
tur quæ latius prosequitur , & fundat Farinacius
tit.de accusat.q.14.num.19.21.& nu.26.vbi etiam
3 quod præferuntur in accusando , & remictendo
consanguinei hæredi extraneo scripto in testamé-
to, & idem tradit in q. 13. num. 8. post Plazam
quæst.39. num.4.& q.45. num.3. Contra etiam
Clar. tenuit ibi Baiard. in sua Addit. in eadem
quæst.58. etiam quod fæmina renunciauerit suc-
4 cessioni futuræ,quia si hoc competit iure proprio
nihil potest operari renunciatio, & sic loquendo
de iure communi articulus non videtur disputa-
bilis.

Curia tamen Archiepiscopalis contrarium iu-
dicauit,non admictendo sororé ad querelandum,
5 ex eo, quod in materia renunciationis semper fit
strictissima interpretatio, vt numquam extenda-
tur de casu ad casum, nec de persona ad personá,
vt sunt termini clarissimi, & in specie numquam
renunciatio extenditur ad ea quæ competunt re-
nuncianti iure agnationis,siue iure sanguinis,iuxta
textum in l.pro hærede §. si quid tamen ff. de ac-
quirend.hæred.D.de Franch.dec.690.nu.2.part.4.
vnde Tartagl.in prag.8.c.2. n.18.de compos.dicit
q etiam stante dotatione non excludatur soror à
iure quærelandi, & idem probat cap. 1. num. 20.
6 ea ratione, quia ius sanguinis, vt est ius vindictæ
non potest per statutum tolli,iuxta textum in leg.
iura sanguinis ff.de regul.iur. & eandem defendit
Baiard.in addit.ad Clar.d.q.58. nu.54. & Carauit.
in rit.191.nu.8.& 9.dicit quotidiè practicari soro-
rem,etiam si excludatur per fratres a successione
bonorum admicti tamen ad accusandum de mor
te propinquorum Mascard.conclus.1050.Menti-
ri num.20.in tit.de probat. imò plus subdit Tar-
taglia in citat. cap.1. num.21.quod etiam si soro-
7 res renunciassent futuræ hereditati adhuc earum
remissio necessaria esset,vt excludatur à iure que-
relandi,ex regula tex.in l.fi.ff.de suis,& legit.hære
dib.l.3.C.de collat. & hoc ea ratione quoniam ius
8 faciendi pacem non est hæreditarium , vt veniret
in renunciatione hæreditatis, sed competit iure
sanguinis,de Franch.dec.611.p.4. refert fuisse iu-
dicatum in S.C.quod licet aliquis institueret extra
neum hæredem , & excluderet eius proximiores a
successione bonorum adhuc proximiores non
censentur exclusi à iure querelandi, quia non iure
successionis, sed iure sanguinis admictuntur ad
querelandum,& sic exclusus ab vno non excludi-
tur ab alio, quæ opinio apparet expressis verbis
9 pragmaticæ declarata per proximiores in gradu
fieri debere remissiones ; verum intelligi de ipsis
quibus mortui successio defertur quod pragma-
tica reiteratis vicibus dum tractat de proximiori-
bus addit semper verba illa *alli quali se deferisce*
la successione ad declarandam expressam, & enixã
voluntatem requiri duo, videlicet proximitatem
gradus,& delationem successionis ad tex. in l. ba-
lista ff.ad trebell.in c.si cautio de fide instrum. ex
quo cessat motiuum principale iuris vindictæ , &
sanguinis si, per pragmaticam præcipuè manda-
tur quod in coniunctis adsit qualitas successionis,
& propterea qui non succedit non habet ius accu-
sandi,nec remictendi,& in hoc pragmatica corri-
git ius commune eleganter considerat hæc Foller.
super eadem pragmatica nu.39. 41.44.& sequen.
vers.2.limita,& Carauit.in rit.272. loquendo in
terminis pragmaticæ dicit, quod secundum cum
remissio requiritur ab illis tantum qui sunt in eo-
dem gradu,& ad quos successio defertur , & Ba-
10 iard.super Clar.in d.quæst.58.num.59.dicit quod
in Regno Neapolitano per Regiam Pragmaticam
Regis Philippi quæ est octaua sub tit.de composi-
tionibus remissio,siue pax est habenda ab omni-
bus quibus successio defertur, & Rouit. super ea-
dem pragm.nu.6.quod hoc ius remictendi non
spectat ad omnes consanguineos,sed ad eos tantũ
ad quos spectat successio,& reddit opinionem hãc
indubitatam relatiuum illud *alli quali si deferisce*
la successione quod quando stat sine copula, restrin
git ad textum in l.ea tamen adiectio de lega.3.ma
ximè quando relatiuum adiungitur qualitati quæ
non inest naturaliter cuilibet de genere, & quan-
do inest stat declaratiuum secundum distinctioné
communem Bart.in l.omnes populi ff.de iustit. &
iure,& in l.cunctos populos C.de summ. Trin.&
fide Cath.

SVMMARIVM.

1 *Clericus de vitio sodomiæ non potest aggratiari à suo Ordinario.*
2 *Per Pragmaticas Regni tollitur potestas guidandi, seu assecurandi in crimine sodomiæ.*
3 *Per scelus sodomiæ inducuntur pestes, tempestates, & fames.*
4 *Crimen sodomiæ facit admirationem Deo.*
5 *Propter hoc crimen Deus accelerabit iudicium.*
6 *Grauitas huius sceleris facit, vt clerici sodomitæ puniantur secundum leges ciuiles.*

An Clericus de vitio sodomiæ possit aggratiari à suo Ordinario.

DECISIO CVIII.

1 NEgatiua prodijt articuli decisio in nostro
Tribunali,non posse .s. Illustrissimum
Ordinarium aggratiare in crimine sodo-
miæ,& habuerunt rationem Domini, nam virtute
2 Regiæ Pragmaticæ huius Regni 2. sub rubrica

de so-

de sodomia tollitur potestas guidādi, aut assecurā-
di quomodolibet istos tales sodomitas, ergo eo
magis à fortiori tollitur potestas aggratiandi, ar-
gumento enim à fortiori validissimum esse non
dubitatur ex vi text. in auth. multo magis C. de
sacrosf. eccl. Item ad hanc sententiam confirman-
dam considerabatur grauitas talis peccati, & sce-
leris, de cuius criminis enormitate, & grauitate
plura cumulat Graff. in pract. cas. reseruat. lib. 1.
cap. 11. in tit. de sodom. vbi quod propter hoc sce-
3 lus, fames, pestes, atque tempestates inducuntur, &
hac de causa Filius Dei distulit incarnari, vt per
Afflict. in Const. Regn. rubr. 42. lib. 3. num. 11. estq;
4 tantæ turpitudinis hoc vitium, vt quasi admira-
tionem ipsi Deo faciat, vnde Genes. c. 18. ait: Descē-
dam, & videbo vtrum clamorem, qui venerit meo
opere compleuerint, an non est ita si dicat: vix
possum credere tantum scelus, & facinus reperiri
in homine: descendam ergo, vt videam hoc ma-
lum, vt puniam. Et hinc D. Antoninus par. 2. tit.
5. cap. 4. §. 2. inquit, quod hoc flagitium erit vna ex
5 causis, propter quam Dominus Deus accelerabit
iudicium, & Mundus propter hoc vitium in hu-
mana natura multiplicatum igne consumetur, vt
illud Ioel. c. 3. affert, vbi Dominus dicit: Congre-
gabo omnes gentes, & deducam eas in valle Io-
saphat, & disceptabo cum eis. Et paulo inferius
inter alias hāc causam assignat, qui posuerūt pue-
rum in prostibulo, ex quo plura in pœnam, & de-
testationem huius nefandi criminis sodomiæ exa-
minant, & congerunt Damhod. in prax. crim. c. 96
Diaz in prax. canon. c. 86. vbi latissimè Salzed. in
addit. abundè Viui. in silua commun. opin. concl.
716. Pelag. lib. 2. de planct. eccl. c. 2. Caball. in Ægi-
dian. Const. lib. 4. c. 69.

Et grauitas sceleris operatur, vt clerici ob hoc
6 crimen sodomiæ puniantur secundum leges ciui-
les, ex motu proprio Pij V. incip. Horrendum
illud scelus, Dat. anno Domini 1568. 3. Kal. Septē-
bris, quem optimè explicat Maiol. de irregul. lib. 5.
c. 43. vers. propterea clerici, Nauar. in suo Manual.
c. 27. nom. 249. & plura referunt aduersus clericos
tale crimen perpatrātes multi ex Doctoribus vbi
supra, & Spin. in Spec. testam. in glos. 19. in princip.
nu. 50. Diaz in d. prax. c. 86. fol. mih. 264.

SVMMARIVM.

1 *Patronus laicus potest post primam præsētationem variare, & alterum præsentare.*
2 *Variatio conceditur patrono laico pro vna vice tantum, quod limita nu. 3.*
4 *Patronus laicus promittens cum iuramento non variare, non obstante iuramento potest variare.*
5 *Promittens cum iuramento ducere in vxorem Semproniam, & postea duxerit Mariam, valet matrimonium, licet remaneat periurus.*

Patronus præsentans iurans non variare, an variando teneat præsentatio.

DECISIO CIX.

1 PAtronus laicus potest post primam præsenta-
tionem variare, & alterum præsentare, ante
quam præsentatus primo admittatur per
Episcopum, & Episcopus eliget quem vel 1, Col-
legium verò, vel Ecclesiastica persona habens ius
patronatus, non potest variare, & prior præsenta-
tus à Capitulo, vel Ecclesiastica persona præfertur,
text. est præcipuus in materia in cap. cùm autem
de iur. patr. idem probat tex. in cap. pastoralis eod.
tit. quoniā antequā præsentatio per Diœcesanum
Episcopum approbetur, ratum non est, quod à Pa
trono laico fuit inchoatum, vt in cap. quod autem
de iur. patron. sed post institutionem factā ab Epi-
scopo, vel eius Officiali, tunc non potest amplius
variare patronus, quia ius dicitur quæsitum pri-
mo præsentato, vt in d. c. quod autem, sed melius in
cap. si tibi absenti de præb. in sexto, quæ tamen
2 variaio conceditur patrono laico tātum pro vna
vice, vt constat ex supradictis iuribus, & cum hæc
variatio sit odiosa, debet restringi, vt in clem cum
illusio de renunc. & ideo verba sunt intelligenda
pro prima vice, iuxta regulām vulgarem l. boues
§. hoc sermone ff. de verb. sign. & ita hanc opinio-
nem tenet Calder. cons. 16 incip. an laicus sub tit.
de iur. patron quam opinionem probat, & sequi-
tur Roch. de Curt. in tract. de iur. patr. verb hono-
rificum q. 10 nu. 35. fol. 17. vbi tenet contra glo. in
clem. plures eod. tit. de iur. patr. nec non est rece-
3 dendum quod liceat patrono pluries variare, sed
intellige accumulando, secus verò recedendo à pri
ma nominatione, quia si expressè recedat à prima
nihil agit, & non valet secunda nominatio, vt pro-
bat tex. in d. c. cum autem ibi, eo non refutato, &
ibi notat, & tenet Abb. nu. 2. & cæteri omnes quem
sequitur Lopez in l. 6. in glos. *en escongencia del Obispo*, & vltra eum Roch. de Curt. in d. verb.
honorificum q. 9. nu. 30. & Paul. de Citad. in eius-
dem nominis tract. par. 13. nu. 3.

Dubitatum tamen fuit in Curia Archiepiscop.
an patronus laicus qui vnum præsentauit, & pro-
misit cum iuramento non variare, possit, non ob-
stante iuramento variare, & præsentare, quidam
ex Doctoribus tenuerunt, quod patronus præsentās,
& iurans non reuocare, vel variare minimè possit
variare, nec reuocare, argum. glos. communiter
approbatę in cap. licet mulieres de iur. iur. tenet et
Paul. de Cast. in duob. consil. & eū referens Roch.
de Curt. in d. verb. honorificum q. 12. num. 37. ad
quem se refert Lop. in d. l. 6. tit. 16. p. 1. verb. *bien lo puede fazer*; nihilominus post prolixam disputa-
4 tionem fuit resolutum, quod non obstante iura-
mento patronus possit variare, argum. tex. in cap.
sicut ex literis de spons. vbi probatur, quod si ali-
5 quis promittat cum iuramento Semproniam in
vxorem ducere, & non aliam, & postea accipiat
verba de præsenti Mariam, valet matrimonium
contractum cū Maria, licet iurans remaneat per-
iurus, quia sponsalia de futuro etiā cum iuramen-
to dissoluuntur per matrimonium de præsenti, &
ibi notant DD. ergo ita in proposito videtur dicē-
dum, quod valeat secunda nominatio, licet patro-
nus nominans remaneat periurus, facit etiam pro
hac opinione glos. in cap. fin. verb. reuocatus de
procu-

procurat. in sextò, quæ tenet, quod licet iurauerim non reuocare aliquem procuratorem à me constitutum, si tamen reuocem, valet reuocatio, licet reuocās sime periurus: Itē faciunt aliç plures iuris decisiones .s. quod si promisit aliquis cum iuramento domum, vel librum Titio vendere, & non alteri, & postea alteri vendiderit, valet secunda venditio cum traditione facta, licet vēdens sit periurus, etiam si iuraui nō reuocare Vicarium à me constitutum, si reuocem Vicarium, valet & tenet reuocatio, licet remaneam ex hoc periurus, & sic de alijs similibus, & in terminis nostris iurispatronatus, quod patronus laicus, qui aliquem præsentauit, & cum iuramento promisit non reuocare, vel non variare, non obstante illo iuramento, possit reuocare prædictam nominationē, vel variare, alterū præsentando, inuenio quod tenet, & fundat supradicto, & alijs fundamentis Alex. cōns. 16. per tot. lib. 3. vbi respondet quibusdam fundamentis quæ videbantur obstare.

SVMMARIVM.

1 *Aliud est vniuersitas, aliud singuli ipsius.*
2 *Ciues admittuntur ad testimoniandum pro sua vniuersitate, si de singulorum interesse non tractatur, quod limita nu. 3.*
4 *Ciues originarij illius vniuersitatis alibi habitantes admittuntur ad probandum iuspatronatus.*
5 *Certa parte Vniuersitatis prætendente iuspatronatus, admittuntur ciues ad probandum.*

An Ciues admittantur ad probandum ius patronatus Vniuersitatis.

DECISIO CX.

1 Circa hūc articulum propositum in Epithomę, dubium faciebat pro sententia affirmatiua, quod aliud est vniuersitas, & aliud singuli ipsius, l. in tantum §. vniuersitatis, & ibi glos. Bart. & Bal. ff. de rer. diuis. l. sed si hac §. qui manumittitur, & ibi Bar. & cæteri ff. de in ius voc. §. vniuersitatis instit. de rer. diuis. Item DD. communiter firmarunt, ciues pro vniuersitate sua admitti
2 ad ferendum testimonium, si de singulorum interesse non tractatur, Bar. Bal. & Alberi. in d. §. vniuersitatis, Cyn. & Salyc. in l. parentes C. de testib. Dec. in cap. tertio loco nu. 10. de probat. Affl. dec. 400. Capyc. dec. 152.
3 Cæterum supradictis minimè obstantibus, Curia Archiepiscopalis cēsuit esse repellendos testes Vniuersitatis Panicoculi in causa probationis iuris patronatus eiusdem, mota ex doctrina Bal. in cap. tuncius de testib. vbi inquit, quod si tractatur de causa status, vel altera magna Vniuersitatis, ciues eiusdem nō sunt idonei testes, & propter affectionem quam præsumuntur habere ad causam repelluntur; sequitur Felyn. in cap. insuper 3. num. 4. de testib. in 4. fall. & ideo in causa iurispatronatus non erūt legitimi testes psonæ Vniuersitatis ad probandū iuspatronatus ipsius Vniuersitatis, Caputaq. dec. 136. par. 2. Paris. q. 18. nu. 251. de benef. & fuit resolutum in vna Forosempronien., seu nullius Parochialis 15. Decembr. 1593. coram Illustriss. Cardinali Pamphilio, quod videtur esse de mente Concilij Tridentini propter potentiam, & dominationem, quam Vniuersitas habet super personis illius, & Dominus super suis vasallis, & subditis, licet contrarium teneat Genuens. in prax. Archiep. c. 63. motus ex regulis generalibus, quem reprobat Gonzal. super regul. 8. Cancell. glo. 18. sub nu. 71. quia in hac re sumus in speciali casu, & tanquā in tali Concilium exigit insolitas, & exactas probationes, nec contentatur probationibus, quæ de iure communi admittuntur, & ratio est propter potentiam illarum, Put. dec. 205. in princ. lib. 1. quæ etiam procedit quamuis Vniuersitas sit parua, vt in casu nostro, & fuit dictum in vna Bononien. iuris patronatus de Barignana 10. Martij 1585. coram G psio, & in nullius Archipresbyteratus 2. Maij 1588. coram Illustriss. Cardinali Pamphilio, & tandem Gratian. tom. 1. discept. foren. cap. 168. nu. 23.

Limitatur autem supradicta decisio duob. mo-
4 dis in quibus Ego admitterem ciues in testes pro Vniuersitate; & primò, quando ciues originarij illius Vniuersitatis alibi habitarent, vt fuit decisum in causa Vniuersitatis Vici, cum Illustriss. Ludouico Carrafa eius Domino, in qua fuit dictum, teste Actuario Bozzauotra, quod capta informatione
5 reciperētur in testes. Secundò, si non tota Vniuersitas, sed certa pars illius prætenderet iuspatronatus, vt Sacra Congregatio nouissimè declarasse refert Gonzal. loc. cit. nu. 69.

SVMMARIVM.

1 *Probatio iurispatronatus Vniuersitatis respicit interesse singulorum.*
2 *Pascere animalia, & ligna incidere, respicit interesse singulorum.*
3 *Solutio collectarum respicit interesse singulorum.*
4 *Recognitio Baronis in Dominum non est interesse principale.*
5 *Cognitio libertatis est publicæ vtilitatis.*

Causa iurispatronatus Vniuersitatis, an respiciat interesse singulorum.

DECISIO CXI.

IN eadem causa probationis iurispatronatus Panicoculi; fuit in Curia Archiepiscop. resolutum, causam probationis iurispatronatus
1 eiusdem Vniuersitatis respicere interesse singulorum, & cōsequenter dictos de Vniuersitate repellendos à testimonio, vt superius affirmaui, etenim de singulorum interesse tractari dicitur, vbi singuli ad Vniuersitatis commodum, & vtilitatem admittuntur, l. in tantum §. vniuersitatis, vbi Bald. & reliqui communiter ff. de rer. diuis. prout est in casu nostro, in quo ad dictum iuspatronatus pas-
2 sim possunt singuli de Vniuersitate præsentare, prout à simili de singulorum interesse tractari dici-

dicitur ibi de nemoribus, & pascuis, ad quæ singuli ad pascendum animalia, atque ligna ad incidendum mittere possunt, Cyn. in l. parentes C. de testib. quem communiter sequuntur DD. Franch. decis. 307. Paris. conf. 104. nu. 135. col. 1. Item de eodem tractari dicitur, si non obtineretur in causa, & esset necessarium imponere collectas, quo casu, quia
3 singuli soluere tenerentur, de singulorum interesse tractari dicitur, Bald. in d. l. parentes io fin. C. de testib. & in d. cap. tertio loco de probat.
4 Nec obstat quod tractetur de demanio, & de non recognoscendo Baronem in Dominum, quia hoc non est interesse principaliter, sed in consequentiam, quod non repellit testem à ferendo testimonio, Ruyn. consil. 106. num. 14. volum. 9. Item si tractaretur de libertate, quia est publicæ vtilitatis, & vtilitas priuata quæ in consequentiam peruenit ad testes ipsos non repellit à ferendo testimonio, Bal. in l. r. §. cum autem num. 3. vers. & est argumentum C. de caduc. toll.

SVMMARIVM.

1 *In condendis testamentis noctis tempore requiruntur tria luminaria, sed contrarium nu. 5.*
2 *Testamenta confecta noctis tempore sunt suspecta.*
3 *Testamentum ad hoc vt valeat testes debent testatorem accuratè respicere.*
4 *Statutum disponens, vt testamenta condita de nocte valeant absque luminibus est iniquum.*

In condendo testamento noctis tempore an requirantur tria luminaria accensa.

DECISIO CXII.

1 FVit in Curia Archiepiscopali dubitatum, an in condendo testamento noctis tempore requirantur tria luminaria accensa: & Domini ex vna parte dixerunt requiri, & esse necessaria tria luminaria accensa; ex eo, quia sumus in suspectis, Ludouic. decis. Perus. 116. par. 2. Menoc. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 11. Rimin. Iun. cons. 269. nu. 17. cum seq. Simo. de Præt. de interp. vltimar. volunt. lib. 2. interp. 2. dubit. 1. solur. 3. Bald. in c. 1. colum. penul. de fid. instrum. qui dicit, quod
2 testamenta facta de nocte sunt suspecta, dum non intercedunt quæ requiruntur, idem voluit Bonif. in tract. de furt. §. inuitò Domino nu. 21. vers. hinc est legem, & allegat tex. in l. 1. §. tria lumina ff. de vent. inspic. nec testamentum nocte factum absq; luminibus potest carere suspitione falsitatis, per text. in d. l. 1. §. tria lumina ff. de vent. inspic. & te-
3 stamentum ad hoc vt valeat, & suam habeat vim, & efficaciam debent testes conspicere, quam accuratè, & diligenter testatorem, l. si non speciali, & ibi Bal. & alij C. de testam. quod vnico lumine fieri non potest, addo tex. in l. st vnus, & ibi omnes C. eodem titul. de testament. quam conclusionem procedere de plano scribit Dec. cons. 35. Ias. cons. 50. vol. 3. Decia. cons. 65. vol. 2. qui tamen alternatiuam ponit, quod scilicet testamenta nocturno tempore celebrata absque tribus luminaribus non valent, vel saltem suspecta redduntur, immò Ias. consil. 50. placet consultatio num. 9. vers. immò
4 fortius volum. 3. dicit, quod statutum disponens, vt testamentum conditum de nocte sine luminibus valeat sit iniquũ, & nullius momenti tamquam præbens ansam falsitatibus, & licet Addentes ad Mattesilan. in singul 124. dixerint, quod si testes erant in domo obscura, & testator erat infirmus, & vox eius erat nota testibus quod valeat tale testamẽtum, ac de ipso dictos testes posse deponere, tamen hanc opinionem reprobat Dec. cons. 134. in fi. & ideo Bononiæ testamentum quoddam ea de re fuisse cassatum, quia testes non viderant testatorem, & post plures ibi allegatos restatus est Anch. Iun. q. 11. Cornel. tempore noctis n. 6. vers. in quo loco, idem voluerunt Soce. cons. 130. volu. 1. Ias. cons. 97. lib. 4. Corn. cons. 18. vol. 2.

His tamen non obstantibus, Domini tandem contrarium resoluerunt, moti ex duabus decisionibus Rot. Rom. in quibus fuit dictum, quod tria
5 lumina non requiruntur, quia hæc forma in ordinandis testamentis non est tradita, & ideo dumtaxat lumen videtur sufficere, & ita fuisse iudicatũ, & decisum coram Gipsio in vna Perusina bonorũ die 8. Nouembris 1582. & aliàs coram Decano de Rubeis in Romana nullitatis testamenti die 14. Nouembris 1588.

SVMMARIVM.

1 *Testes vt probent in causa probationis iurispatronatus, requiritur & amissio originalis instrumenti, & quod sint periti contrarium, nu. 5.*
2 *Fœminæ non probant in casu prædicto.*
3 *Testibus illiteratis deponentibus de mixto imperio non creditur.*
4 *Testibus peritis magis credendum est, quam alijs.*
6 *Sacrum Concilium in causa probationis iurispatronatus testibus minimè confidit.*
7 *Gonzalez reprobat Auctorem praxis Archiepiscopalis Neapolitanæ.*

Forma assignata à Concilio Tridentino probandi iuspatronatus per scripturas, an sit adimpleta, si probetur amissio illarum per testes.

DECISIO CXIII.

1 TEstes deponentes se vidisse instrumentum ad hoc vt probent, duo necessariò requiruntur: Primò, amissio originalis instrumenti. Secundò, quod ipsi testes sint valdè periti, Mascard. in tract. de prob. concl. 32. nu. 29. volu. 1. vt Notarij, & Aduocati, alias ni forent testes valdè periti eorum dicta, & positiones nullam facerent fidem. Dec. cons. 81. num. 3. Abb. cons. 98. volu. 2. quod si testis asserat se literas nescire non posse perfectè scire de scripturis, Bart. nu. 6. Dec. num. 28. Curt. Iun. num. 24. Riminal. num. 5. & Cagnol. num. 46. auth. si quis in aliquo C. de edendo, & ibi omnes

omnes teftantur de communi Affl.dec.274.Surd.
conf.109.nu.13.Bologn.autem in d. auth. fi quis in
aliquo nu.35. curiose quidem ftuduit probare fex
requifita fore neceffaria in præfenti quæftione, &
tria Ferret.conf.371.nu.1.& feq.vol.2. quæ re ipfa
ad duo iam præmemorata requifita reducuntur
Surd.conf.144.nu.j.& feq.& ita declaraffe Sacram
Audientiam Barēfem in anno 1589. in caufa Ma-
gnif.Vniuerfitatis Vigellien.teftatur Viui.in decif.
2 155.par.1. Nec ad fupradictum effectum teftes fi
funt fœminæ probant Mafcard. in tract. de prob.
concl.110.nu.22.lib.1.licet ibi congerat DD.con-
trarium affeuerantes; nam teftes fubfcribentes fe
3 chirographo debent effe mares,Mafcar.in concl.
285.nu.5.eod.volu. prout etiam teftibus illiteratis
deponentibus de mixto imperio minimè creditur
Ann.alleg.52.nu.39.& in fing.507.& fic etiam iu-
dicauit Regia Audientia Apuliæ in anno 1583. in
caufa tunc in ea tutrinata cum Magnif. Vniuerfi-
tate S.Seueri,vt eft videre penes Viui. d.decif.nu.3.
vbi multos alios allegat.

Et hinc eft φ teftibus peritis magis credendum
4 eft,quam alijs,vt per Card. in clem.1. nu.13. de
homic.Bar.n.8.& alij vniuerfaliter oēs in prohem.
Digeftor.§.omnem,Alex.conf.15.vol.1.Rol.conf.
30.nu.26.vol.3.& ideo creditur teftibus peritis,vt
Doctoribus,vel Notarijs deponētibus cognofce-
re literas Notarij,Laur.de Pinu conf.25.nu.5.

Attamen licet fupradicta omnia vera fint,con-
5 trarium verò fuit dictū In Curia Arch. in materia
probationis iurifpatronatus Magnatum, in quo p
difpofitionem Concilij.debet conftare de conti-
nuatis præfentationibus 50. annorum per authen-
ticas fcripturas alias nullatenus fufficeret fi per te
ftes probaretur deficientibus fcripturis, vt fuit in
terminis refolutum in Rota in vna nullius Archi-
presbyteratus 2. Maij 1588. coram Ill.Pamphilio
& in alia Forofempron. 15. Decembris 1593.
Rot.diuerf.dec.199.n.4.p.2.vbi rationem affignat
6 quia Conciliū teftibus omnino non confidit quan-
do agitur de iurepatronatus barum perfonarū, &
propterea non fibi fatisfieret fi iftę præfentationes
probarentur per teftes,feu ęquipollens, & non per
fcripturas,fed voluit vtramq. probationem, & te-
ftium,& fcripturarum,quod fuit etiam nouiffimè
decifum in vna Sorana beneficij 28. Aprilis 1609.
coram Illuftrifs.Pamphilio.

7 Ex quibus dubitat de veritate opinionis Aucto
ris prax.Archiep.c.63.nu.12.Gonzal.fuper reg.8.
Cancell.de menf.& alternat.glo.18.vbi dicit illum
Doctorem tenere,φ fi per teftes probaretur effe
deperditas fcripturas,& deponerent de tenore illa-
rum in quibus continebantur continuatæ præfen-
tationes, quod tunc fatisfieret menti Concilij per
tex.in cap.cum olim effemus de priuileg. Quoniā
eo ipfo,φ Concilium non confidit de teftibus cō-
fequenter etiam remanet exclufa ifta probatio;nā
aliter de facili eluderetur difpofitio dicti Concilij,
φ etiam fenfit Rot.in vna Sabinen.iurifpatronatus
15.Nouembr.1582.corā Sanctiffimo D.N. Clem.
VIII.& in dicta caufa Forofempron.feu nullius.

Vnde fi non probaretur ex eifdem fcripturis au-
thenticis,quod omnes pręfatæ pręfentationes con-
tinuatæ fortitæ fuerunt effectum,prout Cōcilium
difponit non releuaret talis probatio,Rota diuerf.
in d.dec.199.nu.3.p.2.& in Sabinen.beneficiorum
15.Nouembris coram Sanctiffimo D.N.Clemen.
VIII.tunc Rotæ Auditore.

SVMMARIVM.

1 *In crimine Simoniæ coniecturæ debent effe conuin-
centes,ad hoc vt probent.*
2 *Coniecturæ probant in crimine fimoniæ.*
3 *Simonia eft de criminibus quæ folent occultè com-
mitti.*
4 *Coniecturæ quæ fint.*
5 *In crimine fimoniæ probatio facta à focio valet.*

Simonia, an probetur coniecturis, & quæ nam fint iftæ coniecturæ.

DECISIO CXIV.

1 IN caufa cuiufdam clerici inquifiti de fimonia-
ca prauitate;fuit dubitatum in Curia Archiep.
an fimonia eiufdem effet per fufficientes con-
iecturas probata: & pro ratione dubitandi diceba-
tur pro parte Reuer. Fifci non effe fimpliciter ve-
rum,quod in crimine fimoniæ fufficiant coniectu-
ræ,nam requiruntur illa tria cumulata per Mafc.
in concl.1304.nu.14.& 33.& præfertim quod cō-
iecturæ fint concludentes,neceffario,& conuincen
tes,nō autem imaginariæ, Clar.in §.fimonia verf.
fin.Vgolin.de fimon.c.32.§.4.num.2.Tum quia id
verum eft in fimonia, quæ committitur circa or-
dines,fecus in ea quæ committitur circa beneficia
Triuif.dec.5.nu.3.lib.1.

Cæterū fupradictis minimè fuffragantibus fuit
2 refolutum fupradictum clericum fore ex dedu-
ctis condemnandum, quia fimonia probatur per
figna,& cōiecturas,cap.ficut de fimon. glo.in cap.
fanè 15.q.3.Clar.in d.§.fimonia verf.fi.Redoan.de
fimon.p.4.c.20.nu.6.Mafcar.de prob.concl.1304.
nu.8.vol.3.quod maximè verum effe dicitur in fo
ro ecclefiaftico, Rot.Rom.in nouiff.dec.192.nu.2
p.1. & ratio potiffima eft, nam fimonia eft de cri-
3 minibus quæ folent occulte committi, Crauett.
conf.122.nu.8.Mafc.in d.concl.1304.nu.2.Pari.de
refign.benef.tom.2.lib.14.q.10.nu.23. Decia.in
tract.crim.tom.1.lib.5.c.86.nu.6.

4 Coniecturæ autem, quæ ex proceffu dicti cle-
rici inquifiti colligebantur, erant videlicet,publi-
ca vox, & fama probata per multos teftes, qui cū
fint plures numero ex eo fuppletur omnino defe-
ctus,Gram.conf.59.n.19. Secundò,nonnulli enim
teftes deponunt dictum clericum mutuaffe pecu-
niā alteri clerico mediāte perfona cuiufdam arti-
ficis, idq; etiam audiuiffe ab ipfomet clerico, Ca-
putaq.dec.267.nu.2 p.3. & ab alijs,teftis autem de
auditu fi non probat,faltem facit præfumptionem,
Benint.dec.67.nu.8. Tertiò,confeffio clerici refi-
gnātis,qui proteftatus fuit in actis fe refignaffe be-
neficium alteri clerico, quia ab eodem fibi fuerat
5 promifsū tradere fcut.25. focius vero criminis ad-
mittitur in teftem in crimine fimoniæ c.j.de teftib.
in fextò,Parif.d lib.14.q.10.n.9.cum feq. vbi alios
citat, & teftatur de magis communi.

H Non

5 Non obstat, confessionem fuisse factam à socio
criminis, & propterea nullam inducere probatio-
nem, quia respondetur hoc non procedere in cri-
mine simoniæ, cap. veniens de testib. Alcia. in cons.
2 nu. 4 Saly. in l. fi. nu. 10. C. de accus. Aret. cons. 61.
Calcan. cons. 110. nu. 7. Crauett. cons. 791. num. 5.
Paris. in d. lib. 14 q 10. nu. 28. & 43. vbi dicit, multò
minus probare si agitur criminaliter, Decian. in
tract. crim. to. 1. lib. 6. c. 85. nu. 8. & lib. 3. c. 19 n. 15.

Neq; obstat, quod confessio cedentis nõ noceat
cessionario, l. facta §. si heres ff. ad treb de commu
ni testatur Corn. cons. 133. nu. 4. vol. j. late Masc. de
prob. vol. 1. concl. 374. sic nec confessio Resignãtis
debet nocere Resignatario, ne alias esset in manu
Resignãtis priuare Resignatarium iure suo, Alcia.
in d. cons. 2. col. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Tex in auth præsente C. de fideiuss. vendicat sibi lo-
cum in constitutore, contrarium. nu. 4.*
2 *Quod statuitur de fideiussore, habet locum in consti-
tutore.*
3 *Quicumque pro alio intercedit potest opponere ex-
ceptionem excussionis.*
5 *Fideiussor negans fideiussisse perdit beneficium ex-
cussionis.*
6 *Exceptio excussionis debet opponi ante litem con-
testatam.*

Text. in auth. præsente C. de fideiuss. an locum sibi vendicet in Constitutore.

DECISIO CXV.

1 FVit dubitatum in Curia Archiep. an dispositio tex. in auth. præsente C. de fideiuss. qua
cauetur fideiussorem non esse molestãdum
antequã principalis excutiatur, ipsoq; reperto non
soluendo locũ sibi vendicet in constitutore, vt ip-
se ad instar fideiussoris non sit conueniendus ante
discussionem sui principalis, in quo articulo Zas. in
§. de constituta in fi. inst. de act. hanc quæst. tractãs,
dicit, se de ea nihil inuenisse in Doctoribus, cum
tamen verum sit, q; eam permulti tractarunt: Et
primo, Accursius breuiter eam attingit in §. j. auth
de fideiuss. Cu. n. n. statuisset eo loci Iustinianus fi-
deiussoribus, mandatoribus, & sponsoribus bene-
ficium istud competere, vt. s. conueniri non debeãt
priusquã principalis debitor conueniatur, & excu-
tiatur, Accurs. ibid. in verb. fideiuss. postquam in-
terpetratus est hæc vocabula, fideiussor, mãdator,
sponsor, expromissor, aliaq; eiusmodi nomina in-
tercedentiũ, quæ synonima esse videtur, subiungit
idem dicẽdum esse in constituente, q; in fideiusso-
re, per tex. in l. fi. C. de const. pecu. sicq; licet tex ille
loquatur tantum de Epistola beneficij D. Adriani
eum tamen extendendũ esse censet Accurs. & ad
beneficium excussionis, cum ad id eam alleget. Se-
cundò, idem senserunt Aurel. in forma libelli de
action. constit. pecu. n. 18. & Ioa. Fab. in d. §. de cõ-
stitut. nu. 6. circa fin. qui aperte dicunt, quod bene-
2 ficium competit constituenti, & quod illud quod
in iure statuitur de fideiussore debet habere locũ,
& in constituente per d. l. fin. & per §. 1. auth. de
fideiuss. nisi in casibus in quibus reperitur contra-
rium expressũ in iure. Tertiò, idem voluit Guid.
Pap. in dec. 93. in prin. licet dicat quod de stylo cõi,
& obseruantia Curiæ parlamenti Grationapolita-
ni nõ admittatur hæc exceptio, cũ non sit de exce-
ptionibus admissibilibus secundum Delphinalia
Statuta. Deniq; idem sensit Zas. vbi supra, licet hos
non alleget, & cum eo idem etiam Oinot. in § in
personam nu. 29. inst. de act. & Godofr. in annot. ad
Pandec. in l. eam qui ephesi §. quod exigimus ff. de
const. pecun. vbi generaliter decidunt, omne genus
3 intercedentium quocũq; nomine nominetur posse
hanc exceptionem excussionis obijcere, per gene-
ralitatem tex. in d. §. 1. auth. de fideiuss. idem etiam
tenet Guil obseru. 28. lib. 2.

Attamen licet hoc de iure pateat in ea facti spe
4 cie, quæ nobis proponebatur, iudicatum fuit, atq;
decisum, cõstituenti tunc conuento hãc exceptio-
nem prodesse nõ posse, duabus potissimũ de cau-
sis. Primò, quod ille constanter pro alio debitore se
cõst. tuisse negauit, at quemadmodũ fideiussor, q
5 se negat fideiussorem perdit beneficium excussio-
nis, & beneficium cedendarũ, si postea probationi-
bus fideiussisse conuincatur, vt probat Marsil. in
tract. de fideiuss. nu. 19 & 322. ita ẽt ijsdem rationi
bus, qui se negat constituẽtem priuandus est eodẽ
beneficio in pęnã. s. mendacij, si de mendacio con-
uincatur quãquam obiter iudicatũ fuisse à Senat.
Pedem. testatur Thess. dec. 30. Secundo, q; excep-
6 tionem istam non opposuisset ante litem contesta-
tam, & si. n. permulti teneant eã posse opponi vsq;
ad sententiam diffinitiuam in vim peremptoriæ, p
gl. in l. 3. ff. de excep. vbi hæc exceptio dicitur esse
anomola, inter quos est Crauet. cons. 263. nu. 5. &
Gui. Pap. in dec. 432. nu. 10. tamen cõius receptũ est
eam esse dilatoriam exceptionem, & non perem-
ptoriã, sicq; opponendã esse ante litis contestatio-
nem, sic. n. post Bar. & Bald. tenet Negu. in tract. de
pign. in 1. memb. 8. par. princ. nu. 34. cum seq. & se-
cundum id esse refert iudicatum Guid. Pap. in d.
dec. 94. ad quam se remittit in d. dec. 432. atq; hoc
iure vtimur.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex cuius brachium imploratur non tenetur sta-
re processui implorantis.*
2 *Iudex imploratus potest videre processum, an ritè,
& rectè fuerit fabricatus.*
3 *Exequutor mixtus assumit partes Iudicis, amplia
num. 4.*
5 *Iudex imploratus potest super exceptionibus oppo-
sitis sententiare.*

Iudex cuius brachium imploratur, an possit cognoscere de exceptionibus oppositis ab eo contra quem imploratur.

DECISIO CXVI.

SVpponatur in facto, Reuerendiss. D. N. Vicarium ad instantiam cuiusdam Episcopi im-
partijsse suum brachium contra quendam reum
subdi-

subditum dicti Episcopi Neapoli degentem, eoq; carcerato, & ad instantiam eiusdem fuisse oppositas quasdam exceptiones contra eius Episcopum concernentes ipsius excarcerationem; fuit dubitatum, an dictus D. Vicarius potuisset de iure de su-
1 pradictis exceptionibus oppositis cognoscere, & fuit resolutum affirmatiuè, ex quo Iudex, cuius brachium imploratur, non tenetur stare processui implorantis, teste Afft. in prohęm. Constitu. Regni post mundi machinam in glo. in verb. gladij n. 58. per doctrinam Abb. & post eũ Imol. & cæterorũ in c. 1. extra de offic. Ordin. Bal. in auth. clerici C. de Episc. & Cler. Salyc. in l. ea quidem q. 10. C. de accus. Angel. in l. 1. C. de exhib. reis Ias. in l. magistratibus ff. de iurisd. omn. Iud. & latè Abb. in loco præalleg. vbi subnectit secus esse in alijs sententijs
2 in tantum Iudex cuius brachium imploratur dicere posset volo videre processum si ritè, & rectè fuerit iudicatum per ea quæ dixit Innoc. in d. c. 1. extra de offic. Ordin. & Andr. in dicto prohęm. & idem sequitur Balb. in dec. 88. incip. Iudex requisitus, & Gram. in cons. ciuil. 109. vol. 1. & optimé per Maran. in pract. in disput. 1. nu. 26. Item quia
3 dictus D. Vicarius vti Exequutor mixtus põt Iudicis partes assumere, l. & si non cognitio vbi Bal. latissimè ff. si contra ius vel vtilitate publicam, l. et C. de execut. rei iud. & Felyn. in cap. de cetero eod. tit. & in c. fi. vbi omnes de præsumpt. & facit quod voluit Anton. lib. 1. var. resol. c. 39. vbi dicit, quod D. Vicarius vti mixtus Executor iudicialiter potest cognoscere de exceptionibus propositis per dictum carceratum, & partes Iudicis omninò assumere, Fely. in cap. pastoralis nu. 16. de offic. deleg. & in d. c. de cetero nu. 2. vbi etiam Boich. Caualc. dec. 22. nu. 3. Menoch. de arbi. Iud. q. 28. nu. 4. Rota Rom. in nouissimis dec. 33. nu. j. p. 2. quod amplia-
4 tur licere etiam mero Exequutori secundum Ferrett. cons. 290. nu. 1. quod procedit in exceptionibus respicientibus excarcerationem, vt in casu nostro, non autem in respicientibus merita causæ, Surd. cons. 358. nu. 3. Rot. Rom. in nouiss. dec. 33.
5 nu. 1. par. 2. Quia addebatur dictum D. Vicarium posse quoq; super dictis exceptionibus sentẽtiare per cap. super literis de rescriptis, quod voluerunt Abb. in d. c. pastoralis §. quia vero nu. 3. Caualc. in d. dec. 22. nu. 3. Mising. obser. 93. centu. 4. Menoch. in d. q. 38. nu. 16. Rota Rom. in nouiss. in d. dec. 35. nu. 1. & dec. 203. nu. 1. p. 1. quicquid dixerit Felyn. in d. cap. de cætero nu. 2. & in d. c. fi. num. 34. cuius dictum intelligendum est in mero Exequutore.

SVMMARIVM.

1 *Practica Concilij vt patroni non molestentur in possessione in iurispatronatus probatione.*
2 *Decretum Concilij habet locum in possessorio, & petitorio.*
3 *Non dicitur adhibita causæ cognitio si nõ reperiatur fisci citatio.*
4 *Fiscus semper est citandus in probatione iurispatronatus.*

Ad effectum, vt patroni non molestentur ab eorum possessione in probatione iurispatronatus, an dicatur fuisse adhibita causæ cognitio, si in sententia canonizante iuspatronatus non reperiatur fiscus citatus.

DECISIO CXVII.

1 HOdie post Concilium Tridentinum cap. 9. sess. 25. non sufficit docere de quasi possessione, nisi doceatur de legitimo titulo; ratio est, quia per dictum Concilium derogatur non solum titulo, sed etiam quasi possessione cuiuscũq; iurispatronatus aliter acquisiti, quam ex fundatione, cõstitutione, vel dotatione, & ideo vt quasi possessio possit suffragari, est docendum de titulo legitimo, ita declarauit Sac. Conc. Trid. Congregatio, dicens: Hoc decretum Concilij habet locum
2 in petitorio, & in possessorio, vnde admittenda non est præsentatio, aut præsentati institutio facienda, nisi prius verificatio iurispatronatus ex decreto Concilij, quod etiam tenuit Rota in vna Reatin. Iurispatronatus 22 Octobris 1587. coram Robusterio, & in Auximan. iurispatronatus 25. Maij 1595. coram Illustrissimo Mellino tunc integerrimo Rotę Auditore, & alias supra, & in vna Romana Parochialis 21. Ianuarij 1600. coram Reuerendiss. D. Pacen. vbi fuit resolutum cessare manutentionem, & alia quæcumq; remedia possessoria, quandiù prætensus possessor iurispatronatus non docet de titulo, minimèq; posse talem possessionẽ suffragari aduersus reseruationem regulæ 8. Cancellariæ illam inficientis, qui enim prætendit suum iuspatronatus esse ex fundatione, dotatione, aut constructione probare tenetur, Mohedan. dec. 20. nu. 2. de iure patr. Caputaq. dec. 132 nu. 1. p. 2. vbi probatur quod ad effectum annullandæ pensionis ex eo quod fuit reseruata per beneficium iurispatronatus laicalis tenetur probare quod sit ex fundatione, vel dotatione, si verò semel vacatio contingerit, & patronus laicus, seu mixtus præsentauit, & coram Ordinario docuit de suo iurepatronatus, iuxta formam dicti Concilij, & præuia causæ cognitione, ac seruatis seruandis Ordinarius semel approbauit dictum iuspatronatus, & instituit præsentatum, tunc quamuis postea multoties idem beneficium vacare contingat, non tenetur amplius de titulo saltem in possessorio iudicio docere, licet de eodẽ iurepatronatus cõtrouertatur, sed sufficit patrono quasi possessio quam habet, & ita censuerunt Illustriss. Concilij Trid. Interpretes, dicentes: Item censuit Sacra Congr. non posse repelli à sua quasi possessione præsentandi si adhibita causæ cognitione super iurepatronatus post Cõcilium Ordinarius à patrono præsentatũ admisisset, et si post obitum eiusdem præsentati de validitate iurispatronatus contigerit dubitari, secus autem si simpliciter patroni præsentatio absq; causæ cognitione, admissa fuerit: & postea subdit eadem Sacra Congregatio: Item censuit tunc demum debere intelligi adhibitam fuisse causę cognitionem, in probando iurepatronatus, cum seruata fuerit forma à Concilio tradita, aliter namq; si in quacumque vacatione teneretur patronus de suo iurepatronatus, docere nunquam daretur litium finis

H 2 vt

vt in hoc proposito tradit Praxis Archiepiscopalis non autem sufficit docuisse de fundatione, vel dotatione ante Concilium, vt similiter dixit Sac. Congregatio Concilij.

Quibus sic suppositis pro præsentis articuli dilucidatione, cum fuisset dubitatum in Curia Archiepiscopali in causa probationis iurispatronatus quorundam Dominorum de Forma, & Caraccio
3 lorum, si ad effectum de quo supra dicatur, adhibita causæ cognitio si fiscus in sententia non reperiatur citatus, & fuit negatiuè resolutum, scilicet non esse manutenendos patronos in possessione virtute sententiæ latæ post Concilium ex quo non
4 apparebat de citatione fisci; fiscus enim semper est citandus, Bal. in cons. 39. vol. 1. Menoch. cons. 416. vol. 3. adeò vt sententia lata absente fisco, sit ipso iure nulla, vt est tex. in proprijs terminis loquens in l. velamento C. de postuland. vbi secundum Bald. ibid. absentia Aduocati non vitiat sententiam, fallit in Aduocato fisci, sequitur Monald. cons. 143. vol. 2. Bertaz. cons. 50. nu. 6. & seq. & proinde non dicitur in sententia adhibitâ fuisse causæ cognitionem, vbi fiscus non reperitur citatus, argum. text. in l. Iudices C. de iudic. & in l. ne quisquam §. vbi decretum ff. de offic. Proconf.

SVMMARIVM.

1 *Domino licet moderatè percutere seruum suum.*
2 *Abbas subsistente causa potest moderatè corrigere Monacos, idem in Barone nu. 3.*
4 *Baro malè tractans vasallos, priuatur eorum dominio.*
5 *Filius resistens patri, ipsumq. repercutiens, potest impunè occidi.*
6 *Clericus excedens modum in corrigendo, exulat per annum, & ita decisum refertur.*

Pœna Clerici excedentis modum in corrigendo eius famulum, quæ nam sit.

DECISIO CXVIII.

1 CVM de hoc articulo disceptaretur in Tribunali nostræ Curiæ Archiepiscopalis, dicebam, Domino esse licitum moderatè percutere, & castigare eius famulum, vt est videre penès Alexand. in consil. 75. volum. 2. prout licita est Præceptoris leuis, & moderata correctio, & castigatio discipulorum, l. & si quæcumque §. fin. cum l. seq. ff. ad leg. Aquil. cum ibi notat. per Bald. Bart. & Floria. de quibus meminit Neuizan. in consil. 75. num. 5. & vide Gail in obseru. 105. num. 6. lib. 2. & Abbas quoque subsistente
2 causa potest moderatè corrigere, & castigare eius monachum, iuxta notata in cap. vniuersitatis, & in cap. cum voluntate §. fin. de sentent. excommunic. & idem est in Barone cui similiter permissa est moderata castigatio vasallorum, vt dicit Afflict. in Constit. Regni vt dignitatum in fin. nu. 5. quod tamen intelligendum est cum magno moderamine, alioquin Baro male tractans nimis vasallos, eorum iurisdictione priuatur, iuxta decision. Grammar. 104. Gail obseruat. 17. lib. 1. Guid. Pap. dec. 62. Viui dec. 437. Thesaur. Iun. in quæst. forens. 53. lib. 3. & patri non prohibetur filium verberare, & castigare, Alciat. de præsumption. regul. 1. præsumpt. 3. post Angel. in l. prætor edixit §. præterea num. 3. ff. de iniur. qui dixit per illum textum, quod filius debet substinere omnia verba, quantumuis iniuriosa à patre prolata, & idem dixerunt Boss. in titul. de iniur. sub num. 2. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. cas. 364. num. 3. &
5 seq. immò si filius resisteret patri eum verberanti, ipsumque repercutiat, potest impunè occidi, vt refert Marsil. in pract. criminal. in §. aggredior num. 79. & seq. Carrer. in eius pract. §. circa num. 71. & seq. vnde in facti contingentia refert Clar. in quæst. 56. versic. primo etiam, fuisse absolutum per illum Senatum quendam qui filium corrigendo eum interfecerat; sed quando ex nimio excessu appareret magna patris inhumanitas, tunc non transiret absque pœna, iuxta considerationem Baiard. ibid. in addit. ad ipsum Clarum in dicta quæst. 56. num. 7. & seq. per ea quæ dixit Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 364. num. 15. immò si pater filium intolerabili iniuria afficeret, quamuis contra eum iniuriarū actione agi nequeat, per text. in l. prætor edixit §. præterea ff. de iniur. nihilominus posset filius Iudicis officium implorare, & patrem cogi facere ad eū emancipandum, l. fin. ff. si quis à paren fuer. manumiss. §. fin. institut. de noxal.

Ex his igitur Curia Archiepiscopalis decreuit Clericum, qui excederat modum in corrigendo quemdam eius famulum, (nam ei fregerat caput) debere exulare per annum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia regulariter non probat sine processu, & actis.*
2 *Sententia transacta in rem iudicatam est standum.*
3 *Sententia antiqua maximam facit præsumptionem.*
3 *Sententia non probat, sine actis, iuspatronatus, nisi sit antiqua.*
5 *Sacrum Consilium Neapolitanum declarauit sententiam antiquam à 40. annis supra.*
6 *Decisio Curiæ Archiepiscopalis.*

Sententia quando dicatur antiqua, ad effectum, vt ex ea absque productione actorum canonizetur iuspatronatus.

DECISIO CXIX.

1 REgulariter sententia non probat sine processu, & actis quia appellans potest dicere se non fuisse citatum & propterea quod sen-
2 tētia sit nulla, per doctrinam Castr. in l. qui ad ciuilia de appell. vbi dicit, quod ille, qui petit reuocari sentētiam, sufficit, quod producat appellationem

sed

sed ille qui petit confirmationem sententiæ debet
producere processum, & ita fuit tentum coram
Reomano 5. Decembris 1552. in vna Barchinon.
Beneficij S. Michaelis teste Caputaquen. dec. 128.
quare in Curia Archiepiscopali in causa proba-
tionis iurispatronatus quorundam Dominorum
de Caracciolis fuit dubitatum, an supradicta cō-
clusio procederet quoties produceretur sententia
40. retro annis lata, si dicatur antiqua ad effectum
vt amissis actis posset verificari iuspatronatus ex vi
eiusdem sententiæ, in qua dubitatione dicebatur,
Innoc. in cap. cum in iure vers. de mandato de off.
2 deleg. voluisse, standum esse sententiæ translatæ in
rem iudicatam, sequitur Gabr. cons. 95. quorum
sententiam amplexam fuisse Rotam testatur Fab.
dec. 293. par. 3. diuers. & iterum in dec. 301. de pro
bation. in nouis, maximè si pateat aduersarium
fuisse præsentem, & non contumacem, Cresc. dec.
10. de sentent. & re iud. Balb. dec. 93. vnde quanto
magis si sententia esset á 40. annis lata, cum tran-
seat in rem iudicatam spatio decem dierum, cap.
quoad cōsultationem, & cap. quoad monasterium
de sent. & re iud. item dicebatur, maximam esse
præsumptionem, quæ resultat ex sententia, cap. in
præsentia de renunc. l. ad ciuilia C. de prob. Rolan.
cons. 33. vol. 1. maximè cum est de antiquo lata
Mascard. de prob. concl. 1316. facit enim de albo
nigrum, & de rotundo quadratum, Ias. in rubr. de
sent. & re iud. Cagnol. Dec. & reliqui communiter
in l. in re iudicata ff. de reg. iur. & præsumitur la-
3 tam fuisse præcedente causæ cognitione, Benin. de-
cis. 2. Cassad. dec. 2. de probation. & in decis. 3. de
procurat. Put. dec. 338. lib. 2. & Rota in vna Neapo
litana Rectoriæ 19. Decemb. 1619. coram Attem-
bergo, voluit sententiam non probare iuspatrona-
4 tus sine actis, nisi sit antiqua, & antiquam existima
runt Domini quoties 40. retro completis annis la-
ta reperiretur, vt voluit etiam Grammat. in sua
pulcherrima dec. 24. vbi refert Sacrum Consilium
5 Neapolitanum habuisse pro absoluto, sententiam
non probare acta, nisi quando est antiqua, & anti-
quam declarauit à 40. annis supra, & eandem
sententiam tenuit Grat. tom. 2. discept. forens. cap.
310. à num. 90. loquens in proprijs terminis pro-
6 bationis iurispatronatus, & ita censuit Curia Ar-
chiepiscopalis Neapol.

SVMMARIVM.

1 *Iurapatronatus ex priuilegio hodie sunt sublata per Concilium Tridentinum, limita nu. 4.*

2 *Regula 8. Cancellariæ comprehendit iuspatronatus laicale, ex priuilegio.*

3 *Concilium substulit omnes patronatus continentes clausulam, regulentur, ac si competerent ex vera fundatione.*

Iurapatronatus ex priuilegio hodie sunt sublata per Concilium Tridentinum.

DECISIO CXX.

IN causa probationis iurispatronatus cuiusdam
Oppidi huius Diœcesis Neap. allegantis se habere
dictum iuspatronatus ex priuilegio; fuit resolutū
in Curia Archiepiscopali, dictum iuspatronatus
non competere Vniuersitati dicti Oppidi, ex quo
apparebat ex priuilegio sibi fuisse concessum, &
de iure Conc. Trident clare patet ex sess. 24. can. 9
1 ita loquentis: [Reliqui patronatus omnes in benefi
cijs tam sæcularibus, quam regularibus, seu Paro-
chialibus, aut dignitatibus, aut quibuscumque alijs
beneficijs in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia
seu facultates, & priuilegia concessa tam in vim
patronatus, quam alio quocumq; iure nominandi,
eligendi, præsentandi ad ea cum vacāt, exceptis pa
tronatibus super Cathedralibus Ecclesijs compe-
tentibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, &
Reges sua Regna possidentes, aliosq; sublimes, &
supremos Principes iura Imperij in dominijs suis
habentes pertinent, & quæ in fauorem studiorum
generalium concessa sunt in totum prorsus abro-
gata, & irrita cum quasi possessione inde sequuta
intelligantur.] & etiam fuit dictum non compe-
tere, quia tales patronatus nō sunt verè, & propriè
patronatus, ex quo ante Concilium etiam include-
bantur in reseruationibus, Cassad. dec. 4. nu. 5. de
probat. & dec. 7. num. 5. de iurepatr. Aym. cons. 63.
Æneas de Falcon. de reseru. q. 4. effect. 14. vers. idē
si iuspatronatus competit ex priuilegio, Roch. de
Curte de iure patron. verb. honorificum q. 3. n. 12.
Couarr. plures adducens in pract. quæst. c. 36. n. 6.
Paris. de resign. lib. 2. q. 4. num. 51. & quod regul. 8.
2 Cancell. etiam comprehendat in sua reseruatione
beneficia de iure patronatus laicali, quæ sūt ex pri-
uilegio; fuit in specie resolutū in vna Pamphilon.
Parochialis de Zigaq; 18. Iunij 1555. coram Achil-
le, & postea in Cæsaraugustana Parochialis 10. Iu-
nij 1596. coram Gipsio, & nouissimè in vna Cæsa-
raugustana Parochialis de Mense Iunij anni 1603.
coram Illustris. Cardinali Pāphilio, & in Firmana
beneficij 13. Maij 1596. coram eodem, ac nouis-
simè in vna Cōpsana iurispatronatus 23. Ianuarij
1604. coram Litta, & in alia Valentina Parochialis
de Carlett. 4. Iunij 1602. coram Lancellotto, Rota
Diuers. dec. 415. lib. 3. pa. 3. est etiam addendum ex
3 verbis dicti Concilij, quod fuerunt sublati omnes
patronatus quamuis contineant clausulas, quod
habeantur, & regulentur perinde ac si cōpeterent
ex vera fundatione, & dotatione cum alijs clausulis
efficacissimis, & ita sæpius fuit decisum, & pluries
declarauit Sac. Conc. Trid. Congregatio, & ratio
est, quia dictū Conc. Trid. substulit omnia priuile
gia tam in vim patronatus, quam alio quocumq;
modo concessa, vt ostēditur ex supradictis positis
verbis, vnde nihil operantur clausulæ concessionū
maximè ponderando illa verba [tam in vim patro
natus] quæ veniūt in indiuiduo ad destruendā illā
clausulam priuilegiorum, videlicet, quod habean-
tur perinde, ac si competerent ex vera fundatione
& dotatione, quia negari non potest, quod tale ius
patronatus re vera sit ex mero priuilegio.

Limitauimus tamen supradictam cōclusionem
4 non procedere quotiescumq; appareret iuspatro-
natus cōcessum fuisse ex priuilegio ex causa one-
rosa, quia tunc seruari debet, vt censuit Rot. in vna
Valentina de consentayna coram Illustris. Sera-
phino, vt testatur idem in dec. 907. par. j.

SUMMARIUM.

1 *Sacrum Concilium in probatione iurispatronatus, testibus non confidit.*
2 *Acta publica dicuntur authentica documenta ad effectum probandi iuspatronatus.*
3 *Appellatione publici documenti continentur testes, & praesumptiones.*
4 *Iura multum credunt rebus in processu productis.*
5 *Copia licet non probet tamen reperta in actis bene probat.*
6 *Refertur decisio Rotae Romanae.*

Attestationes testium in actis redactę, an dicantur scripturae authenticae, ad effectum probandi iuspatronatus, virtute Concilij Tridentini.

DECISIO CXXI.

FVit dubitatum in Curia Archiepiscopali in causa probationis iurispatronatus quorundam Dominorum de Forma, an titulus iurispatronatus, dicatur sufficienter probatus iuxta formam Concilij Tridentini sess. 25. can. 9 per attestationes testium in actis redactas, & proinde an dicantur scripturae publicae ad effectum de quo supra, & dubitationem faciebant trad ta per Gonzalez super glos. 18. super regul Cancell. vbi Sac. 1 Côc. Trid. in probationem iurispatronatus noluit confidere testibus, sequitur Rot. in decis. 199. p. 2. diuers. Marescot. lib. 2. var. resol. c. 16. Grat. lib. 2. discept. forens. c. 310.

Caeterum contrarium fuit resolutum, ex quo 2 acta dicuntur publica, l. acta vbi DD. ff. de re iud. l. 2. ff iudicatum solui, l. census ff. de prob. & proinde acta publica dicuntur authenticae scripturae, vt voluit Iaf. & reliqui communiter in auth. si quis in aliquo C. de eden. ita quod propter illa probatur iuspatronatus iuxta formam Concilij, secundum quod, & eleganter tradit Menoch. in cons. 336. vol. 4. p r doctrinam Ang. in l. fi. C. de edict. D. Adria. tollen. appellatione enim publici 3 documenti, nedum instrumenta, verum etiam testes, & praesumptiones contineri docuit glo. in c. 1. vbi Ar. hid. de except. in sexto, & ita probari iuspatronatus, tenuit Rot. in vna Lucana plebis 23. Martij, & 22. Iunij 1590. coram Gipsio, prout est decis. 542. inter recollectas à Farinac. & iterû censuit Rot. in vna nullius patronatus 2. Maij 1588 coram Pamphilio, quarum decisionum ratio, iudicio meo 4 esse potest, quia iura multum tribuunt rebus in processu productis, hinc est quod licet copia nullâ fidem faciat, Verall. dec. 334. par. 1. tamen copia 5 reperta in actis bene probat, vt censuit Rot. teste Moheda. in dec. 33. de fid. instrum. cuius tenor est: 6 (In causa Cracouien. Canonicatus, & praebendae coram me fuit petita declaratio censurarum in fauorem Michaelis, & contra Benedictum intrusum, & cum ad declarationem de stylo esset necessaria executorialium intimatio, de quarum intimatione solum constabat per copiam intimationis originalis in actis causae repertam, & non per inrimationem originalem, & etiam per Notarij testificationem quem fecit examinari super amissione registri, constabat quod non fuit repertum. Dubitarunt Domini an haec esset probatio sufficiens ad declarationem incursus censurarum, & omnes vnanimiter determinarunt, quod sic, quo stante 15. Iulij 1538. fuit per me causa expedita, & declaratio facta censurarum contra Benedictum intrusum.

SUMMARIUM.

1 *Magistri Ecclesiarum remittentes laudemia futura absque assensu Apostolico incidunt in censuras.*
2 *Regula quod est in spe, non est in re, fallit in rebus Ecclesiae.*
3 *Non potest fieri cessio iurium litis rerum Ecclesiae absque assensu Apostolico.*
4 *Acquirenda quae transeunt in Ecclesiam, ipso iure non potest Praelatus remittere absque assensu.*
5 *Debitor tenetur facere quod potest pro soluendis debitis.*

Laudemium futurum debitum Ecclesiae, an possit remitti absque assensu Apostolico.

DECISIO CXXII.

SVpponatur in facto quemdam emphiteutam Ecclesiae velle alienare quaedam bona emphiteotica, seu redditiua ipsi Ecclesiae, & vt maius pretium habere consequi valeat, & ad effectum vt illa liberè vendere possit absque solutione laudemij petijt ab eadem Ecclesia, vt remitteret sibi laudemium futurum, quare fuit dubitatum num huiusmodi remissio de iure veniret subsinenda, & censui in quadam causa mihi commissa nullo pacto fieri potuisse, & in casu quo Magistri 1 Ecclesiae remitterent absq; assensu Apostolico incide ent in censuras Extrauag. Ambitiosę, mouebar ad hâc opinionem sectandam, quod licet hic, quod est in spe, non sit in re, l. spes C. de donation. Alexan. cons. 90. vol. 1. Alciat. cons. 27. & Monald. cons 62. adeo quod ius in spe dicatur ius imaginarium, l. in suis vbi latè Bald. ff. de liber. & posthum. & proinde antequâ celebretur venditio rei reddititiae Eccl. siae laudemiû non debeatur eidem Ecclesiae nisi in spe, & propterea posse fieri de illo transactionem absque assensu Apostolico, tamen non procedit hoc in rebus Ecclesiae, in quibus sola 2 spes habetur in consideratione, l. qui actionum ff. acquir. rer. dom. vbi qui actionem habet ad rem ipsam rem habere videtur, vnde non potest fieri 3 cessio iurium, & actionum litis, & causae rerum Ecclesiae, quia est species alienationis, Abb. in c. 1. nu 8. de depos. cap. cû pridé nu. 4. de pact. & in cap. nulli n. 9. de reb. eccl. nô alien. Armill in verb. alienatio n 15. facit l. bonorum la prima ff. de verb. & rer. signif quos sequitur Quaran. in verb. alienatio 4 nu. 21. & proinde nô solum in acquisitis, sed etiam in

in acquirendis, quæ transeunt in Ecclesiam ipso iure, iux. l. si C. de sacrosf. eccl. vt non possint à solo Prælato absq; solemnitate remitti, Anch in cap. vt super de reb eccl. nõ alien. & in c. 1. eod. tit. Rip. in l. si vnquam q. 2. C. de reuoc. don. Molin. de iust. & iur. disp. 465. licet contrarium teneant Feder. de Sen. consf. 9. Lap. alleg. 25. Abb. in cap. tua nu. 9. de his quæ fiunt à Pral. sine consens. Cap it. in cap. 1. num. 21. de dol. & contum. in cap. potuit nu. 15. de locat. & in cap. quoniam de decim. Geminian. & Franch. in c. 1. de reb eccl. non alien. in sextò, Socc. in reg. 110. num. 6. & in l. legatum de leg. 1. Affl. in cap. vnic. §. iterum num. 6. de capit. Corrad. Sil. in verb. alienatio num. 18. & Armill. num. 17. & hanc esse magis commuuem opinionem dicunt Ias. & Rip. in d. l. legatum, Felyn. in cap. in præsentia sub num. 57. vers. 10. de prob. Rolan consf. 15. num. 23. de Franch. dec. 14. sub nu. 16. Sed verior, & tutior est prima opinio, quam dicit Alex. in d. l. legatum esse magis communem, eamq; tenuit Molin. de contract. disp. 468. nu. 11.

Neq; obstat dispositio Paulinæ in repudiatione, vel remissione legati, seu hæreditatis, ac rei Ecclesiæ non incorporatę, quia remissio nõ est alienatio, l. alienationis ff. de verb. sign. & Pralatus, seu beneficiatus potest pręiudicare Ecclesię in acquirendo, Ias. in l seruus nu. 2. C. de pact. & in l legatum ff. de legat. 1. tamen tenetur Ecclesiæ resarcire damnum, glo. in cap. 2. in verb. aut neglectum 12. q. 4. Abb. in cap. ad præsentium de pignor. Silu. in verb. immunitas 1. nu. 12.

Non tamen incurrit pœnas Paulinæ, argumen. cap. odia de reg. iur. in sextò, facit tex. in l. qui autẽ ff. quæ in fraud. cred. Couarr. in cap. Raynaldus §. 30. de testam. Bald. in l. maximum vitium nu. 11. C. de liber. præter. quem refert Angel. in verb excommunicatio primo nu. 20. Sed hæc procedunt in foro exteriori, non autem interiori, quia facere
5 tenetur debitor id quod potest pro soluendis debitis iustis, Per. Nauar. lib. 3. de restit. c. 1. nu. 13. si tamen Prælatus pro iusta causa ob scandalum vitandum omisisset acquirere, non tenetur, quia Ecclesia potius debet pati damnum temporale, quam permittere scãdalum animarum fidelium, S. Thom. & ibi Gaietan. 2. 2. quæst. 43. art. vltimo in respon. ad 3. in fin. Quando verò esset res communis Prælato, & Ecclesiæ, seu Capitulo, non potest in præiudicium Capituli renunciare, Iul. Clar. in §. emphiteusis q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Inter impugnare, & acceptare datur medium sicut inter velle, & nolle.*
2 *In multis impugnare est approbare.*
3 *Vbi voluntas præsentanti est necessaria sufficit quæcumq; simplex declaratio animi.*
4 *Voluntatis mutatio in dubio non præsumitur.*
5 *Acceptatio præsumitur eo ipso quod præsentatus habuit notitiam beneficij.*
6 *Acceptare beneficium est actus delectabilis.*

Præsentatus per constitutionem Procuratoris ad petendam institutionem, & ad omnes actus, an censeatur acceptasse præsentationem.

DECISIO CXXIII.

IN causa Reuer. D. Petri Berini fuit dubitatum si non apparente acceptatione eiusdem præsentati de beneficio iurispatronatus, ad quod præsentatus erat, censeatur acceptasse, si apparet eumdem constituisse procuratorem ad petendam institutionem, & ad omnes actus: Et dictum fuit per Dominos Curiæ Archiepiscopalis ipsam constitutionem procuratoris habere vim
1 acceptationis, cum inter approbare, & impugnare detur medium, sicuti inter velle, & nolle, Bart. in l. iam dubitari ff. de hæred. instit. Innoc. Ioa. Andr. & alij in cap. prudentiam §. 6. de offic. deleg. Dec. in l. eius est nolle num. 6. ff. de reg. iur. sic etiam inter bonam, & malam fidem est medium, secundum Bart. in l. sed si lege §. scire, & ibi Castr. ff. de petit. hæred. cum alijs quos allegat Surd. in consil. 115. num. 6. & possunt simul stare quod inuito non acquiritur donatio, & tamen
2 non requiratur acceptatio; immò in multis non impugnare est approbare, Bart. in l. quo enim ff. rem rat. hab. & vbi etiam voluntas præsen-
3 tati accedere deberet, foretque necessaria, non tamen requireretur formalis acceptatio, sed sufficeret quęcumque simplex declaratio animi, quæ fieri potest quandocumque, Ang. in l. cum proponas col. 1. vers. quid autem si non appelletur C. de bon. author. iud possid. Dec. in cap. pastoralis in fi. de except. Natt. consf. 174. num. 20. Roland. consf. 2. num. 173. volum. 1. præsumitur enim præsentatum semper habuisse eandem intentionem, ex
4 quo voluntatis mutatio in dubio non præsumitur, l. eum qui ff. de probation Natt. consil. 176.
5 nu. 5. Becc. in consf. j. nu. 24. nam acceptatio præsumitur eo ipso, quod supponimus præsentatum habuisse notitiam beneficij, ad quod fuit præsen-
6 tatus, quia actus est delectabilis, argum. eorum quæ dicit Dec. in consf. 58. post Ruyn. Paris & alios vbi scientia deducit à sanguinis coniunctione, cohabitatione, & alijs concurrẽtibus in facto nostro.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet potest facere in re sua quod sibi placet.*
2 *Quælibet res præsumitur libera.*
3 *Parochi non possunt compellere Parochianos, vt portent culturam suam.*
4 *Baro non potest prohibere vasallos ne molant in alijs molendinis.*
5 *Quæ facultatis sunt non possunt præscribi.*

Parochi an habeant ius culturæ cum facultate prohibendi.

DECISIO CXXIV.

A Tempore Illustrissimi Cardinalis Octauij Aquauiuæ Archiepiscopi Neap. fuit in obseruantia, vt Parochi haberent propriá cultram supponédam in bara mortuorum quádo cadauer ducebatur ad sepeliédum, cum taxatione vt hæredes mortuorum deberent soluere certam pecuniæ quantitatem pro ipsa cultra: quæ obseruátia durauit spatio 10. annorum; sed cum superioribus diebus fuisset dubitatum apud Illustriss. D. Archiepiscopum præsentem, an Parochi virtute huius obseruantiæ habeant ius cultræ tamquam vnum ex iuribus Parochialibus, ad effectú vt possint prohibere hæredes mortuorum, ne proprias cultras (si habent) vel alienas assumant; fuit nega-
1 tiuè resolutum ex regula iuris, quemlibet posse facere in re sua quod sibi placet, l. fluminum cú seqq. ff. de damn. infect. l. altius C. de seruit. cum similib. quos ad hoc citat Guid. Pap. dec. 290. Osasc. dec. 17 Capyc. dec. 209. Thesaur. decis. 16. quæ regula ha-
2 bet præsumptionem iuris, quia quelibet res præsumitur libera, prout vltra vulgares text. habetur in l. si pares ff. de nou. op. nunc. quem allegat Bal. in cap. significante in princ. de appell. & habet etiam præsumptionem iuris ciuilis, & canonici, quia Pa-
3 rochi non possunt cópellere homines suos vt conducant cultras suas, arg. eorum quæ scripsit Socc. in cons. 272. vol 2. Brun. cons. 56. Boer. dec. 125. & innumeri alij, quos refert, & sequitur Ann. cós. 103 prout nec etiam posset Archiepisc. vt di. imus de
4 Principe, qui non potest prohibere subditos ne molant in eorum molendinis, Burs. cons. 32. nu. 18. & de Barone qui non potest vasallis suis furnorum, & molendinorum constructionem prohibere.

Nec obstat, quod per tanti temporis spatiú soliti hæredes defunctorum accedere ad conducédas dictas cultras corúdem Parochorum, vt postea cogi possint ad illas conducendas, quia respondetur
5 quod cú prædicta sint meræ facultatis, non possunt præscribi, l. 1. C. de annal. excep. arg. eorum Iacob. in tract. feud. in vers. & cum molendinis; Bertra. in cons. 49. & in cons. 200. nu. 1. vol 3. Brun. in cós. 56. Paris de reinteg. fol. 12. Boer. dec. 125. Bal. in l. j. col. 1. C. de seruit. & aqu. Socc. in cons. 272.

SVMMARIVM.

1 *Testes domestici, & familiares repelluntur, fallit num. 2.*
3 *Quis non potest producere in testem familiarem domesticum vxoris suæ, quia suus familiaris est, item procedit in familiare patris nu. 4.*
5 *Homo hominis mei, homo meus non est.*

Familiari familiaris impetrantis monitorium, an sit credendum reuelanti.

DECISIO CXXV.

FVit dubitatum in Curia Archiep. an sit credendum familiari familiaris impetrãtis monitorium reuelanti, in quo articulo diceba-
1 tur, quod regulariter testes domestici, & familiares repelluntur, tex. est in l. etiam, & ibi notant omnes C. de testib. etiam iure ciuili (inquit Imperator ibi) Domestici testimonij fides improbatur, item tex. in l. 1. §. ad quæstionem, & ibi post alios Marsf. ff. de quæst. Ad quæstioné (inquit ibi Vulpia. I.C.) nó esse prouocandos eos, quos accusator de domo sua produxerit. Quod & idem cauit Iur. Cons. in l. testes eos ff. de testib. canonizata in cap. si testes §. testes 4 q. 3. cap. in literis, & ibi pariter notant oés C. de testib. & hanc conclusionem comprobarunt Iodoch. in pract. crim. rub. de reprob. test. c. 50. n. 5. Diaz reg. 46. in princ. Mascar. de prob lib. 1. concl. 533 nu. 1. & lib. 3. concl. 1357. nu. 47. & hæc conclusio sine dubio communiter ab omnibus, & passim recepta est, nó solum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus, quicquid in contrarium tacitè sensisse videatur Marsil. in testibus de vniuersitate loqués in d. l. 1. §. seruum municipium nu. 4. ff. de quæst. Ta-
2 men fuit dictum supradictam conclusionem minimè procedere in familiari familiaris, licet enim familiaris partis repellatur à testimonio, nó tamen repellitur familiaris familiaris eiusdem partis, fuit singulare dictum Innoc. in cap. insinuante ext. de offic. deleg. quem sequuti sunt Bald. Anch. Ant. de Burr. & alij plures in locis relatis per Corset. in suis sing. verb. testis 20. incip. licet domesticus, allegans, & adducens in id tex. in l. 1. C. si quacumque præditus potest. in verb. Vicario cópetat, vbi probatur, quod si Iudex ordinarius recusatur suspectus poterit nihilominus eius Vicarius esse Iudex, ita pariter licet Dominus non possit producere in testem suum familiarem, ac domesticum tamquam suspectum, nó tamen prohibetur producere familiarem familiaris suis, quod & idem etiam affirmarút Aufr. de reprob. test. verb domestici post n. 34. Diaz reg. 476. in 17. fallen. Móticel. in repert. test. verb. domestici fol. 18. col. 2. vers. 5. & 6. vbi tamen
3 declarat, hoc non procedere in domestico vxoris meæ, qui etiam dici pót meus domesticus, & ideo & ipse repellitur sicut vxor, Mascar. de prob. lib. 2. concl. 747. nu. 4. & lib. 1. concl. 533. nu. 10. vbi pariter post Ioa. Fabr. quem allegat in §. in testibus in fin. instit. de testam. & Aufr. ad Cappel. Thol. dec. 4
4 etiam in fi. declarat hanc limitationem procedere in familiari patris mei, qui etiam dicitur familiaris meus, & repellitur sicut pater, facit etiam pro hoc
5 regula illa satis vulgata, quod homo hominis mei homo meus nó est, de qua in l. Modestinus, & ibi glo. & DD. ff. de verb. sign. & socij mei socius, socius meus non est, l. consilij §. socij mei ff. de regul. iur. & vasallus vasalli mei, vasallus meus nó est, secúdum communem quam pluribus post alios cóprobat Osasch. cons. 64. nu. 54. & Ita pariter domesticus, vel familiaris familiaris mei, familiaris meus non est.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio fieri debet re integra.*
2 *Præsentatio facta de absenti non acceptata intra tempus datum ad præsentandum, est inualida.*
3 *Referuntur verba duarum decisionum Rotæ Rom.*

iuxta

iuxta quae iudicauit nostra Curia Archiepiscopalis, num. 4.

Praesentatio non acceptata à praesentato intra tempus datum ad praesentandum, an sit valida.

DECISIO CXXVI.

1 ACceptatio fieri debet re integra, Bart. in l. si vxor §. si quis vxorem ff. de adult. Dec. conf. 460. in fi. Neuiz. conf. 15. nu. 19. Natt. conf. 315. nu. 2. Rolan. conf. 78. nu. 24. volu. 3. & debet expediri intra tempus, quo principalis actus poterat fieri, l. bonorum vbi Bar. & alij ff rem rat. hab. Bar. in l. si is qui pro emptore n. 4. ff. de vsucap. Surd. in cons. 157. nu. 17. & hinc est, quod post mortem donantis res definit esse integra, & non posset donatio fieri, ergo nec acceptari, & quod acceptatio fieri non posset post mortem vnius ex contrahentibus dicunt, Bar. Ang. & alij in d. l. bonorum in fi. Natt. conf. 179. nu. 7. decis. Pedem. 119. nu. 23. Becc. conf. 66. num. 23. & in terminis, quod euanescat donatio, vno ex contrahentibus decedente ante acceptationem voluit Castr. conf. 179. & cós. 195. volu. 2. & eum sequitur Socc. Dec. Curt. Iun. Ruyn. Paris. Socc. Iun. Alcia. Rub. Grat. Bertrand. Caffan. Cagnol. Tiraquell. Natt. Plot. & Alban. quos citat & sequitur Cephal. latè defendendo hác
2 opinionem in conf. 340. nu. 30. & seq. vnde Rota in vna Regien Prioratus 14. Decembris 1587. coram Pamphilio tenuit, praesentationem factam de absente non acceptatam intra tempus datum ad praesentandum esse inualidam, cuius decisio-
3 nis tenor est: Domini steterunt in resolutis, quod praesentatio facta de Fratre Raphaele nó subsistat, quia non fuit acceptata infra quadrimestre datum patronis ad praesentandum, prout requiritur, cum
5 acceptatio sit pars praesentationis, & ante illam praesentatio non dicitur perfecta, Card. in c. fin. de iure patr. Lamb. lib. 2. p. 2. q. 5. art. 2. sub nu. 2. Neque obstat, quod praesentatio possit fieri de absente noto Episcopo in vltimo die, seu hora quadrimestris quia hoc intelligitur, dummodo eodem tempore constet etiam de consensu, & acceptatione ipsius praesétati, saltem per literas, vel per procuratorem, quod sufficit, Lamber. lib. 2. 1. p. 1. q. 9. art. vlt. Quae dicuntur de lite non placuerunt Dominis, quia non reperitur, quod lis impediat acceptationem praesentationis, & è contrario allegata procedunt in diuersis terminis, vt hic per Informantes pro D. Camillo, cum quibus transierunt Domini, & alias in eadem Prioratus Veneris 26. Iunij 1587. vbi in sequentibus, verbis ait: Fuit resolutum praesentationem factam de Fratre Raphaele non suffragari, quia facta fuit de ipso absente, vt per glo. in clement. dudú in verb. praesentare de sepult. not. Abb. in cap. ea noscitur sub nu. 3. de his, quę fiút à Prael. cum alijs alleg. & fuit resolutum de Mense praeterito in causa beneficij de Lóbarda coram Orano, praesertim quia nec ab ipso Fr. Raphaele fuit intra tempus datum ad praesentandum ratificata, Card. in cap. fin. vers. quęro quia dixi de iure patr. Abb. conf. 67. nu. 3. lib. 2. Rota in nouis decis. 3. de iure patron. Lambert. lib. 2. par. 1. q. 10. art. 5. & par. 2. q. 5. art. 2. nec per ipsum Ordinarium admissa, d. conf. 76. sub nu. 2. & licet soleat sustineri praesentatio de absente vbi alius praesentatus est, aliter notus habenti illum instituere, vt examinari non egeat, vt notant DD. allegati, & Lambert. d. q. 11. art. 3. & tenuit Rota coram Illustris. Cardinali Alexandrino 16. Maij 1583. seu 1587. in vna Valentina beneficij, hoc tamen intelligit sequuta acceptatione à praesentato infra tempus, & admissione Ordinarij, vt erat in casu dictae decisionis, vbi ét concurrebat perfecta notitia ipsius praesentati, ex quo fuerat ordinatus ab ipso Ordinario, quod deficit in hoc casu, vbi non probatur talis notitia Epi Regiensis de Fr. Raphaele, vt absque alio examine potuisset institui, prout requiritur ex Abb. d. conf. 76. Lamber. d. q. 11. art. 3. imò potius praesumitur ignorantia, ex quo Raphael tamquam Canonicus Regularis Ordinis S. Augustini, & sic exemptus à iurisdictione Ordinarij, non est de quibus suis, Lambert. d. art num. 7. Accedit quod notitia sufficit vbi examinatio est omnino necessaria, prout in praesenti casu in quo agitur de Ecclesia Parochiali & datur cócursus plurium praesentatorum, vt fuit dictum die 11. Maij praeteriti in causa Astoriensis Parochialis coram Gipsio, vt notat Lamb. d. q. 11. art. 3. nu. 5. & 9. ex quibus colligitur responsio ad omnia in contrarium deducta, quae etiam benè
4 tolluntur per Informantes pro D. Camillo, & ita fuit conclusum: Et iuxta has decisiones fuit conclusum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, cum in magna Dominorum controuersia à me fuerunt allegatae, & ideo inserui.

SVMMARIVM.

1 *Vsurpatio non praesumitur, data paritate Magnatum.*

2 *Authentica documenta dicuntur illa, quorum probatio nititur authentice, & manifesta.*

Vsurpatio, an praesumatur in iurepatronatus, data paritate Magnatum, & Antistitum Ecclesiae.

DECISIO CXXVII.

1 FVit resolutum in Curia Archiepiscopali, dispositionem Concilij Trid. sess. 25. c. 9. qua cauetur iuspatronatus Vniuersitatis, & Magnatum praesumi vsurpatione quaesitum, locum minimè habere data paritate Magnatum, & Antistium Ecclesiae, & hoc per decis. Rotae in vna Toletana iuris praesentandi 9. Martij 1582. cuius tenor est: [Proposui causam Toletanã iuris nominandi inter Illustris. Cardinalem Toletanum, & Illustris. Ducem de Beiar, videlicet, an probetur quod ab immemorabili tempore Ducis de Beiar habuerint ius nominandi Rectores in Ecclesijs, de quibus agitur, & sufficiat, & Domini dixerunt ex dictis testium super immemorabili esse fundatam inten-

intentionem Illustriss. D. Ducis, quod etiam fatentur Scribentes pro Archiepiscopo, an autem hæc sufficiat, Domini fuerunt concordes, quod in Domino Duce cesset præsumptio vsurpationis attenta qualitate ipsius, & prædecessorum, quam probant testes Regni, & Diœcesis, cum non sit verisimile Archiepiscopos Toletanos, quorum potentia, & auctoritas notissima est, passos fuisse, vt eorum iura vsurparentur: Quod enim dicitur ab istis Magnatibus præsumi iura Ecclesię vsurpata, procedit, vbi non datur concursus potentiæ, & auctoritatis in Rectore Ecclesiæ, secus si Rectori sit æqualis, vel maioris auctoritatis, quo stante non intrat dispositio Concil. Trid. sess. 25. cap. 9. & iterum in vna Bononiens. iurispatronatus Lun. 20. Martij 1589. vbi dicitur in his proprijs verbis, Domini, pro maiori parte tenuerũt, Nos versarare in causa præsumptæ vsurpationis, ratio fuit, quoniam esto, quod villa in qua sita est Ecclesia Parochialis, de qua agitur, sit 50. focularioru, & sic parua; & propterea cessat præsumptio vsurpationis considerata per Concilium Tridentinum sess. 25. c. 9. & cum generaliter de Vniuersitate loquatur, nec aliter distinguat inter vniuersitates magnas, & paruas, nec nos distinguere debemus vulgata l. de pretio de pub. præsertim quia rationes propter quas Ecclesia præsumitur libera, & non de iurepatronatus, ad not. in cap. querelam de elect. militant etiam in quacũq; vniuersitate nã potest esse, quod ex oblationibus fidelium, & hominum dictę villæ prædicta Ecclesia fuerit constructa non cũ animo acquirendi iuspatronatus, vt declarant Lamber, & Roch. citati in decis. Achill. 4. de iurepatr. & quod in parua Vniuersitate præsumatur iuspatronatus ex vsurpatione fuit resolutum de anno præterito 2. Maij coram Reuer. P. Pamphilio in vna nullius Archipresbyteratus, & hanc etiam opinionem sequuntur etiam Cardinales Concilij Tridentini. Non obstat immemorabilis, quia non benè probatur, & quatenus probaretur, non potest suffragari nisi etiam ostenderetur præsentationes continuatæ per 50. annos iuxta formam dicti Cõcilij, & quod Parochiani de tempore præsentati essent in quasi possessione præsentandi, vt per Put. dec. 140. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia tam in contrahendo, quam in distrahendo, debent esse libera.*

2 *Pœna promissa non debetur ab eo qui violauit fidem etiam si pœna sit promissa cum iuramento num. 3.*

4 *Arrhæ nõ possunt interuenire in matrimonio nisi ꝓ interesse præstando.*

5 *Pignora possunt interuenire in matrimonio, pro securitate ipsius.*

6 *Quando procedit stipulatio, & traduntur postea arrhæ, non valet matrimonium.*

Fideiussio de contrahendo matrimonio, an teneat.

DECISIO CXXVIII.

Qvidam clericus in minoribus ordinibus constitutus, existens in carceribus Curiæ Archiepiscop. pro homicidio ab eo patrato in personam cuiusdam Iuuenis, vt facilliñe posset gratiã obtinere ab Illustrissimo Domino, promisit matri pupilli contrahere matrimonium cum eius filia, instabat mater ei non fieri gratiam nisi cõtracto prius matrimonio, timens quod post gratiam obtentam noluisset matrimonium contrahere; & cum pro parte clerici promitteretur fideiussio; fuit dubitatum, an de iure subsisteret fideiussio, & fuit resolutum negatiuè, ex infrascrip-
1 tis: Tum primò, quia matrimonia tam in contrahendo, quàm in distrahendo debent esse libera ab omni pœnarum genere, ad tex. in l. Titia ff. de verb. oblig. l. 2. C. de inutilib. stipul. cap. gemma de sponsal. cum alijs innumeris recollectis per Sanchez in tract. de matrim. lib. 1. disp. 30. vbi ex iuribus prædictis, & alijs latissimè ostendit, vt etiam
2 pœna promissa non sit debita ab eo, qui violauit fidem, & hoc etiam in foro conscientiæ, quia talis pœna impedit matrimonij libertatem, & ex probabiliori sententia hoc procedit etiam si medio iura-
3 mento fuerit pœna promissa, quamuis multi contrarium in hoc teneant, quos etiam recenset idem Sanch. d. lib. 1. disp. 32. nu. 20. & 24. faciunt etiam ad hoc verba Gutt. in c. 22. num. 2. de matrim. per quem referuntur tres opiniones quæ casui nostro applicari possent, dum tractat de Arrhis; & prima
4 opinio est quod Arrhæ interuenire nõ possint nisi pro interesse præstando, & eo soluto restituendas esse, quia per l. fi. C. de sponsal. reijcitur omnis pœna, ita tenet Ant. de Butr. nu. 9. & Abb. nu. 10. in
5 d. c. gemma. Secunda opinio, affirmat pignora pro securitate matrimonij interuenire posse, dummodo realiter tradantur, quia vocantur Arrhæ, l. 1. C. si Rector prouinciæ, iuncta glo. ibi. item quia tradũtur loco Arrharum, hanc tenet Spec. Hostiens. Azo, Archid. & alij quãplures quos refert Sanch. d. disp. 38. nu. 3. vbi etiam citat Imol. dicentem, hoc procedere siue dicatur pignora tradi pro Arrhis, siue pro matr. monij obseruatione, & Alexan. de Neuo addentem valere pignora, licet pro Arrharum securitate, quæ non dum traditæ sunt dentur si in ea quantitate consistunt, vt si promittantur mille aurei nomine Arrharum, nec tradantur, sed in pignus dentur mille tritici modij, quia succedunt loco Arrharum, & eius naturam sapiunt.
6 Tertia autem opinio nihilominus verior est, & tenenda, nempe quod si præcedat stipulatio, & tradantur pignora minimè valeat hæc conuentio, secus si præcedat Arrharum stipulatio, & ratio est, quia cum principale non valet, corruit accessorium, quod eius naturam sequitur, regula accessorium de reg. iur. in sexto, l. cum principalis ff. de regul. iur. ergo cum pœna non valeat, Arrhę autem admittantur pignora accessoria Arrhis valida erunt, exclusis his dum pœnæ accedunt ita tenet glo. verb. matrimonia in d. l. Titia ff. de verb. oblig. & ibi Bart. in princ. num. 2. Alber. in l. fin. num. 3. C. de sponsal. & ibi Salyc. num. 14. Anch. in dicto cap. gemma nu. 10. de sponsal. & Henrich. nu. 8.

nu.8.Carrer.de ſponſ.c.5.lib.j.quos refert,& ſequtur Sāch.vbi ſupra nu.4.& nouiſſimè Iacob.Gall. Neap.in conſ.55.per tot.vbi latè de hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Nemo inuitus cogitur vendere rem ſuam, limita num.2.& 5.*
3 *Iudex ordinarius pro alendis militibus poteſt compellere ciues ad mutuandas pecunias Reipublicæ.*
4 *Coactus locare domos, in certis caſibus intelligitur in ſubſidium.*
6 *Quod de Eccleſia dicitur extenditur ad atrium.*
7 *Immunitas Eccleſiæ extenditur ad atrium.*
8 *Connexorum idem eſt iudicium.*
9 *Priuatus habens rem communem cum Eccleſia Romana,gaudet beneficio ipſius Eccleſiæ.*
10 *Ratione connexitatis ſi plura bona venduntur,& vicinus habet ius congruum in vna,poteſt omnes trahere.*
11 *Immunitas hoſpitandi conceſſa clericis , extenditur ad Fratres.*
12 *Immunitas Eccleſiæ extenditur per quadraginta paſſus.*
13 *Vbi eadem eſt ratio,idem ius debet militari.*
14 *Quando eadem eſt ratio , & ſimilitudo , fit extenſio etiam in correctorijs .*
15 *Priuilegium immunitatis extenditur ad Eccleſiam ædificatam,& reædificatam.*

An pro ampliatione Atrij Eccleſiæ poſſit cogi vicinus ad vendendum domum.

DECISIO CXXIX.

1 COnſtans eſt regula, quod nemo inuitus cogitur vendere rem ſuam in totum,nec in partem,etiam iuſto pretio, l.nec emere C. de iur.delib.l.inuitum C.de contrah.empt Fab.de Ann.conſ.4.num.41. Couar.var.reſol.lib.3. c.14. num.7.Boer.dec.321.nu.2.etiam quod ſit conſanguineus,conſors, vel vicinus, niſi retractus ſtatutarius , conuentionalis , vel conſuetudinarius id exigat,Anchar.conſ.370.Caſt.conſ.1.vol.2.Pariſ. conſ.53.vol.3.Ruyn.conſ.70.volu.1.Surd.conſ.43. nu.12.vol.1.Fab.de Mont.tract.de empt. & vend. quæſt.3.in princ.& q.20.nu.41. Verumtamen ca-
2 rioris annonæ tempore coguntur nobiles , & alij vendere granum in ſubſidium, Bar.ad l.annonam de extraord.crim.Iaſ.ad d.l.nec emere nu.3.Surd. dec.275.nu.4.Viui.dec.28.qui etiam in clericis frumentum habentibus loquitur,Caualc.dec.37.n.74 & de vendentibus granum vltra taxam Principis, de Franch.dec.9.num.6.par.1. Caball.reſol.crim. caſ.9.cum etiam adductis per Menoc.conſ.1000. lib.10.quibus addo Vaſq. lib.1. controu.in præfat.
3 c.6. vbi etiam Iudex ordinarius pro alendis exercitibus ,aut aſſeruandis præſidiorum militibus , & pro reliquis ad bellum neceſſarijs poteſt compellere ciues ad mutuandas pecunias Reipublicæ,qua ratione mutua etiā pecunia ab inuito extorquetur quando Superior non habet de ſuo , vnde publicū bonum tueatur, Cyn.ad l.neminem C. de ſacroſ. eccl. Natt.conſ.554.nu.2 vbi quoq; ait, quod coa-
4 ctus locare domos,in certis caſibus intelligitur in ſubſidium,& pro hoc limitari d.reg.l.nec emere, ſic in eo qui poteſt compelli , tametſi non fuerit actualiter coactus, de Franch.dec.54.num.6. p.1. idquè egregiè probant Cuman. Imol.Alexan.Iaſ. Rip.ad l.1. ff.ſolut. matr. cum relatis per Rebuff. de ſcholar.priuileg.7. & Horat.Luc. eius nominis tract.priuileg.39. & 41. in argumento locationis ædium in gratiam ſcholarium faciendæ per illarum Dominos etiam nolentes præcedente tamen iuſtæ penſionis taxatione quod eſt æquiſſimum temperamentum,poſtquam teſte Philoſoph. pecunia eſt rerum menſura, Natt.d.conſ.554.nu.3.&4. ſic Caroc tract. de locat.p.1. tit.de iur.perſon.nu. 4.vbi etiam ſubiungit, hoc priuilegium,cum alijs euanuiſſe,nec amplius eſſe in vſu, cū ſcholares immorigerati reputentur eſſe mali vicini , á quibus cauendum eſt tamquam ab igne,probat Gallia conſ.1.n 90.& 91.Bimi.conſ.175.n.3. vol 2.Odd. de reſtit.in integr.par.1.q.4.ar.10.nu.86.Menoch. conſ.709.nu.9.

Quare fuit dubitatum ſuppoſita concluſione, quod fauore religionis ceſſet prædicta regula . ad tex. in l.ſi quis ſepulchrū ff.de relig. & ſumpt.fun. de cuius materia latè poſt alios per Franch. in deciſ.123.& per me ipſum in dec.138. & 147. par.1. an procederet ſupradicta concluſio pro ampliatione Atrij eiuſdem Eccleſiæ , ita vt poſſit cogi vicinus ad vendendum eius domum,& fuit affirmatiuè reſolutum, ex eo,quod de Eccleſia dicitur, extenditur pariter ad atrium , cap. quiſquiſ 17. q.4. Ambroſ.de immun.eccl.q.2.Italia eiuſdem nomi-
7 nis tract. q.15. vbi immunitas eccleſiæ extenditur etiam ad confugientes in atrium Eccleſiæ.& conſequenter idem iudicādum eſt de ipſo atrio, quod
8 de ipſa eccleſia,cum ſit connexum Eccleſiæ, & de connexis,idem eſt iudiciū,cap.trāſlato de Conſtit. cap.præterea,& ibi glo.de off. deleg.l.2. de iuriſd.
9 omn.iud.ex hoc quod priuatus habens rem communem cum Eccleſia Romana gaudet beneficio ipſius Eccleſiæ, Innocen.& Abb.in cap.ad audientiam de præſcrip.vnde Rota Florentin.decidendo
10 voluit,quod ratione connexitatis quando plura bona ſeparata ſimul venduntur , poterit vicinus qui in vna re tantum adhęret omnia ſua bona retrahere,vt teſtatur Magon. dec.29. ſubdens iuxta hanc ſententiam vidiſſe quandoq; reſponſum à pruden
11 tiſſimis viris,& hinc immunitas hoſpitādi conceſſa Clericis extenditur ad Fratres ipſorum clericorum ſecum habitantium in domo communi,Arnon.ſingul.83.Marſil.ſingul.180. ſic etiam vendita domo venit viridarium annexum , & ita fuiſſe iudicatum teſtatur Antonin. lib.1. var.reſol.c.112. caſ.19.

Facit etiam ad comprobationem noſtri articuli
12 quod huiuſmodi priuiulegium extenditur ad quadraginta paſſus , cap. id diffinit 17. q. 4. Oldr. conſ.45.Graſſ.conſ.1. de immunit. eccleſ. volu.1. quanto magis extendi debet , argumentum enim de maiori ad minus , & è contra valet, &
13 vbi eadem eſt ratio, ibi idem ius debet militari , l illud ff.ad leg.Aquil.plenè Salyc loquens in materia ſtatuti in l.2.num.21. C.de noxal.vbi num.22.

aſſerit

afferit, quod quando eadem est ratio, & eadem similitudo & in correctorijs facienda est extensio, nec tunc dicitur fieri extẽsio iuris, sed terminorũ.

His accedat pro comprobatione prædictæ immunitatis priuilegium extendi ad Ecclesiam ędificatam, & reędificatam, sic pro claustro, & scholis fabricandis, Franc. Marc. dec. 535. par. 1. immò pro viridario, vel pro ampliatione viridarij monasterij atque pro omni quod esset annexum monasterio, Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 112. cas. 129.

SVMMARIVM.

1 *Securula, vulgo (accettullo) principaliter non est ordinata ad nocendum.*

2 *Statuta prohibentia delationem armorum, non comprehendunt ea, quæ principaliter non sunt ordinata ad offendendum.*

3 *Dentes non veniunt appellatione armorum.*

4 *Percutiens aliquem cum vnguibus non tenetur pęna statuti vulnerantibus imposita.*

5 *Percutiens cum amphora plena vino, non tenetur.*

6 *Culter ordinatus ad temperationem pennarum, non venit appellatione armorum.*

7 *Edictum nostræ Curiæ contra portantes arma, comprahendit clericos portantes securas.*

8 *Appellatione armorum quid veniat, remissiuè.*

Edictum Curiæ Archiepiscopalis contra clericos arma portantes, an locum habeat in clerico asportante securulam, vulgò *accettullum.*

DECISIO CXXX.

1 CApto, & carcerato isto clerico, dum essemus postea in expeditione causæ, dicebatur edictum nostræ Curiæ, nullatenus posse habere locum in tali casu, ex eo, quod securula principaliter non est ordinata ad nocendum, sed ad alias operationes, ex quo euenit, quod percutiens cum mãnara, accccta, ronca, malleo, vel alio instrumento ferreo rustico, vel ad alias artes exercendas ordinato, vel etiam fuste, aut lapide, licet teneatur pęna legis, vel statuti contra percutientes armis, tamen non contra deferentes arma, quia appellatione armorum quoad effectum percussionis tantum factæ cum eis venit secura, cum similibus, & non quoad effectũ portationis armorũ, vt tenet Amod, de find. nu. 88. vers. aduertat tamen, subdens quod
2 portatione armorum in statutis prohibentibus delationem armorum, non veniant lapides, & fustes, nec alia quæ principaliter non sunt inuenta ad offendendum, sed ad alium vsum sunt inducta, & ordinata, sequitur Cotta in suis memorabilibus in verb. armorum circa princ. videndus est Clar. in pract. crim. q. 82. num. 4. in vers. & scias, referens ita in facti contingentia tenuisse Senat. Mediol. hos refert, & sequitur Caball. resol. crim. cas. 63. de quo meminit Ioa. Maria Nouar. in suis report. ad pragm. 5. de armis, vbi firmat post eum, quod qui alium dentibus percutit, aut vulnerat, pœna statuti punientis percutientem, aut cum armis vul-
3 nerantem, nõ tenetur, quia dentes non veniunt appellatione armorum, sed sunt pars corporis hominis, vt tenet Bar. in cons. 106. lib. 2. quem sequũtur Cepoll. in l. cum dens nu. 10. & 11. ff. de ędil. edict. Fely. in cap. quorundam sub nu. 2. extra de Iudeis, & Saracen. Ias. in §. ex maleficijs num. 84. inst. de act. Affl. in Const. Regn. lib. 1. sub rubr. de percussione illicita cum armis, in Const. si quis aliquem q. 4. num. 7. & hinc etiam euenit, vt percutiens ali-
4 quem vnguibus, nõ teneatur pęna percutientibus, aut vulnerantibus imposita, cum & vngues non contineantur appellatione armorum, nec principaliter sint ordinatę ad nocendum, sed ad aliam operationem, & pro corporis humani seruitio, vt habetur per Decia. in tract. crim. lib. 8. c. 2. num. 10. post Marsil. in pract. crim. §. pro complemento nu. 15. & post Carrer. in ead. pract. crimin. §. in textu ibi, itemq; eorum nu. 67. imò Marsil. in d. §. pro com-
5 plemento nu. 16. recenset, quod percutiens, aut vulnerans cum amphora plena vino, vel alio vaso vitreo, aut terreo, vel cum sacculo pecuniarum, non punitur pęna ordinata cõtra percutientem, vel vulnerantem cum armis, quia ista non sunt arma, nec principaliter, & inuenta ad nocendum, sed ad aliam operationem, vt eandem opinionem sequitur Addit. ad Ang. de malef. in verb. vno flocco ferreo sub num. 7. vbi loquens in Statuto Perusino punctualiter mãdante, quod si quis offenderit aliquem cum armis, vel re aliqua acta ad nocẽdum, ait statutum non cõprehendere illum qui percussit aliquem cum amphora plena vino, vel cum vase vitreo, vel terreo, & quod ita semel practicatum fuit in vno qui percusserat cum pera, in qua erat panis, & exiuit sanguis, & non fuit punitus tanquã percutiens cum armis, quia ista non sunt principaliter ordinata ad nocendum, & fuit dictum originale Ang. de Perusio in l. si pignore §. furem in princ. ff. de furt. vbi formaliter inquit, quod ea dicuntur apta ad nocendũ, quæ principaliter secundum ordinationem naturæ possint nocere, quia alias pauca sunt quæ nocere non possunt, & quod istud vidit de facto Perusij in statuto punientem percutientem in platea cum re apta ad nocendum in perditione manus, quia quidam rapiendo per vim de manibus caponem scidit manum rustici cum arido vngue, & pronunciatum fuit non debere eum manu priuari, quia illa vnguis nõ erat principaliter apta ad nocendum, & quod idem dicendum est in percutiente aliquem cum vno pane, vel linteo, & subdit ad finem nu. 2. pro hoc bene facere dispositionem text. in auth. de arm. vbi gladius ad incisionem panis ordinatus, vel ad tempera
6 tionem pennarum, quia non est principaliter ordinatus ad offensam, non continetur appellatione armorũ offensibiliũ, prout ibi aduertit glo. singular.
7 Domini tamen tenuerunt, edictum nostræ Curiæ Archiepiscopalis comprehendere asportantes securas, vulgo accectas non obstante quod illę principaliter non sint ordinatę ad offendendum, sed ad lignonizandum, & ad alia similia, eò magis, quia hæc quæ fuit reperta penès istum clericum erat paruula. Non tamen voluimus eum esse puniendum ordinaria pęna edicti, quę est quinque annorum ad triremes, sed mandauimus per anni circu-

circulum in carceres detrudi, & sic fuit conclusum, & exequutum.

Pro faciliori autem interpretatione nostri edi-
8 cti circa asportationem armorum, quidnam veniat asportatione armorum, non inutile est videre text. in l. armatos, & ibi præcipuè Angel. & in l. qui ędes vers. telorum autem appellatione, & ibi etiam Bart. & Alexand. ad eum ff. ad leg. Iul. de vi publ. text. in l. armorum, & ibi glos. & Doctores & præcipuè Alexand. & Cępoll. ff. de verbor. signific. glos. in clement. 1. §. quia vero nonnulli in fin. in verb. arma, & ibi etiam DD. de stat. monachor. Ioannes de Plat. in §. item lex Iulia, il secondo, colum. 2. vers. & adde quod armorum appellatio instit. de public. Iudic. Ias. in §. ex maleficijs nu. 84. instit. de action. Angel. de malef. in verb. vno flocco ferreo nu. 1. & ibi August. in addit. Afflict. in Constitut. intentionis num. 22. de illicit. portat. armor. Marsil. in pract. §. pro complemento nu. 13. sequuntur Carrer. in pract. in 1. tract. de appellat. §. in text. ibi itemq; eorum, &c. num. 18. vers. nam propriè appellatione armorum, & num. 19. Petr. à Plaz in epitom. delict. lib. 1. cap. 8. nu. 2. & Iodoch. in pract. cap. 97. num. 11. Cirill. in summa criminal. rubr. de publ. Iudic. §. 5. num. 12. fol. mihi 115. col. 2. in fi. Barbat. de Card. leg. quæst. 5. num. 20. & seq. & num. 27. vers. & adde etiam, & num. 28. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 394. num. 76. Bonacos. in quæst. crimin. in verb. de armis in discursu fol. mihi 16. à terg. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 2. num. 3. & omnibus sequentibus, quem omnino videas, quia generaliter, & particulariter totam explicat materiam, & præsertim nu. 4. & seq. benè declarat quæ sit differẽtia inter arma, & tela, & quid telorum appellatione veniat, Nauarr. in cap. ita quorundam in 5. notab. num. 1. & omnibus seq. in discursu de Iudęis Baiard. ad Clar. q. 82. nu. 67. & seq.

S V M M A R I V M

1 *Refertur casus decisionis.*
2 *Adducitur decisio Veralli.*
3 *Contra decisionem Veralli fuit resolutum.*

Emphiteusi Ecclesiæ concessa de viginti nouem ad viginti nouem annos ad renouandum, an possit augeri canon.

DECISIO CXXXI.

1 PArtes concorditer me elegerunt in Consultorem propter suspitionem cuiusdam Reuerendissimi Vicarij, & fuit iudicatum secundum votum meum: Punctus tamen difficultatis in eo versatur, quod quidam pro ann. scutis centum concessit in emphyteusim quodam magnum territorium suæ Abbatiæ ad viginti nouem annos ad renouandum in beneficium concessionarij, suorumq; hæredum, & successorum, cum beneplacito Sedis Apostolicæ solemniter impetrato, declarante concessionem cedere in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, cumque autem elapsum esset spatium viginti nouem annorum, & petebatur per emphyteoticarium renouari sibi tempus iuxta formam contractus, & Sedis Apostolicæ cõcessionem, & cum pro parte Abbatis peteretur augeri canonem, fuit dubitatum, an de iure potuisset dictus Abbas facere inuito concessionario, dicebatur de hoc extare decisionem Veralli,
2 cuius tenor est: Emphyteusi finita, per generationem finitam, vel alio modo, sine tamen culpa emphyteutæ potest Ecclesia censum augere, & cogi ad renouandum potius descendentibus emphyteutæ, quam alijs secundum Bart. in l. 1. num. 1. ff. de priuileg. creditor. & in l. si mihi, & Titio nu. 7. de verbor. oblig. & in l. 1. § permittitur de aqua quotid. & æstiu. quam opinionem communiter sequuntur Doctores secundum Alexand. cons. 80. num. 11. lib. 1. & Rip. in l. 1. num. 6. de priuileg. creditor. vbi alios adducit, quæ opinio habet locum etiam in Ecclesia secundum Ancharan. consil. 174. colum. fin. vers. vlterius aduertendum, & Bart. in d. l. 1. de priuileg. creditor. loquitur in prælatione Goz. cons. 86. nu. 24. & Ruy. cons. 131 num. 36. volum. 1. & ita fuit resolutum in causa Portugall. prædij coram Domino Fabio Decano 13. Ianuarij 1553. vt in eius libr. fol. 8. quam conclusionem limita nisi Ecclesia vellet pro se retinere, & secundum magis communem opinionem de qua per Abb. in cap. bonæ il 2. nu. 28. vers. in glos. fin. de postul. prælat.

Cæterum supradictis non obstantibus contra-
3 rium censui, & iudicaui, motus ex eo, quod dicta concessio emphyteusis ad viginti nouem annos ad renouandum censetur apposita ne memoria contractus pereat, & non est de essentia contractus, & dicitur vnica tantũ emphyteusis in perpetuum valitura, Hostiens. Abb. & communiter Doctores in cap. 1. de præcar. Alciar. consil. 42 & consil. 113. Berous consil. 116. num. 19. volu. 1. Bursat. in consil. 143. num. 36. & seq. vol. 2. Corbul. in tract. de emphyteusi in titul. de causa priuationis ob tempus finitum.

S V M M A R I V M.

1 *Delicta vbi patrantur, ibi debent puniri.*
2 *Regulariter vbi quis deliquit, ibi puniatur.*
3 *Iudices domicilij, vel originis, si præuenerint in carcerando, tenentur remittere carceratum Iudici loci delicti, & nu. 5.*
4 *Forum delicti est magnæ potentia.*
6 *Iudex originis est imcompetens in cognoscendo de delictis extra suum territorium commissis.*

Facta remissione à Iudice sæculari Iudici ecclesiastico loci delicti, dato quod possit Iudex loci originis comparere pro remissione sibi facienda, an sit ei remittendus talis delinquens.

DECISIO CXXXII.

QVidam Clericus Ciuitatis Auersę commisit crimen in Ciuitate Neapolis, captus tamen, & carceratus per Magnam Curiam Vicariæ, & cum clericus inuentus, ac omnia quæ ad clericatum probandum sunt necessaria fuerint adducta, ipsa Magna Curia nostræ Archiepiscopali Curię remisit, vt iuxta qualitatem delicti castigaretur, comparuit tamen Iudex originis, & sic Episcopus dictæ Ciuitatis Auersæ in nostra Curia, petendo sibi remicti dictum Clericum, & quod ipsi competeret ius castigandi, & puniendi clericos Ciuitatis Auersæ, non autem Illustrissimo Archiepiscopo Neapolitano, dum suæ iurisdictioni subiecti non erant; stante igitur dicta comparitione, fuit per omnes Dominos votatum, an dictus clericus deberet Episcopo Auersano tanquam Iudici originario remitti; & fuit pariter per omnes resolutum, non esse remittendum, ex eo, quia delictum de quo dictus Clericus inquirebatur commissum erat in Ciuitate Neapolis, & successiuè circumspectis priuilegijs non potest difficultari, quin cognitio eiusdem delicti ex dispositione iuris spectet ad Officiales nostræ Curiæ vti Iudices loci delicti, nec esse remittendum, quamuis inquisitus sit origina-
1 rius ciuitatis Auersæ; delicta enim vbi patrantur, ibi puniri debent, per text. in authent. qua in prouincia; vbi omnes C. vbi de crimine agi oportet, Laurentius in decis. Rotæ Auenionen. 114. Franciscus Marcus quæst. 20. part. 2. Peguer. decis. 66. vbi assignat plures rationes, quare remissio delinquentis sit facienda ad locum delicti, non alter adlocum domicilij, vel originis, & alij plures quos cumulat Ioan. Maria Nouarius in collectan. decisionum super pragmat. 1. sub rubr. vbi quis de delicto conueniri debeat, & omnino videndus, cum ibi nonnullas ampliationes, nec non tot alias limitationes adducat ad generalem conclusionem, quod semper
2 quis ibi puniri debeat, vbi deliquit, & adeo hoc verum esse existimo, vt etiam si delinquens repe-
3 riatur penes Iudicem originis, aut domicilij, tamen hi Iudices requisiti à Iudice loci delicti tenentur illum remittere ad ipsum Iudicem, prout est communis opinio, vt per Cœpoll. consilio crimin. 99. versic. primum est an de iure, Curtius Iunior in l. hæres absens §. 1. num. 5. ff. de iudicijs, quam indubitatam inuenio apud omnes iuris Authores, & Interpretes, quod in delictis passim remissiones delinquentium fiant ab vtroque foro, scilicet originis, & domicilij ad potentissimum forum loci delicti, ad materiam late traditam communiter per Doctores in l. 1. C. vbi de crimine agi oportet, siquidem est tan-
4 tæ potentiæ locus delicti commissi, vt de iure teneantur alij Iudices, puta originis, & domicilij, ipsum delinquentem remittere ad Iudicem loci delicti, vt ibi contra eum procedatur, & puniatur, late Clarus in pract. crimin. §. fin. quæst. 38. num. 19. versic. est autem, qui testatur de communi, & plures allegat; hinc Grammat. decis. 26. nu. 7. dixit, Iudicem originis, vel domici-
5 lij si habeat reum delinquentem in fortijs teneri eum remittere ad Iudicem loci delicti ex multorum testimonio, sed præcipuè Auendan. in respons. 4. num. 2. loquens de foro ratione delicti, plures sequutus tenet indistinctè ad eius loci Iudicem fieri debere remissionem, ex quibus emanat conclusio generalis, quod delinquens captus in alio loco, quam in quo deliquit, remittendus est ad locum delicti, vt contra eum procedatur, ex Azeued. lib. 8. recopilat. titul. 16. lib. 1. num. 13. qui ne fortè putares loqui eum de capto in alio loco à locis originis, & domicilij num. 24. subdit quod delinquens pro delicto alibi commisso detentus, & captus per Iudicem originis, vel domicilij adhuc remitti debet ad Iudicem loci delicti, qui locus est adeo principalis, vt etiam si in domicilio suo quis capiatur, vel alibi adhuc ad locum delicti remitti debeat de necessitate, tractat plenè Facchin. lib. 9. controuers. iuris cap. 20. & Bologn. consil. 8. num. 9. versic. sed po-
6 sito, ait, quod Iudex originis est incompetens in cognoscendo de delicto extra suum territorium commisso.

SVMMARIVM.

1 *Actus factus contra iuramentum de non faciendo est ipso iure nullus, amplia vt num. 2.*
3 *Duæ præsentiones de iure sunt prohibitæ.*
4 *Intellectus ad capit. intellecto de iure iurando.*
5 *Actus factus contra iuramentum valet, sed qui iurauit remanet periurus.*
6 *Casus in quibus iurans non facere, si postea ex fecerit actus valet, & ipse sit periurus, remissiue.*

Actus

Actus factus contra iuramentum, an sit ipso iure nullus.

DECISIO CXXXIII.

FVit præsentatus quidam clericus in beneficio iurispatronatus laicorum, qui in instrumento præsentationis cum iuramento promiserant a prædicta præsentatione non recedere deinde per viam variationis præsentauerunt alium clericum in dicto beneficio contra formam eorum iuramenti; pro parte clerici præsentati opponebatur, talem præsentationem esse nullam, quia facta erat contra iuramentum, & petebatur puniri præfatos patronos tamquam periuros; fuit quæsitum in Curia Archiepiscopali, quid iuris, an scilicet substineri secunda præsentatio, & Domini dixerunt, non posse substineri, nec esse validam, ex eo, quia actus factus contra iuramentum de non faciendo, est ipso iure nullus, etiam si fiat cum iuramento, prout dicit Hostiens. in cap. cum contingat de iure iurand. circa finem, glo. in cap. licet mulieres de iure iurand. in sexto, & ibi hoc tenet Archidiac. Specul. in titul. de emption. & vendit. §. 3. Bart. in l. si prædium ff. de iur. dot. & ibi Salycet. in secunda quæstione in fin. & est etiam text. in cap. intellecto de iure iurand. qui textus videtur loqui quando ille actus super quo iuratur est actus alias illicitus ex dispositione iuris communis, ita quod iuramentum de illo actu non faciendo, habeat conformitatem cum dispositione iuris communis, & ita procedunt verba præfati textus vbi non valet alienatio facta per Regem contra iuramentum de non alienando, prout ex iuris dispositione non debebat fieri alienatio in Regni notabilem diminutionem, ita etiam procedit quod notat d. glos. in cap. licet mulieres de iure iurand. in sexto, cum alijs supra allegatis, vbi non valet alienatio facta per mulierem, quæ per prius iurauerat non alienare res dotales, quæ glo. quantum ad istam conclusionem est communiter recepta, vt per Alexand. in l. duobus §. fin. ff. de iure iurand. Abb. in dicto cap. intellecto colum. 2. quæ omnia videntur concludere in casu nostro cum ex iuris communis dispositione duæ præsentatines sint prohibitæ, ad text. cap. quod autem de iure patron. & maximè cum prima præsentatio fuerit iuramento stabilita annullante quemlibet actum contrarium actui super quo est interpositum, Alexand. in l. stipulatio hoc modo concepta colum. 4. & ibi Ioan. Crot. colum. 14. ff. de verb. signific. Imol. in cap. cum contingat col. 3. de iure iurand.

His igitur sic stantibus Curia nostra Archiepiscopalis maturiori consilio contrarium resoluit, non irritando secundam præsentationem, sed illam admisit, & Domini mouebantur ex eo, quia illa generalis conclusio, & intelligentia dict. cap. intellecto de iure iurando, s. non posse annullari actum iuratum habentem conformitatem cum dispositione iuris communis non habet locum quando is cum quo actus contrarius secundo loco geritur erat sciens primi iuramenti, quod facit in hoc articulo, dum secundo loco præsentatus, sciebat in prima præsentatione esse interpositum iuramentum, & fuit allegatus Bald. in consil. 134. volum. 1. Imol. in l. cum vir colum. 9. de vsucapion. Alexander consil. 16. col. 3. vol. 3. Ias. in d. l. duobus §. fin. ff. de iure iurand. & alij plures quos cumulat Gabriel. conclus. 2. num. 6. de iure iurand. & pro comprobatione articuli nostri insurgit Imol. in dicto cap. cum contingat de iure iurand. colum. 25. & seq. quem sequitur Rota in antiq. decis. 104. vbi fuit decisum, quod secundus actus valet, licet primum reuocans sit periurus Felyn. in cap. si diligenti de foro compet. qui inferunt, quod iurans non reuocare testamentum si illud reuocet, valet reuocatio, licet quis reuocando incidat in periurium, ita Ioan. Andr. in regul. quod semel de regul. iur. in sextò colum. penult. Petrus de Ancharan. in cap. sicut colum. 1. de sponsal. quos sequitur Boer. decis. 204. & etiam si iuratum sit nō recipere aliquem in Canonicum nisi numerus deficiat recipiendo illum in Canonicum valet receptio, licet recipientes incidant in periurium, Innocent. in dicto cap. dilecto in secunda opinione, Domin. in cap. 1. colum. 4. in fin. & sequent. de rerum permut. in sextò, Silua in tract. benefic. in 3. par. quæst. 27. Albericus de Rosat. in authent. sacramenta puberum colum. 4. versic. si canonici C. si aduersus venditionem, & hinc Felynus in cap. edoceri in 5. colum. in fin. versic. limitat Innocentius illa de resignatione, voluit, quod si quis iurauerit non diuidere, valet diuisio postea facta, non obstante iuramento, Alex. consil. 18. colum. 1. volum. 2. Curtius Sen. in consil. 49. colum. antepenult. in fin. Ruyn. consil. 54. colum. 3. volum. 2. Tiraquell. de iure primogenit. quæst. 78. sunt & alij casus in quibus iurans non facere, licet postea faciendo teneat actus, incidit in periurium, de quibus vide Gabriel. loco citato, vbi perpulchrè de hoc discurrit.

SVMMARIVM.

1 *Copula carnalis habita inter consanguineos postquam miserunt ad Pontificem pro impetranda dispensatione vitiat gratiam, limita num. 2.*

3 *Semper est exprimenda qualitas, quæ facilius moueret Principem ad concedendum, vel non.*

4 *In gratiosis est facienda larga interpretatio.*

Deoscula, amplexus, & fides data ante impetratam dispensationem à Summo Pontifice inter consanguineos, vel affines ad contrahendum matrimonium commissam Ordinario loci, an vitient dispensationem, si de illis nulla facta fuerit mentio.

DECISIO CXXXIV.

1 Consuetum est dubitari, an copula carnalis habita inter consanguineos, vel affines, postquam miserunt Romam ad Summum Pontificem pro impetranda dispensatione ad contrahendum matrimonium inter eos, prius tamen quam Romanus Pontifex dispenset, vel post commissam ab eo dispensationem Ordinario loci, vt si ita est dispenset, &c. antequam Ordinarius dispenset, vitiet dispensationem, si de ea nulla fuerit facta mentio, de quo articulo laté discurrit Gutier.canonic.quæst. q.15.lib.1. ibiq; ex multis fundamentis concludit: copulam habitam inter coniuges ante impetratam dispensationem vitiare gratiam; sed Nos cum in quadam Curia Archiepiscopali huius Regni, fuisset dubitatum, an oscula, amplexus, & fides data ante impetratam dispensationem, vitiarent ipsam dispensationem, iudicauimus negatiué, limitando præfatam opinio-
2 nem, & mouebamur, nam hæc non est causa, sine qua Papa non dispensasset, quo casu taciturnitas nihil obest, sed habetur, ac si esset expositum Sanctissimo, ea enim qualitas exprimenda est, quæ
3 moueret Principem ad non concedendum, vel ad difficilius concedendum dispensationem, vt est tex.in cap.postulasti de rescrip. Felyn. in cap. super literis num. 8. de rescript. Soccin. consil. 251. incip.quoniam in præsenti vers. confirmo omnia num.12.lib.2. Pet. Rebuff in prax.benef.in rubr. de forma signat.simplic.prouis. in §. Magalonem pag.137.& ea sola taciturnitas veritatis nocet, quę iure præcipitur, vt exprimatur Cald.consil. 6.de præben.Rot.in nouis decis.32.de rescript.& in nostro casu de iure non cauetur, vt veritas exprimatur, ex traditis per Nauarr.in Manual. cap.22. & in fortioribus terminis loquendo de copula tenent Nauarr. consil.1.2. & 5. de consanguinitat. & affinitat & consil 2. de sponsalib. Cordub. in quæst. cas. consc. quæst.45. punct. 5. & facit quod
4 in gratiosis debet, quo magis potest lata interpretatio fieri ad exclusionem subreptionis, argum. eorum quæ adducit Nouar.de elect. & variat. fur. q.3.sect.2.à num.4.cum.seq.

SUMMARIUM.

1 *In causa attentatorum absque iuris ordine proceditur.*
2 *In iudicio reuocationis attentatorum non seruantur termini qui alias seruarentur.*
3 *Circa terminos iudicij, attentata sunt valdè priuilegiata.*
4 *Reprobatur doctrina Speculatoris.*
5 *In reuocatione attentatorum non est necessaria partis citatio, quod amplia, vt nu.7.*
6 *Citatio non requiritur in his, quæ Iudex ex officio facere potest.*
8 *Non requiritur citatio in reuocatione attentatorum quando Iudex alicui illo non requisito abstulerit possessionem, & in alium attentando transtulerit.*
9 *Quod est de facto factum, de facto reuocari potest.*

An, & quando in reuocatione attentatorum exigatur partis citatio.

DECISIO CXXXV.

1 Quamuis in causa attentatorum absque aliquo iuris ordine procedatur, iuxta decis. Bellamer. 148. & decis. 294. Bisignett.in decis.2. de appell. Magon.in decision.Lucens.97. & agitur sine libello, vt dixit originaliter glos.in clemen 2.vt lit.penden.& tradit Bellamer. in decis. 101. quibus addo Afflict. in dec.351.vt alios omittam, & absque litis contestatione, vt tradit glos. in dicta clemen. 2. Bisignett. dicta decis.2.de appell.Misinger. alios cumulâs in consil.8.num.14 & summariè, & de plano, vt est decisio Rot.in antiq. t.de offic. Iudic. & apud Bisignett.decis.4.de appellat. & decis.13. de restitut. spoliator. Bellamer. dicta decis. 101. & in iudicio
2 reuocationis attentatorum non seruentur termini, qui alias solent seruari, vt est decis. Rotæ in antiq. 78. de appell.& tradunt Vestr.in prax.Romanæ Curiæ lib. 8. cap. 4.num. 18. & Vant. de nullitat. in titul. de nullit.ex defect. process. num.
3 63. & in his attentata sint plurimum, & maxime pere priuilegiata, non tamen censeo tam immoderatum, & indiscretum fore fauorem, vt per hoc in ipsorum attentatorum reuocatione, pars non sit citanda, vt fuit dictum in Curia Archiepi-
4 scopali contra doctrinam Speculat. in titul. de appellat. §. nouissimè num. 20. vers. sed quare verum, qui ibi firmat, quod reuocatio attentatorum ad instantiam partis, citata parte, & cum causæ cognitione sit facienda, vt etiam est decisio Rotæ in nouis 2. de restitut. spoliator. & tradunt Marant.in sua practic.in 3.part. sextæ partis principalis quæst.7 num.392. Gabriel.conclus.1. num. 217. de citat. Grauat. ad Vestr. in prax. Romanæ Curiæ lib.8.cap 4.sub num.32 post Franc.in cap. bonæ sub num.13. de appell. Hercul.in tract. de attent.c.14.nu.13.

Non nego tamen, necessariam non esse citationem in reuocatione attentatorum, vbi Iudex ex suo puro, & mero officio nobili, vellet attentata reuocare, quod vtique potest, ad late tradita per Lan-

Lancell.de actent.cap.27. num.7. de Iudic. & per
5 quem actentat. reuoc. enim tunc non videtur ne-
cessaria citatio, ex eo, quia in his quæ Iudex fa-
6 cere potest ex officio, citatio non requiritur, vt
post quamplurimos quos allegat tradit Asin. in
sua prax. Iudic. §. 7. cap. 5. limit. 94. vt etiam
dicimus non esse necessariam citationem quan-
do lite pendente in negotio principali procede-
retur, vel ob absentiam Procuratoris, vel alias
per Audientiam literarum contradictarum, quia
stante huiusmodi processu per Audientiam, si con
tingat per citatum, vt supra aliquid actentari in
causa principali potest super reuocatione dictorũ
actentatorum procedi, etiam parte actentante
vlterius de nouo non citata nisi per Audientiam
literarum contradictarum, quod procedit non
tantum si talis reuocatio fieret vigore primæ com
missionis impetratæ super negotio principali
(quasi causa actentatorum, quasi emergens, &
virtualiter dependens etiam in prima commissio-
ne dicatur compræhẽsa) sed etiam si super huius-
modi actentatis fuerit specialis impetrata com-
missio, quia talis impetratio potius censetur facta
ad cautelam, quam ex necessitate, vt decisum re-
fert Put.in dec.19.vt lit.pend.in vna nullius spolij,
& actentat.coram Sarnen.

Sic etiam non requiritur citatio in reuocatio-
8 ne actentatorum, quando Iudex alicui illo non
requisito possessionem abstulit, & in alium acten-
tando transtulit, quia talem possessionem potest
Iudex reuocare etiam illo non citato, in quem
antea transtulerat, iuxta doctrinam Angel. in l.fi.
C.si per vim, vel alio modo, Bart.& Alexand.in
l.minor ff.de euiction. Innocent.in cap.querelam
num.6.de elect.Bald.in l.2.colum.2.C.de seruitu.
& aqu. Æmilian. consil. 51. sub num. 14. tradit
Loffred. consil. 47. num. 16. ad quod facit illa
9 vulgaris propositio, quod de facto, factum de
facto etiam reuocari potest, iuxta notata in l.1.§.
hoc edictum ff. si mulier ventr. nomin. cum
simil.lib. quæ conclusio etiam in materia actenta-
torum procedit, vt in terminis tradunt Docto-
res in l.sępe C. vt nemin. lic. sine Iudic. au-
thorit.

Ex quibus omnibus breuiter venit declaratus
articulus, an, & quando in reuocatione actenta-
ctorum exigatur partis citatio.

SVMMARIVM.

1 *Per venenum mulieri datum, conceditur separatio Thori, & est potissima causa dictæ separationis, vt num.6.*
2 *Sæuitia mariti tam de iure canonicò, quam de iure ciuili, est iusta causa separationis Thori, amplia vt nu.3.& 5.*
4 *Quando præsumatur futura sæuitia.*
7 *Maritus cum vxore dicitur vnus animus, & vna caro.*
8 *Veneni propinati probatio est perdifficilis.*

An per venenum mulieri datum, possit ipsa petere separationem Thori, & sic pariter debeat concedi.

DECISIO CXXXVI.

PRęsupponitur in facto, quendam maritum
procurasse vxorem suam occidere per in-
termedias personas, quæ sub specie aquæ be
nedictæ quam dictæ personæ promiserant ipsi mu
lieri pro capitis dolore sanando, venenum trans-
miserunt, bibendum per dictam mulierem, quod
omne fuit de tractu, & consensu viri dictæ mu-
lieris; cum autem venenũ suum non babuerit effe-
ctum, comparuit ipsa mulier in Curia Archiepi-
scopali, petendo separationem Thori; fuit igitur
per Dominos dubitatum, an esset concedenda di-
1 cta separatio, & vnanimiter omnes resoluerunt
debere concedi, ex eo, quia venenum mulie-
ri datum, est vna ex causis separationem prædi-
ctam petendi, & concedendi, nam sęuitiam ma-
2 riti tam de iure canonico, quam de iure ciuili le-
gitimam esse causam separationis matrimonij, ne-
mo est quin dubitet, iura enim sunt clara in cap.
literas in fin. & in cap. ex transmissa, vbi Abb. &
communiter Doctores de restit. spoliar. l.consen-
su §.super plagis C.de diuort. Couarr. in tract.de
sponsal. 2.par. cap.7. §. 5. num.1. qui alios allegat
Menoch.de arbitr.lib.2.cap.138.num.3. Mascard.
de probation. conclusion. 1018. num. 8. colum.2.
Guttier.canonic.quæst.cap.2.& hoc naturali illa
ratione, ne alter coniugum cum vitæ periculo in
matrimonium cohabitare cogatur, Barbos. in
repet.rubr.solut.matrim.par.2. Sanch.de matrim.
lib. 10. disput. 18. num. 6. & 7. & adeo sæuitia est
3 vna ex causis separandi matrimonium, vt etiam
si adsit timor futuræ sæuitiæ, Abbas in dicto cap.
literas, Couar.pręcitato loco vbi refert exemplum,
quando inter vxorem, & maritum esset grauis lis
maioris partis bonorum, tunc enim præsumi po-
4 test futura sæuitia, quæ opinio communiter est
recepta, imò Bald.in consil.240. col.3. dixit, quod
etiam si maritus vellet sufficientem cautionem
præstare, dummodo tanta sit viri sæuitia, vt mu-
5 lieri trepidanti non possit sufficiens securitas pro-
uideri, debet concedi dicta separatio, ad formalia
verba tex.in d.cap. literas, Bald. & alij quos refert
Menoch. consil. 299. volum. 3. Sanch.de matrim.
lib. 10. disputat.18. num.73. & etiam si talis timor
præcesserit culpam ipsius mulieris, Abb.in cap. 1.
nu.7.vt lit.non contesta. allegat text. in cap. de be-
nedicto 32.quæst.1. & tex.in l.nec timore ff. quod
metus causa; nunc autem redeundo ad articulum
6 nostrum, cum agamus de veneno, oritur maxima,
quia si alter coniugum, tam ipsa, quam per alium
tentauerit, alterum coniugum veneno occidere,
vel aliquouis modo eius vitæ insidiatus fuerit, po-
tissima erit causa separationis matrimonij, ex iu-
ribus, & Doctoribus supracitatis, & cum alijs
cumulatis per Couarr.præcitato loco, & hæc cau-
sa propinationis veneni inter exempla præteritæ
sæuitiæ à Doctoribus connumeratur; & in

specie concludit Franc. Marc. dec. 467. Guttier. canonic. quæst. q. 24. & adeo hoc est verum, quod nō solum si maritus tam per se, quam per alium tentauerit veneno occidere, verum etiam si alijs hoc volentibus sciens, non manifestauerit vxori, & studuerit, secundum leges vlcisci, vt est formalis tex. in auth. vt liceat matri, & auiæ §. causas vers. si quo libet, & hoc non sine ratione; nam si maritus secus faciat præsumitur eius consensu fuisse factum, iuxta notata per DD. in cap. dilecto filio de senten. excom. in sexto, Abb. in cap qui alios ext. de heret. in sexto. Secunda, poterit esse ratio, nam maxima erit viri sæuitia vltionem tam atrocis delicti non
7 procurare, cum vna caro, & vnus animus cum vxore dicatur. Imò non solum si de venenatione plené constiterit, verum etiam si manifestè id probari non poterit, Abb. in cap. 1. de diuort. vbi dicit, quod licet in dicto cap. hoc non decidatur, nihilominus affirmat ex opinione Host. adhuc esse locum separationi matrimonij, & ratio est, quia iusto timori mulieris isto casu non poterit cautionis remedio succurri, vt in d. c. literas in fin. de rest. spol. & licet DD. dixerint, sæuitiam prędictam plenè constare debere per testes omni exceptione maiores ad finem separandi matrimonium. glo. & Abb. in c. 1. de consang. & affin. glo. in cap. in lit. de test. Pari. d. cons. 54. vol. 4. nu. 15. & 16. Rol. cons. 10. nu. 1. vol. 1. Barb. in repet. rubr. solut. matr. p. 2. nu. 27. qui alios allegat, est tamen aduertendum, quod DD. prædicti loquuti fuerunt de illa sæuitia, quæ vel in atrocibus verberibus, vel in minis de occidendo, vel his similibus consistit, quæ non sunt ita difficilis probationis, & in istis terminis consuluit Paris. in d. cons. 54. sed in propinato
8 veneno, cuius probatio perdifficilis est, teste Hieronym. de Laurent. dec. 30. nu. 16. nulli dubium est, vt ipse dixit, leuiores probationes sufficiunt in isto casu quo in alijs non probarent propter difficultatem probationis allegat cap. secūdo loco, vbi Panor. nu. 5. de prob. cum alijs per ipsum alleg. quę omnia sub Iudicis arbitrio esse affirmat.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum in faciem Ecclesiæ vno ex coniugibus non soluto, altero ignorante, est validum.*

2 *Filij nati ex matrimonio contracto in faciem Ecclesiæ, non dicuntur verè legitimi, sed fictè, cōtrarium nu. 4.*

3 *Filius natus in figura matrimonij cum solemnitatibus Ecclesiæ, excludit substitutum.*

5 *Naturalis aliquando excludit substitutum.*

Filius natus ex matrimonio contracto in faciem Ecclesiæ, an dicatur legitimus, ita quod excludat substitutum, ad ampliationem cap. ex tenore, qui filij sunt legitimi.

DECISIO CXXXVII.

1 SVpponebatur fuisse cōtractū matrimonium in faciem Ecclesiæ, vno ex coniuge non soluto, verū altero ignorante hoc impedimentū; Vndè non dubitatur huiusmodi matrimonium esse validum, filiosq; inde procreatos esse legitimos, cap. ex tenore qui fil. sunt legit. Caffad. in decis. vnic. de sponsal. de Franch. in dec. 130. quare fuit dubitatum, an sint taliter legitimi, vt excludāt substitutum, & dubium faciebat pro opinione negatiua, Bal. in cons. 367. quidam tres hęredes lib. 5. vbi voluit quod tales non veniant in fideicommisso in quo vocati sunt procreandi ex legitimo matrimonio, cuius opinionem communem testatur Socc. Iun. cons. 87. num. 14. lib. 3. & cons. 12. lib. 4. Roland. consil. vlt. num. 42. lib. 2. Cephal. cons. 82. lib. 1. cons. 364. lib. 3. Curt. in cons. 64. num. 12. Alciat. consil. 59. & consil. 124. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. nu. 20. vers. & hanc, Gabriel. de legitim. concl. 1. num. 22. & 23. Ruin. cons. 92. nu. 14. lib. 3. Natt. cons. 614. nu. 15. & seq. lib. 3. vbi ét disputat, quid in legitimato præscriptū sit, & hoc tanto magis procedit in casu nostro, vbi toties repetitur illa verba; legitimi, de legitimo matrimonio procreandi, veri, & non ficte, cum tales
2 non dicantur verè legitimi, sed fictè, Alex. cons. 2. nu. 10. lib. 4. Dec. cons. 284. num. 12. Mant. d. tract. lib. 11. tit. 12. nu. 20. Anto. de Rosell. in tract. de legitim. lib. 2. cap. fin. nu. 1.

Cęterum supradictis minimè obstantibus contrarium fuit resolutum in Curia Archiepiscopali,
3 in qua fuit dictum, filium natum in figura matrimonij s. cum solemnitatibus Ecclesiæ, adeo esse legitimum, vt excludat substitutum, pro cuius opinionis cōprobatione adducitur tex. in §. 1. in auth. quib. mod. natur. effic. legit. vbi per subsequēs matrimonium legitimatus est ad instar verè, & propriè legitimati, & cū verè legitimis ęqualiter succedit, cap. tanta de sponsal. sed magis ad rem videtur facere tex. in §. fin. inst. de incest. nupt. vbi tales filios Imperator vocat propriè legitimos, si pro-
4 priè, ergo non fictè, Tiraq. in l. si vnquam §. susceperit liberos nu. 45. 85. & 55. C. de reuoc. don. Secundo adducitur consil. Burs. 18. & cons. 1. num. 18 lib. 3. vbi tales filij dicuntur nati, & procreati ex legitimo matrimonio per multas rationes, & authoritates, quas ipse allegat, dicens communem Clar. §. feudum q. 82. Natt. cons. 602. Socc. Iun. cons. 77. num. 24. lib. 3. & cons. 12. lib. 4. Couarr. de matrim. c. 8. §. 6, 2. nu. 21. Ósasc. dec. 154. in fi. Boer. dec. 159. num. 5. & faciunt quæ ad longum in materia legitimationis ad exclusionem substituti scripsit notissimè Rauden. in tract. de Analog. c. 36. nu. 1. 66. & 130. ac per tot. Item quia si ex aliquorum sen-
5 tentia, naturalis etiam substitutum excludit, multo magis id faciunt legitimati, DD. in l. ex facto §. si quis rogatus ff. ad Senat. Consult. Trebell. & tandem Surd. in dec. 319. vbi refert fuisse resolutum per Senatum Mantuan. filios legitimatos, modo de quo supra, excludere substitutum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In diuersis terminis diuersa fit interpretatio.*
2 *Patronus Ecclesiæ censetur patronus Capellaniarū in Ecclesia existentium.*
3 *Contentum sequitur naturam continentis.*
4 *Capellæ fundatæ in Ecclesia spectantes ad præsentationem Abbatis, spectāt etiam ad præsentationem eiusdem.*
5 *Refertur decisio Rotæ.*

An probato, quod quis sit patronus alicuius Altaris, ex hoc censeatur probatum ipsum esse patronum Capellaniarum in eodem Altari existentium.

DECISIO CXXXVIII.

IN causa vertente in Curia Archiepiscop. probationis iurispatronatus cuiusdam hominis familiæ de Forma; fuit dubitatum, an verificato per eūdem se fuisse patronum cuiusdam Altaris, ex hoc censeatur verificatum eundem esse patronū omnium Capellaniarum ibidem existentium; & pro opinione negatiua dicebatur, quod cum sint diuersi termini Capellaniarum, & Alta-
1 ris, diuersa debet fieri interpetratio, l. quod autem ff. de acquir. rer. domin. separatorum enim separata debet esse ratio, l. seruorum ff. de seru. asport. & limitatus casus, limitatum producit effectum, l. in agris ff. de acquir. rer. dom. nec probationes extenduntur ad casum non articulatum, glo. in c. 1. de conf. in sextò, ac proinde per probationem iurispatronatus Altaris, nō arguitur patronatus Capellaniarum.

Verum Domini contrarium resoluerunt, moti ex illa iuris conclusione, quod qui est patronus
2 Ecclesiæ censetur, ac videtur esse patronus ipsarū Capellaniarum in Ecclesia existentium, vt probat Ruin. in conf. 92. vol. 1. Aufr. ad Cap. Thol. decis. 29. ex ratione, vt contentum sequatur naturam
3 continentis, argum. legis ad testamentum §. fin. ff. de testamen. cum l. ad eos igitur insulti de acquir. rer. domin. & l. quod sicut, de per cul. & com. rei vend. ad quod not. per Innocent. in cap. cum venerabilis circa fin. super verb. auctoritatis in glo. fin. de excep. ad quod facit cap. ad audientiam de Eccles. ędif. in cap. postulasti de iurepatr. cum ibi notatis per Innoc. in glo penul. & quod notat Ioa. Monachus de inst. cap. 2. lib. 6. & per Archid. de Capp. Monach. cap. presbyter in fi. & glo. ibi circa fin. & pro eiusdem opinionis confirmatione accedebat alia Rotæ decis. 16. in ordine eod. tit. vbi Ca-
4 pellæ fundatæ in Ecclesia spectātes ad præsentationem Abbatis similiter pertinent ad præsentationē eiusdem, cuius decisionis verba sunt: In Ecclesia
5 quæ spectat ad præsentationem cuiusdam Abbatis fundatæ sunt de prouentibus extrinsecis certæ capellaniæ perpetuę, & perpetuo Deo seruiendo, nec Fundatores sibi retinuerāt iuspatronatus, vel potestatem præsentandi: Queritur, vtrum pertineat talis præsentatio ad illū Abbatem, vel an plena, & libera dispositio, & collatio ad Episcopū pertineat, quidam dicunt, quod ad Episcopum pertineat, quia sunt distincta beneficia ab Ecclesia, ergo potestas præsentandi spectans ad Abbatem, in Ecclesia non extenditur ad illas, argum. l. in agrum limitatū ff. de acquir. rer. dom. & ff. de vsufru. l. item si fundi §. hinc dicimus, & in elem. literas de rescrip. præsertim, quia fundatæ sunt de prouentibus extrinsecis, non autem de redditibus Ecclesiæ. Alij verò quod imò ad præsētationem Abbatis, quia ex quo fundātur in Ecclesia, debent cedere Ecclesiæ, & per consequens spectare ad præsentationem eius, ad quem spectat præsentatio Ecclesiæ, cap. postulasti de iurepat. pro quo dicitur expressum, & cap. cum venerabilis de excep.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium probatur per librum Parochi, in quo describuntur omnia matrimonia.*
2 *Liber Parochi habet maiorem vim quam liber rationis.*
3 *Matrimonium probatur per testes.*
4 *In probando matrimonio testes debent esse omni exceptione maiores.*

An liber Parochi sit de essentia ad probationem matrimonij.

DECISIO CXXXIX.

1 AGebatur de probando quodam matrimonio, & cum in libro Parochi non reperiebatur descriptum tale matrimonium, vt mos est rescribi omnia matrimonia per eūdem Parochum; fuit dubitatum, supposito quod non constabat de amissione dicti libri, incendio, vel diluuio aliquo, an prædictum matrimonium possit probari testibus, & dicebatur, matrimonium non esse dubium quin probetur per librum Parochi, in quo reperitur descriptum ex decis. Rot. Rom. 340 par. 1. diuers. & in vna Colonien. statuū 20. Febr. 1585. quas decisiones refert, & sequitur Nouarius in suis report. ad pragm. 1. vers. scias insuper sub rubr. de Parochis, assignans rationem, nam liber
2 Parochi habet maiorem vim, quam liber rationis; sed non per hoc euenire potest, quin matrimoniū
3 non liceat probari per testes, qui quidem debent esse omni exceptione maiores, vt habemus ex cōtex. c. 1. & ibi glo. in verb. maiores de consang. & affin. vbi etiam Anto. de Butr. id obseruauit 8. notab. atq; Abbas ibi nu. 9. vers. item nota, glo. in cap. in super qui matrim. accus. poss. istud itidem omnes ferè consulentes sensere, vt in primis Bart. in conf. 54. vol. 3. vers. & si quispiam opponit, & in conf. 6 col. 3. eod. vol. 1. Bost. in tract. de testamen. n. 97. Fely. in c. j. vers. super glo. 5. vt lit. non contest. & in rubr. de sponf. col. 5. vers. 4. in causa matrimoniali, quo in loco ponit, quod istud sit speciale priuilegium matrimonij, ibiq; concludit in causis hu-
4 iusmodi matrimonialibus non sufficere, testes esse simpliciter idoneos, sed requiri quod sint omni exceptio-

ceptione maiores, idem sensit Dec. in cap. veniens il 1. nu. 3. de testib. de qua re latè etiam apud Couarru. in 4. decret. 2. par. c. 8. & apud Gabr. in suis commun. conclus. tit. de testib. concl. 8. conclusionem quoq; nostram videntur confirmare, cap. attestationi de despons. impub. & cap. consultationem de sponsal. ibi per idoneos testes, & ibi legitimis, & idoneis testibus, quibus in locis agitur de probando matrimonio, & nihilominus requiruntur testes idonei, qui sunt quando vlla exceptione possunt repelli, teste glo. in cap. 1. de testib. & in §. item verborum instit. de inutil. stipul. & ita fuit decisum posse probari per testes.

SVMMARIVM.

1 *Conuentione contractus legem accipiunt.*
2 *Conuentiones in contractibus sunt diligenter custodiendæ.*
3 *Pacta æquiparantur legibus.*
4 *Petens obseruantiam pacti, habet intentionem fundatam.*
5 *Pœna apposita in contractu, semper debetur, quando non præsumitur fraus.*
6 *Pęna semper liquidatur, quando non concurrit cum interesse.*
7 *Taxatio pœnæ, videtur quædam transactio super interesse.*
8 *Declaratur Afflicti decisio 135.*

An regula illa, quod pœna non debetur nisi concurrat interesse, locum sibi vendicet, quando ex consensu partium fuerit adiecta.

DECISIO CXL.

MAgnificus Cæsar de Claro artium medicinæ Doctor, egit in Curia Archiep. ad exactionem quantitatis petitæ vigore pacti, seu specialis conuentionis inter ipsum, & D. Carolum de Claro eius fratrem, cuius conuentionis, seu instrumenti, verba hæc sunt: Hoc amplius fuit conuentum ex speciali pacto inter partes ipsas, quod si aliqua ipsarum contrauenirent præsenti transactioni in toto, vel in parte, eo casu teneatur statim, & in continenti soluere parti obseruanti, & non contradicenti duc. 500. nõ per viam pęnæ, sed per viam specialis conuentionis inter partes ipsas, quos ex nunc, pro tunc, & è contra donauerunt parti obseruanti, & non contradicenti. Euenit igitur casus, quod D. Carolus tentauit ex pluribus infringere, & annullare dictum contractum agens in Sacro Consilio, & deuenit vsque ad sententiam diffinitiuam: quare d. Cæsar comparens in nostra Curia Archiepisc. petens condemnari prædictum D. Carolum vigore pacti, seu specialis conuentionis; & sic fuit à Reuerendiss. D. Vicario citatus ad dicendum, causam quare non debeat contra ipsum exequi pro quantitate petita; vnde de duobus contingit dubitari. Primò, an prædicta pœna sit conuentionalis. Secundò, dato quod sit pœna conuentionalis, an debeatur, dato quod concurrat cum interesse.

Ad primum, fuit resolutum, nullo modo esse
pęnam conuentionalem, sed liquidum pactum
prædicto instrumento adiectum, nam clarò inter
eos cautum fuit solutionem præfatam non fieri
per viam pœnæ, & nihil esse tam naturale, quam
quod fiat id quod inter partes conuentum est, l. 1.
1 ff. de pact. contractus enim conuentione legẽ acci-
piunt, l. contractus de reg. iur. cap. contractus eod.
tit. in sextò, & conuentiones partium seruandæ sũt,
2 & placita diligenter custodienda, Rebuf. in l. vnic.
C. de sentent. quæ pro eo nu. 407. vbi etiam Cagn.
Surd. dec. 271. nu. 7. & quando partes in contractu
non intendunt interponere pęnam, vt communi-
ter fit, sed peculialiter inter se obligare ad soluen-
dum quantitatem inter eos conuentam, non enim
potest dici pœna vigore illius clausulæ, non per viã
pœnæ, quæ debet aliquid operari, Abb. in cap. dile-
4 cti de arbitr. pactum enim æquiparatur legi, l. fi. C.
de reb. alien. non alien. Io. Andr. in c. 2. de consuet.
in sextò, & derogat naturæ feudi, cap. 1. vbi Bald.
de feud. non haben. propriam natur. feud. vnde qui
4 petit obseruantiam pacti conuenti, habet intentio-
nem fundatam, c. 1. de prbb. Surd. dec. 5. nu. 12. &
demum Iudex debet, prout partes conueniunt iu-
dicare, l. si conuenerit ff. de re iud.

Et ad secundam dubitationem fuit pariter di-
5 ctum, quod pęna hæc solet apponi facto, seu spe-
ciei, & in hoc cum non possit præsumi fraus com-
muniter dicunt DD. deberi, Abb. in d. cap. dilecti
nu. 15. vbi ipsemet exemplificat, Affl. dec. 135. per
tex. in §. fi. instit. de verb. oblig. l. cum allegas, vbi
plenè per Scribent. C. de vsur. Alex. cons. 50. lib. 4.
col. fin. cons. 76. col. fin. volum. 5. cons. 195. colum.
penul. & cons. 43. lib. 6. Calc. cons. 34. colum. vlt.
Cagnol. qui testatur de communi in l. vnic. C. de
sentent. quæ pro eo num. 117. vnde lex considerans
difficultatem quæ versatur in probando interesse,
consuluit, vt loco interesse apponatur certa pœna,
vt releuetur pars ab onere probandi interesse, tex.
celebr. in l. fin. ff. de transact. in his verbis: (pacto
conuento Aquiliana stipulatio subijci solet, sed cõ-
sultius est huic stipulationi pęnalem coniungere,
l. fi. ff. de prætor. stipul. Innoc. in cap. suam de pęn.
Surd. dec. 261. Secundò, sit pœnæ huius appositio
dationi qualitatis in fraudem vsurarum, de qua
loquitur tex. in l. rogasti §. si tibi ff. si cert. petat. & l.
cum allegas C. de vsur. & DD. in l. Iulianus §. ibidẽ
Papinianus, & in l. Lucius ff. de act. empt. plenè in
l. sed & si quis §. fin. ff. si quis caut. & in l. stipulatio
ista §. alteri ff. de verb. obl. Abb. in d. cap. dilecti, &
in d. cap. suam de pęn. Cagn. in d. l. vnic. num. 116.
Surd. dec. 161. nu. 24. Affl. d. dec. 135. hæc enim li-
6 quidatur, quatenus cum interesse concurrat, vt
dicunt pręfati DD. & Guttier. canon. quæst lib. 2.
c. 20. Auend. in suo diction. verb. pęna conuentio-
nalis. Tertiò, apponi consueuit pro obseruatione
contractus, d. l. fin. vt in casu nostro; & sic om[illegible]
deberi absq; alia interesse probatione, dicit Alex.
qui testatur de communi in l. si stipulat. §. si fortem
vers. & ideo si pęnam de verb. oblig idem Alexan.
cons. 158. & hoc idem procedere de iure canonico
notabiliter firmat Abb. in d. c. dilecti nu. 14. & pro
cedit etiam si excedit interesse, vt ibi per eum, &

Bart.

Bar.in l.4.§.Cato in 9.&10.oppos.ff.de verb.oblig.
dicens deberi etiam si modicum sit interesse, &
pœna magna, nam stante conuentione non requi-
ritur aliud interesse, vt probat tex in d.l. stipulatio
ista §. alteri, l.cum pœna ff.de arbitr. Corrad.in
tract.de contract.q.85.Corneus cons.153.vers.cir-
ca quartum volu.1. Rebuff.in d.l. vnic.Surd.decis.
461.num.21.& 22.Dec.in cap.1.in princ.de prob.
7 num.72. vbi dicit, quod illa taxatio pœnæ videtur
quædam transactio super interesse, hac ratione
addit Surd. d.decis.nu.24. interesse conuentum
nulli subiacere limitationi, & implendum esse
quicquid fuerit in contractum promissum, nulla
habita ratione, an inter sit, vel non, quia satis interes
se dicitur, quando fuit in contractu deductum,
& stipulatum, & ideo non militat quod dicit Affl.
8 dicta dec.135.Sacrum Consilium non consueuis-
se condemnare ad pœnam conuentionalem, nisi
quatenus cum interesse concurrat, illud enim ha-
bet locum quando non est taxata certa quantitas
pœnæ, vel quando pœna non est promissa, nam
quando pœna est promissa succedit loco inte-
resse, tex. in l. fin. ff.de prætor.stipul. vel procedit
quando est apposita dationi quātitatis in fraudem
vsurarū, vt supra dixi, & ita intelligit illam Afflicti
decisionem Gram.decis.sua 38.nu.7.dicens, quod
alias ineptum esset consilium legis in d.l.fin. Scias
autem quod hæc in causa fuerunt pluries repetita,
vt decideretur, Nos autem illam maturiori discur
sui, & consilio determinandam reseruauimus.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus laicorum dicitur illud quod funda-
tur à laico, siue à clerico de patrimonio suo.*
2 *Impetrans iuspatronatus à Summo Pontifice, si non
expresserit quod sit iuspatronatus laicorum, impe-
tratio est nulla.*
3 *Conditiones appositæ à fundatore, semper sunt ser-
uandæ.*
4 *Fundare iuspatronatus, laicis ex gratia concessum
est.*
5 *Satis est patrono, vt præsentet idoneum, licet in Ec-
clesia sit magis idoneus.*

An extraneus magis idoneus præferendus sit in iurepatron. idoneo de linea testatoris.

DECISIO CXLI.

FVit fundatum iuspatronatus à quodam, his
conditionibus, vt Capella, vna cum bonis
suis omnibus deueniat in posse Capellano-
rum N.N.& post mortē ipsorum, ipsi eligāt duos
alios Capellanos de consanguinitate ipsius testato
ris, & pariter fundatoris dummodo sint, quia
si non fuerint, duos alios ad eorum arbitrium eli-
gant, & sic vadat in perpetuum, moriente igitur
Rectore, & Capellano dictæ Capellæ quidam vti
de sanguine testatoris, ab eodem fuit electus, &
nominatus, multa vero fuerunt opposita per alios
eiusdem sanguinis, in hac igitur causa cum mihi
delegaretur ab Episcopo Castellanetæ duo occur-
rerunt dubitanda: Primum, an istud dicatur iuspa-
tronatus laicorum, vel ecclesiasticum. Secundò,
constito, quod iste erat de consanguinitate funda-
toris tanquam à Rectore electus, an debeat insti-
tui, quibus visis clarè patebit decisio nostri articuli:
& ad primum dicebam, quod iuspatronatus lai-
1 corum dicitur illud, quod fundatur à laico, siue
à clerico, dummodo de patrimonio proprio, &
non ecclesiæ, vt voluit Roch.de Curt. de iurepatr.
in verb.ius in 3.quæst.num.13.& 14.Crauett.in
cons.63.nu.6.vers.quartum dubium vol.1. & in
cons.63.nu.5.eod.vol. vbi etiam dicit, ꝙ si aliquis
2 impetrauerit iuspatronatus à Summo Pontifice,
& nō expresserit, quod est iuspatronatus laicorum
quo impetratio dicitur nulla, glo.in clem.2. de
præben. Abb.in cap.dilectus de offic.deleg.Felyn.
in suo tract.quando literæ Apostolicæ noceant pa
tronis Ecclesiæ nu.5. & Abb. in cap. cum dilectus
nu.4.de offic.deleg.extra, dixit quod hæc est com-
munis opinio, Quo tñ ad alios prætendentes, dice-
3 bam esse excludendos tanquam non de linea fun-
datoris, dispositio enim non fundantis Capellam
prædictam cum qualitate, & conditione prædictis
seruari debet, ita in nostris terminis declarat Ioan.
Andr.post alios in cap.nobis de iurepatr.quem se-
quitur Crauett.cons.82.num.6. vol 1. & in citat.
cons.63.num.5. cuius ratio est, quia fundare iuspa-
4 patronatus laicis ex gratia concessum est, ita dixit
Abb.in c.3. de iurepatr. & ad hoc etiam, vt laici
animosius ad dotandas, & construendas capellas se
stinent ita Fely.in alleg.loco, quare Gemin.in cap.
cū in Ecclesia in vlt.notab.nu.5.de preb.in 6.dixit
quod fundans potest imponere onus, quod semper
ad illud vnus de genere suo præsētetur, voluit hoc
etiam Fely.in cit.loco, & Roch. in eod.tract. in
verb.honorificum nu.48.hocq; sentit Bald. in l.2.
C.de in ius vocan.

Cum igitur fundator ordinauerit, quod Capel-
lanus de consanguinitate eligatur, hæc sua volun-
tas debet obseruari per tex.in cap.cum dilectus de
consuetu.maxime quando est idoneus, iuxta no-
tata in cap.pastoralis de iurepatr. & ideo dicitur, ꝙ
si Ordinarius alteri conferret spreto ordine testato
ris, ista collatio non teneret. per tex.in cap.deueni-
mus 16.q.7.& notat glo. penult. in cap. cum dile-
ctus de iurepatron.& sequitur Corneus in cons.43
3.vol.n.8.& latius idē Corn.cons.317.eod.vol. vbi
amplіat dicens, quod si esset alius antiquior, & ido-
neor, si nō fuit electus ab habentibus potestatem à
fundatore, non debet confirmari, nec potest con-
queri de Rectoribus idoneor, & antiquior iste quia
ipsum non eligerunt, & sic potest verificari dictū
glo.in c.3.in verb.maioribus de iurepatr. sic con-
suluit etiam Feder.cons.95.quando dixit, quod sa-
5 tis est, si patronus præsentet idoneum, licet in Ec-
clesia sit idoneor, glo.in cap.quoniam in quibusdā
verb.quo maioribus de iurepatr. & in cap. consti-
tutus in verb.magis vtilem de appel. Natt.cōs.537.
nu.23 vol.3.vbi dixit, quod electio facta de idoneo
non retractatur, etiam quod magis idoneus repe-
riatur, & propterea clericus qui probatur esse de
linea testatoris debet institui, iuxta tex.in cap.pro-
geniem 35.q.3. tanto magis, quia fundator non
dixit antiquiorem, vel idoniorem, sed tantummo-
do idoneum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Procuratoris ad præsentandum, cum beneficium vacabit est valida, quod distingue, vt num. 2.*
3 *Limitatur textus in cap. fin. de concess. praben.*

An possit constitui procurator ad præsentandum, cum beneficium vacabit.

DECISIO CXLII.

1 CLerico præsentato ad beneficium cuiusdam iurispatronatus, opponebatur præsẽtatum fuisse à procuratore constituto à patrono cum beneficium vacabit; quare fuit dubitatum an de iure posset obstare dicta oppositio, & pro opinione negatiua adducebatur tex. in cap. fin. de concess. præb. vbi quemadmodum beneficij vacaturi promissio non valet, cap. ex tenore, & cap. accedens eod. tit. ita erit nulla, & irritanda constitutio procuratoris ad præsentandum, cum beneficium vacabit, explorati enim iuris est, hanc procuratoris constitutionem inducere votum captandę mortis, cap. ne captandæ de concess. præb.

Verum Domini pro resolutione sic distinguerunt, quod aut patronus dedit mandatum pro præsentanda certa persona ab eo nominata in casu vacationis certi beneficij, & tale mandatum non est validum, nec præsentatio ipsa substinetur, quia continet votum captandæ mortis, ad tex. in c. 2. de concess. præb. Cassad. dec. 5. de iurepatr. & ita fuit resolutum per Rot. in vna Pampilonen. parochialis 17. Maij coram Orano, quę fuit confirmata 19. Ianuarij 1598. coram Camillo Peregrino: Aut patronus dedit mandatum pro præsentanda persona idonea, & habili succedente ipsa vacatione, & ita non fuit expressa persona præsentanda, & tunc huiusmodi mandatum valet, & præsentatio substinetur, vt fuit tentum in dicta Pampilonen. coram Peregrino, & per prius in alia Pampilonen. iurispatronatus 13. Febr. 1595. coram Iusto, in qua fuit
6 dictum regulam d. c. fin. de concess. præb. limitari vbi patronus dat mandatum generale pro omnibus suis negotijs, & etiam ad præsentandum succedente vacatione præsertim si subsit iusta causa dandi tale mandatum, vt puta, longę absentiæ suę, vt per Ioa. Andr. in d. c. fin. nu. 3. & alios in d. decisione allegatos.

SVMMARIVM.

1 *Recusatio Iudicis suspecti debet in initio litis opponi, limita vt nu. 3.*
2 *Periculosissimum est coram Iudice suspecto litigare.*
4 *Quando superuenit causa suspitionis debet iurari superuenisse.*

Dispositio text. in l. fin. C. de except. an procedat quando causa declinandi Tribunal de nouo superuenerit.

DECISIO CXLIII.

1 EX dispositione tex. in l. fi. C. de excep. caue tur recusationem Iudicis suspecti debere proponi in initio litis; quare fuit dubitatum in Curia Archiep. an procederet quãdo causa de nouo superueniret, ita quod potuisset vnus ex litigantibus Tribunal nostrum declinare, & dicebatur, quod licet in principio causæ debeat ista exceptio opponi per d. l. fi. C. de except. Bart. Alex. & omnes Scribentes in l. quidam consulebat ff. de re iud. Bar. Ias. & reliqui omnes in l. si cõuenerit ff. de iurisd. omn. iud. idem in l. apertissimi nu. 11. C. de iudic. Crass. qui testatur de communi, & alios ad hoc allegat in suis commun. opin. lib. 2. c. 8. q. 14. Hartaman. in pract. obseru. lib. 2. tit. 11. obseru. 10. nu. 11. Mising. in suis obseru. cẽtur. 4. obseru. 59. Ferrar. in pract. Papiens. in forma libelli in actione reali in glo. in verb. Iudicem suspectum nu. 7. Marsil. in l. si quis ne quæstio nu. 14. ff. de quæst. Neuiz. cons. 36. nu. 2. Marches. in tract. de commiss. com. 3. c. 1. num. 2. vbi alios allegat, & ratio ea potissima videtur pe-
2 riculosissimum .n. est coram Iudice suspecto litigare, ad tex. in cap. cum inter de except. l. apertissimi, & ibi glo. in verb. libello C. de iudic. glos. in l. prætor verb. cum iustam in fin. ff. de iurisd. omn. iud. Tusc. litt. S. concl 910 Aldobin. cons. 20. nu. 45. Amat. dec. 14. nu. 15. Couarr pract. quæst. cap. 26. Tiraq. de pęn. temp. caus. 51. n. 88. Ambros. dec. 50 nu. 54. quos refert, & sequitur Nouar. in sua prax. elect. for. q. 29. sect. 2 num. 2. subdens, æquitatis rationem dictare ne quis cogatur ferre Iudicem qui sibi aduersus, suspectus, & inimicus est, cap. requiris de appell. cap. quod suspecti 3 q 5. cum durum sanè sit per suspectos negotia geri ex Crauet. cons. 132. nu. 25. in fin. & ideo in principio litis opponenda; Vant. de nullit. in titul. coram quo nullit. nu. 6. Magon. decis. Floren. 63. nu. 8. alias tristissimi euentus inde sequerentur, vt adnotauit Crauett. loco citato, ideoq; consuluit Rebuff. ad Reg. const. tit. de recus. in præfat. vt causam suspicionis perpendat eamq; excogitatam si probare poterit absq; mora proponat, alias nulla erit, Pet. Greg. Tholos. sintag. iuris par. 3. lib. 49. c. 3. in princ.

Tamen Domini resoluerunt, quod quãdo cau-
3 sa suspictionis esset noua, vel de noua reperta, tunc potest Iudex recusari vsque ad calculum ferendæ sententiæ, Dec. in cap. cum super num. 2. de offic. deleg. Masuer. in addit. ad pract. Papiens. in forma libelli in action reali in glo. in verb. & in quantum num. 2. Ruyn. cons. 3. num. 8. & seq lib. 1. Rebuff. super const. Franc. titul. de recusat. 1. glo 6. nu. 1. Crass. d. q. 14. vbi dicit quod isto casu debet iurari,
4 quod causa suspitionis sibi superuenerit.

De materia autem suspitionis Iudicum, & quando sit proponenda, non desinas nounlimè videre vtilissima congesta per Nouar. in collect. decis. ad pragm. 1. sub rubr. de susp. offic. & Apicell. in suo tract. de suspit. Iud.

SVMMARIVM.

1 *Institutio hæredis facta ad interrogationem valet, quod amplia, vt nu. 2. limita vt nu. 3.*
4 *Contraria decis. opinio quomodo intelligatur.*

Insti-

Institutio hæredis facta ad interrogatio-nem, an valeat.

DECISIO CXLIV.

1 TEstamento condito à quodam Parocho, &
ab eodem Parocho interrogato testatore
de institutione hæredis;fuit dictum in Cu-
ria Archiep.fuisse validũ;& mouebantur Domini
ex glo.in l.iubemus C.de testam. Beccio cons.86.
nu.7.Boer.dec.35.nu.5.Surd.cons.414.n.53. Socc.
Iun.cons.144.& cons.178.nu.10.vol.2. Alcia.cons.
570. num.5.Couar.in cap.cum tibi nu.4.ext.de te-
stamen. Bellon.cons.66. num.8. Boss.titul. de fals.
num.52.Menoch.cons.45.Afflict.dec.143.& dec.
144.& alijs, quos sequitur Intrigl. decis.Sicil.38.
2 & eo magis videtur procedere hæc sententia,cum
animus testatoris fuerit substituere hæredem illũ
quem an illum vellet suum hæredem instituere,
casu fuit interrogatus, Socc. Iun. cons. 7. & cons.
34.vol.4.imò fortius quando interrogatio esset fa-
cta à persona publica,vt Notario, vel Parocho, vt
est in casu nostro, Bal.in d.l.iubemus nu. 5. quin-
imò requiritur, quod Tabellio sit adhibitus per
testatorem, adhoc, vt per eius interrogationem
testamentum factum valeat, & si esset facta inter-
3 rogatio à persona priuata, vel suspecta falsitatis,
tunc enim non valeret testamentum, per ea quæ
voluit Paul.de Castr. in cons.364. & ommittendo
alios antiquiores, voluit Roderic. Suar. alleg. 1.
Villalob.opin.commun. §.testator nu. 63. & hanc
esse tenendam iudicauit nostra Curia Archiepisc.
cum casus euenisset.

Licet autem sit contraria opinio habita per Ioa.
4 Andr.in addit.ad Specul.tit.de testam. §.in primis
col.3.vers.9. vbi dicit, quod testamentum factum
ad alterius interrogationẽ non valet,sequitur Soc-
cin.Iun.cons.183.n.32.vol.2. Guliel.in l.1.§.si quis
ita col.6. ff. de verb.oblig.Laderch.cons.39.nu.2.
col.1. tamen hæc possunt procedere quando testa-
tor aliud testamentum solemne confecisset, vel
non constaret de voluntate testatoris Notario, vel
Parocho prius exposita, aut quando testator fuis-
set adeo morte oppressus, vt articulatè loqui
non potuisset, Clar.in d.q.37. Bertrand.cons.194.
num.3.lib.6.Castren.cons.155.in fin. lib.1. Immò
scias,quod in dubio pronunciandum est pro testa-
mento,Menoch.cons.540 nu.4.& 19. vol.6.l.pars
in princ. ff.de inoff. testam. quapropter optimum
fuit decretum nostræ Curiæ irritando testamen-
tum de quo supra.

SVMMARIVM.

1 *Apud Scribentes triplex diei diuisio reperitur.*
2 *Dies diuiditur in artificialem, & naturalem.*
3 *Dies artificialis quando incipiat, & quando naturalis.*
4 *Notarius non committit falsitatem asserens instrumentum confectum fuisse de die, & re vera fuerit de media nocte.*
5 *Dies mensurati de media nocte, ad mediam noctem.*

An Notarius censeatur commisisse falsita-tem asserens instrumentum confectum fuisse de die, & re vera fuerit in me-dia nocte, ad intellectum text. in l.mo-re Rom. ff. de ferijs.

DECISIO CXLV.

1 QVadruplicem diei diuisionem apud Scri-
bentes reperio,& diuiditur in naturalem,
& artificialem, de quibus mox dice-
cemus, ceremonialem,qui & diuersis,
incipit,& diuersis quoq; terminat horis, ex respe-
ctibus diuersis,& emergentem, quo fit computa-
tio de momento ad momẽtum, vt tradit Mantua
in suo Dialog.class.4.c.5.nu.7.vers.& ceremonia-
lis,Iacób.de Nigr.in l.1.§.qui præsens nu.32. vers.
re certa tamen ff. de verb. oblig. qui exemplificat
in diebus ad appellandum; pro declaratione igi-
tur nostri articuli est sciẽdum, quod communiter
2 Scribentes diuidũt in diem naturalem,& artificia-
3 lem,ita vt artificialis sit à mane ad vesperam, na-
turalis sit integrum spatium 24.horarum, vt tra-
dit Butigel. ad l. 1. §.qui præsens num.24.vers. tu
aduerte ff.de verb.oblig. Rom.in l.oratione nu.3.
vers. notat ff.de ferijs, vel is sit ab occasu ad occa-
sum,ex more Atheniensium,glo.in l.more ff.de
ferijs,Couar.lib.4.var.resol.c.19.festi diei num.5.
vers.dies verò,Tiraq.de retract.lignag.§.1.glo.11.
nu.1.& vt dies mensuretur ab ortu ad ortum,scrip
sit Ias.in d.l.more nu.5.ff.de ferijs,Viuius in com-
mun.opinion.opin.950.nu.2.vers ceterum prædi-
cta,siue à meridie ad meridiem, quemadmodum
Arabes, glos.in d.l.more ff. de ferijs, quibus addit
Tiraq.ad glos.11.nu.1.Vmbros, & Hetruscos, vel
etiam de media nocte ad mediam noctem,vt Ro-
mani de quibus tex.in l.more Rom.ff.de ferijs,vbi
omnes, sed præcipuè Alberic. num.2. Guid.Pap.
sing.983. Simon de Petr.cons.94. Eugen cons.48.
lib.1.glo.in l.qua ætate ff.de testam. Rip.in l.quod
iussit nu.58.ff.de re iud.cũm igitur dies mensure-
4 tur de media nocte ad mediam noctem, nõ potest
dici Notariũ commisisse falsitatem, & ita fuit re-
solutum in Curia Archiepiscop.dum agerètur te-
stamentum cuiusdam Parochi esse falsum, quia
Notarius cum de media nocte confecisset, dixit
5 testamentum confectum fuisse in die sequẽti,quæ
minimè videntur obstare, dũ dies de media nocte
ad mediam noctẽ mensuretur, ad late tradita per
Fely.in cap. S.Mariæ nu.53.de constit. Bart.in d.l.
more Romano num. 1. ff. de ferijs, Cotta in suis
memoralib.in verb.die.latè,& alios quos refert,&
sequitur Rip.de noct. temp. c.3.sub nu.10.

SVMMARIVM.

1 *Thori separatio quoad cohabitationẽ, est remedium subsidiarium.*
2 *In casibus separationis matrimonij possunt peti alimenta.*
3 *Separatio Thori conceditur tam vxori contra virũ, quam è contra.*

4 Ad

4 *Ad separandum matrimonium est causa satis sufficiens saeuitia mariti, & quanta debeat esse relinquitur arbitrio Iudicis num. 5.*

Quanta saeuitia requiratur ad separationem matrimonij, vel remittatur arbitrio Iudicis.

DECISIO CXLVI.

1 THori separatio quoad cohabitationem, non quoad matrimonij foedus, est remedium subsidiarium validissimum pro vxoribus, quando malè à viris suis habentur, nec emendandae vitae, aut poenitentiae dantur indicia, & nimis ex cautione de non offendendo, bonus separatur euentus, cap. ex transmissa, cap. literas, ibiq; glos. & Abb. de restit. spol. c. 1. vt lit. non contest. c. 1. vbi Host. de diuort. Natt. cons. 24. & 616. Thess. decis. 130. Menoch. cons. 299. Franc. Marc. dec. 738. p. 2. siue agatur de sola saeuitia verborum, siue etiam verberum ob capitale viri odium, vitae insidias, aut venenum praeparatum, siue ob nimiam auaritiam, & austeritatum mariti, siue ob retentionem pellicis siue ob falsitatem querelae in causa capitali, vel de adulterij nota vxori impacta, §. quia verò plurimas, & §. si vir de adult. authent. vt liceat matri, & auiae, Henriq. cons. 86. num. 11. & 12. quinimo in
2 his casibus possunt peti etiam alimenta, de quo vide Menoch. cons. 853. num. 33. lib. 9. & hoc ipsum remedium non solum conceditur vxori contra
3 maritum, sed etiam marito contra vxorem duri capitis pernoctantem, & liberè vagantem, & sui copiam alijs facientem, quia de his constito Thori etiam fit separatio, Rebuff. in tract. de sent. prouis. art. 3.

His igitur sic determinatis, scilicet qd ad sepa-
4 randũ matrimonium sit vna ex causis saeuitia mariti; In nostra Curia Archiepiscopali, dum dubitabatur quanta, & quae saeuitia esset necessaria ad effectum separandi, fuit dictum, talem saeuitiam de-
5 terminandam esse arbitrio Iudicis ecclesiastici, cuius arbitrio diffiniẽdam relinquitur, sicut etiam ipse cognoscit de causis separationis Thori, in qua nec eo inscio valet iurata transactio, nec pactum siue compositio inter coniuges quibus ea fiat perpetua, vel ad tempus longum, sine Ecclesiae iudicio, nisi de facto contigerit id genus diuortij, de Franch. dec. 312 nu. 3. Decia. cons. 68. nu. 4. Peregr. cons. 89. Anton. resol. 35.

SVMMARIVM.

1 *Vir, & vxor sunt correlatiua.*
2 *Vir, & vxor quoad actionem adulterij ciuiliter intentatam a pari procedunt.*
3 *Vir, & vxor non debent ad imparia iudicari.*
4 *Vir, & vxor per matrimonium efficiuntur vnum corpus, eademq; caro.*
5 *Iniuria facta vxori censetur facta marito.*
6 *Vir, & vxor testari possunt eisdem cartis.*
7 *Ius accusandi maritum inuentum in adulterio, non competit vxori.*
8 *Vxor non potest occidere maritum inuentum in adulterio.*

An vxor possit impunè occidere maritum adulterum.

DECISIO CXLVII.

FVit mihi quaesitum, si dispositio tex. in l. Gracus C. ad leg. Iul. de adult. disponens maritum occidentem vxorem deprehensam in adulterio non esse in aliqua poena plectendum locum sibi vendicet è contra in vxore occidente ipsum deprehensum pariter in adulterio: Et prima consideratione proposui decidere articulum
1 pro affirmatiua sententia, ex eo, quod vir, & vxor correlatiua sunt, & dispositum in vno cens. tur dispositum in altero, l. fi. C. de indict. viduit. toll. Barbat. in cons. 64. nu. 33. volu. 1. pulchrè Cuman. in cons. 175. nu. 5. & seq. & in terminis nostris in specie glo. in §. si verò altera harum personarum in vero pęn: in auth. de nupt. vndè quoad actionem
2 adulterij ciuiliter intentatam à pari procedunt, ita quod sicut mulier adultera priuatur dote, ita etiã vir donatione propter nuptias, vt plenè testatur Rolan. à Vall. in cons. 50. per tot. volum. 1. qui hoc ampliat etiam si cum soluta vir fornicationem cõmiẽtat, idq; confirmat Paris. in cons. 54. n. 43. vol. 4. & Couar. in epith. de sponsal. 2. p. c. 7. §. 6. sub nu. 4. & seq. & qd ex virtute huius correlationis dispositum in viro, trahatur ad vxorem, & è contra etiam in correctorijs iuris communis, ac etiam in materia pęnali tradit Ias. in l. si prius nu. 54. ff. de nou. oper. nunc. latè Gabr. in 6. lib. commun. conclus. in tit. de leg. & const. concl. 3. per tot. & pluribus exemplis exornat Lancell. Gal. in comment. ad consuet. Alex. in vers. vxori q. 4. in fi & in specie quod etiã in pęnalibus dispositio loquens circa lucrum, aut amissionẽ dotis procedat etiam respectu quartae, seu donationis propter nuptias, & facit tex. in cap. si quis vxorem 33. q. 1. vbi vir, & vxor non debent
3 ad imparia iudicari, sequitur Mant. in dec. 50. nu. 10. & proinde, vt dixi, dispositum in marito, debet habere locum in vxore, vt latissimè ad propositum deducit Nouar. in sua prax. de elect. fori quaest. 47. per tot. vbi beneficium electionis fori competens marito priuilegiato, trahit etiam ad eius vxorem, & ratio est secundum eum, ne correlatiua ad imparia iudicentur, hinc est, quod priuilegium concessum viro comprehendit etiam vxorem, vt locum etiam habeat in priuilegio, singulariter, & dispensatiuo contra ius concesso, Decian. in tract. crimin. par. j. lib. 4. c. 9. nu. 53. in fi. vir enim
4 & vxor per matrimonium efficiuntur vnum corpus, & vna eademq; caro, cap. debitum de bigam. & vna, eademq; caro censentur, Castr. in l. rei iud. §. socero nu. 4. ff. solut. matr. & vxor reputatur pars corporis viri, cap. ad apostolicã de côuers. coniug. imò dicitur vnum corpus, & vna anima cum ipso viro, l. 1. ff. de rit. nupt. & reputantur socij diuinae, & humanae domus, glo. in l. haeres ff. de negot. gest. Simon de Prat. cons. 95. nu. 44. subdens, quod impensa pro vxore iudicatur ad instar impensarum eroga-

erogatam pio marito,& pari passu ambulat, & hinc euenit,quod mulier mariti honorem fruitur,& nobilitatur,& pari loco,honore, & commodo comprælienduntur vir , & vxor l. cæterum §.
5 mulier cũ §.sequent.de vsu,& habitat.vnde iniuria facta vxori marito dicitur esse facta , vt post alios quos allegat habetur p Lacellott. Gallia super cõsuet. Alex.vers. vxori n.45. & hinc vxores amittũt genus, & familiam patris, & trãseunt in familiam viri l.quicunque vbi Bart.C.de re milit.& ideo relicto vsu alicuius rei marito,censetur etiam relictus pro vxore Fel.in cap.quam sit concluf. 1. de iudicijs , vnde vxor tam in ciuili, quam in criminali gaudet priuilegio fori quo gaudet vir,& ibi debet conueniri vbi vir conuenïendus est tex. est,& ibi Bart. in l. nec aduersa C. de silent. lib. 10. & ideo vxor si eius vir haberet exemptionis priuilegium à solutione collectarum,& gabellarum,quæ deberentur ex forma statutorũ gaudebit eodẽ priuilegio non soluendo gabellam Cuman.in l.non tantũ
6 in notab. ff. de re iudicat.imò vir , & vxor testari possunt eisdem cartis Ias.in l. patris,& filij nu.7.ff. de vulg. & pupill. Cœterum his non obstantibus contrarium consului per dispositionem tex.in l. 1. C.ad leg.Iul. de adulter. vbi clarè,& quam apertè disponitur,quod ius accusandi maritum inuẽtum in adulterio non competit vxori,ex quo arguitur
8 à fortiori,cum vxor maritum non possit accusare, eò magis non potest occidere,argumentum enim à fortiori in iure est validissimum vt post Abb. & Fely. tradit nouiss. Nouar. de elect. fori q. 19. nu.7.sect.2.

SVMMARIVM.

1 *Notarius recipiens fideiussores non idoneos, tenetur actione subsidiaria.*
2 *Magister actorum potest expellere quemlibet fideiussorem non idoneum,limita vt nu.3.*
4 *Fideiussor idoneus dicitur is qui possidet immobilia in loco iudicij.*

An sit in libito Magistri actorum expellere quemlibet fideiussorem, & quid si sit idoneus,& quis nam dicatur idoneus.

DECISIO CXLVIII.

1 EX communi concludunt Doctores,Notarium recipientem fideiussores non idoneos teneri actione subsidiaria Ludouic.decis. 33. Montan.in tract.de iure tutel.& curat.c.32.reg.7. nu.33.Costa de remed.subsid.remed.5.num.5. de Franchis decis.480.n.3.ex text.in l.1.ff.de magist. conuen. quibus suppositis fuit dubitatum in nostra Curia, an Magister actorum posset expellere quemlibet fideiussorem, & fuit resolutum Magi-
2 strum actorum posse expellere quemlibet fideiussorem non idoneũ, ex ratione quam superius adduxi,nam de suo tenetur d.l. 1. ff.de magist. conu. licet nõ teneatur cognoscere cõtrahentes de Frãchis decis. 262. non tamen potest Magister actorũ
3 expellere fideiussorem non idoneum,quando principalis est diues, quia non tenetur Alexand.in l. 2. n.4.ff.qui satisdar.cogant.Paris de sindicat.c.3.nu.
4 5.fideiussor verò idoneus dicitur is , qui possidet bona immobilia in loco iudicij,& is non potest repelli,vt est textus in l. sciendum § possessor ff. qui satisdar. cogãtur, vbi Iurisconsultus facta conclusione, quod qui stabilia possidet à satisdandi onere releuatur,subdit per hæc verba,possessor autem is accipiendus est , qui in agro, vel ciuitate rem soli possidet,& ibi glo. in verb. in agro exponit,id est in villa, & ibi hoc expressè adnotarunt Bald.nu.2. in fin. vers.ext.glos. quæro Angel.nu.8.in fin.in vltimis verbis Paulus de Castro nu.1.& 3.in fin.& est glos. ordinaria in l.fin.in verb. caution.in fin.C.de princip. agen. lib.12.Lucas de Penna col.2.in fin. n.4.ad medium in verb.mouentur vers.post istam glosam Bart.nu.1.Ioa.de Platea nu.2.vers.3. nota, nec sufficit possidere bona stabilia in eadem prouincia , nisi etiam eadem bona existant in loco vicino ipsi loco iudicij,vt videre est apud Cynum in l.sciendum §. poss.nu.24.ff.qui satisdar.cogant.

SVMMARIVM.

1 *Dictum socij criminis,qui patitur plures defectus in tortura confirmatum non facit inditium contra socium de iure ; sed contrarium est de consuetudine, vt num.2.*

Dictum socij criminis in tortura, an faciat inditium ad torturam contra alterum socium in crimine falsæ monetæ,& quid si patitur plures defectus,an omnes purgentur.

DECISIO CXLIX.

INtroducta in nostra Curia Archiepiscopali causa criminali falsæ monetæ, & cum plura aderant inditia,fuit processum ad torturã vnius socij tantum,qui plures patiebatur defectus,& deposuit contra duos alios socios, fuit dubitatum, an prædicta depositio faceret inditium contra alios socios,& an omnes defectus fuerint in tortura pur
1 gati , & fuit dictum socij criminis inculpationem nõ facere inditiũ adminiculatiuum, quãdo patitur alios defectus latè Farinac.q.43.n.178.& q.61.nu. 381. & sequenti bus , nec ex socij tormentati inculpatione oritur inditium cõtra alios socios,cum præsertim ad effectum de quo agimus duos tãtum sufficere defectus scripserunt Turrius cons. crim. diuers.81.nu.65.lib.2.Bursat.cons.239.nu.42.Tuscus cum allegatis per eum conclus.218.nu.10. & quando socius plures patitur defectus non solum nõ facit inditium, sed nec etiam præsumptionem, nec probationem secundum cõmunes Doctorum sententias,quos refert Farinac.de testib.q.62.num. 81.Tuscus in suis conclusionibus in verb. testes conclus.18.per totam, & præcipuè nu.15. tortura enim non plures defectus , sed vnũ tantũ supplere põt, vt voluit Roland.cons.16. num.9.& sequentibus

K

tibus lib. 1. Cæphal. conſ. 233. nu. 6. & 7. lib. 2. Honded. qui de communi teſtatur conſ. 100. num. 29. iuncto nu. 33. & ſequent. lib. 1.

2 Cæterum quicquid ſit de iure, veritas eſt contrarium, & hanc amplexi ſuimus, ipſamq; ſeruat conſuetudo, alias raro dictum ſocij criminis indicium ſiceret, quia pauci ſunt ſocij criminis, qui pluribus defectibus non ſint notati, & ſic delicta remanerent impunita, vt teſtatur Baiard. ad Clarum quæſt. 24. nu. 128. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Filij nati ex matrimonio abſque denunciationibus contracto ſunt illegitimi ſi detegatur poſtea impedimentum. contrarium num. 3.*

2 *Denunciationes ſunt de ſubſtantia matrimonij, contrarium. num. 4.*

5 *Aliquãdo denũciationes in matrimonio remittũtur.*

6 *Vicarius cognoſcit de cauſis matrimonialibus ſine ſpeciali mandato Epiſcopi.*

Filij nati ex matrimonio contracto abſque denunciationibus, an ſint legitimi, ſi detegatur impedimentum; ad intellectum text. in cap. cum inhibitio de cland. deſponſ.

DECISIO CL.

FVit dubitatum in Curia Archiepiſcopali, & propriè in sãctiſſimo Tribunali S. fidei de tribus; primo an filij nati ex matrimonio contracto abſq; denunciationibus ſint legitimi detecto aliquo impedimento. ſecundo an diſpoſitio text. in cap. cum inhibitio de clandeſt. deſponſation. corrigatur per Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1 tertio an publicationes in dubio præſumantur fuiſſe factas, an vero hoc probandum ſit, de quibus quoniam ex triplici capite triplex orta fuit deciſio, Ideo per ordinem videbimus.

1 Et primo quoad primum videbatur prolẽ eſſe illegitimam, nam ſi huiuſmodi publicationes non eſſent factæ filij nati ex tali coniugio, non dicerentur legitimi hæredes patris, ſi detegitur poſtea aliquod impedimentum cõſanguinitatis, vel alterius cauſæ, quamuis illud non eſſet notum coniugibus, vt in ſpecie declarat Abb. in cap. ex tenore qui fil. ſint legitimi, & ibi Boic. col. 2. in princip. verſ. aut contrahunt ab initio clandeſtinè Cæphal. cõſ. 503. per tot. lib. 4. Couar. de ſponſ. part. 2. cap. 6. Soccin. Iun. qui de communi conſ. 86. nu 53. lib. 2. & conſ. 31. num. 49. eod. lib. Peregr. de fideicomm. art. 24. num. 74. qui loquitur in terminis Concilij Trid. in cap. 1. ſeſſ. 24 de refor. matrim. prout etiam cõcludit Cæuall. q. 605. in fin. nu. 149. & q. 697. nu. 7. vbi etiam nu. 13. ampliat ad patrem quod neq; hoc caſu poſſit ſuccedere filio, cũ iſtæ ſucceſſiones ſint reciprocæ poſt Tell. Fernand. in l. 6. taur. nu. 13.

2 Ratio dicebatur eſſe, quia iſtæ denunciationes ſunt de ſubſtantia, & ſi omittantur reddũt nullum matrimonium ſecundum Menoch. conſ. 69. lib. 1. Cæphal. conſ. 421. lib 3. & conſ. 503. num. 14. lib. 4. Cacher. conſ. 52. nu. 11. cum ſeq. Honded. conſ. 87. nu. 16.

Secundo dicebatur, quod omiſſio denunciationum reddit matrimonium clandeſtinum, ita vt non dicatur contractum in facie Eccleſiæ cap. cum inhibitio §. ſi quis vero de clandeſt. deſponſ. & licet coram parocho, & teſtibus contrahatur, validè matrimonium etiam omiſſis denunciationibus, tamẽ iudicatur clandeſtinum prout ſi fieret ſine teſtibus & parocho, quo caſu eſſet non ſolum clãdeſtinum, ſed etiam nullum Nauarr. in manual. cap. 22. nu. 70. Menoch. conſ. 69. num. 70. Spin. de teſtam. gloſ. 15. num. 24. Cucc. Gutier. Veracrux, Azeuedo, & alij allegati per Cæual, q. 5. nu. 8. vbi dicit veriorẽ opinionem, vnde ignorantia non excuſabit contrahentes, cum dent operam rei illicitæ, contrahendo abſque publicationibus cap. tua de homicid, Caſſad. deciſ. vnic. in princip. de ſponſal.

3 His tamen non obſtantibus, contrarium fuit dictum, quod filij ſint legitimi, reſpondendo ad ſupradicta, & primo ad ea, quæ primo loco dicta sũt, nam ea non videntur tuta, quia neq; de iure com-
4 muni, neq; ex Concilio Trid. ſunt de ſubſtantia denunciationes. ideo matrimoniũ ſine illis factum erit validum, prout declarauit S. Congr. Concilij vt refert Ign. Lopez ad Diaz cap. 75. addit. 2. in verbo ſuſpenditur ab offic. verſ. 1. ante omnia in fin. & latè Rimin. conſ. 691. lib. 4. nu. 17. Gutier. de iuram. confirm. cap. 51. num. 25. part. 2. fol. 98. vbi teſtatur, verum ſenſum Concilij eſſe quod ſolum ſint de ſollemnitate poſt Roias in epitom. ſucceſſ. cap. 2. num. 22 Quia licet partes mortaliter peccẽt, & puniri poſſint ſi omittantur Molin. de primog. Hiſpan. cap. 16. lib. 2. num. 20. Lopez ad Diaz vbi ſupra verſ. peccarent tamen, & verſ. 5. eſt eſt etiam. Non tamen Concilium præcipiendo illas fieri inualidat matrimonium. quod ſolum declaratur irritum, & inane, quando non fit coram parocho, & teſtibus nihil ſubiungens de denunciationibus Nauarr. in man. cap. 22. nu. 70. Caualc. deciſ. 29. de iudic. Ledeſm. de matrim. q. 45. art. 5. Cæual. q. 604. nu. 123. dubit. 97. & nu. 46. dubit. 27. Claud. ad Bertaz. conſ. crim. 283. & conſ. 359. latè per Guter. de iuram. confirm. par. 2. cap. 51. nu. 25.

5 Ideo videmus huiuſmodi denũciationes ſæpius remitti per Ordinarios, qui in hoc caſu erunt Epiſcopi Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 453. num. 5. prout etiam eius Vicarius Generalis, qui iure proprio, & authoritate ſibi à Concilio conceſſa poterit illas remittere, quia nũquam Cõcilium excludit Vicarium, quando facit mentionem de Ordinario, ſeù de Epiſcopo, niſi expreſsè excludat cap. 6. de refor. ſeſſ. 24. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 3. q. 11. nu. 19 vſq; ad nu. 23. Et Vicarius eſt ordinarius
6 gloſ. in cap. 1. de offic. Vicar. in 6. & cognoſcit de cauſis matrimonialibus ſine ſpeciali mãdato Epiſcopi Præpoſ. in cap. fin. in primo notab. de cogn. ſpirit. Sbrozz. de Vicar. Epiſcop c. 44. lib. 2. vnde multo magis de præambulis, & ita in ſpecie eſſe moribus, & vſu receptum, quod Vicarius poſſit re-
5 mittere teſtatur Gutier. can. quæſt. cap. 19. num. 13. Sbrozz. ibid. q. 47. vbi intelligit cũ cauſa, quicquid contra-

contrarium dicat Cæphal. conſ. 421. lib. 3. nu. 72. & Spin. de teſtam. gloſ. 15. in princip. num. 28. cum ſeq. Menoch. Ledeſm. & alij allegati per Cæual. quæſt. 604. num. 92. quia contra eos eſt verior opinio, & in pract. ſeruatur, prout latè dicit Floreſ. pract. q. cap. 24. lib. 3. num. 26. vbi etiam ampliat ad Abbates exemptos qui poſſunt remittere ex cauſa denunciationes quemadmodum Epiſcopi Nauar. conſ. 1. de ſponſal. lib. 4.

Ex his etiam clariſſimè patet reſponſio ad ea, quæ ſecundo loco dicebantur, matrimonium dici clandeſtinum ſine denunciationibus contractum, nam cum non ſint de ſubſtantia ex Concilio cum poſſint remitti ob cauſam, ideo ſine illis contractũ non poteſt dici clandeſtinum. maximè cum Concilium videatur corrigere, & limitare d. cap. cum inhibitio à contrarijs allatum, nam ibi videntur eſſe denunciationes de ſubſtantia, & nulla fit mentio de remiſſione aliqua, hic vero in Concilio eſt contrarium, vt mox in hoc alio puncto videbimus

SVMMARIVM.

1 *Quæ clam fiunt videntur habere delicti præſumptionem.*
2 *Diſpoſitio text. in cap. cum inhibitio corrigitur per Conc. Trident.*

Text. in c. cum inhibitio de clandeſt. deſponſ. an ſit correctus per Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. matrim.

DECISIO CLI.

1 QVuoad ſecundum articulum, vltra ea quæ ſupra iam dicta ſunt, dictum fuit quod quæ clam fiunt videntur habere delicti præſumptionem cap. conſuluit verſ. qui male agit odit lucem de offic. deleg. gloſ. verbo lucem amãs. In extrauag. Io. 22. incip. ſedes de conceſſ. præb. & tradit Iodoc. in prax. c. 61. n. 120. Menoch. de præſũpt. lib. 2. præſumpt. 10. n. 59. & Horat. dicit vt vigilent homines ſurgũt de nocte latrones. Ideo aſſerẽti clã contraxiſſe matrimoniũ incũbit probatio, alias. n. eccleſia quæ non iudicat de occultis, tale matrimonium non admittit interim quo non probatur, cap. ſi quis diuinis 30. q. 5. cap. 2. de cland. deſponſ. quod ſi probetur, tenet matrimonium abſq; eo quod clandeſtinitas illud vitiet, cum ſolus conſenſus licet clam fuiſſet præſtitus ſufficiat ex iure antiquo, cap. nec illud 30. q. 5. & tradunt Cuch. lib. 3. inſtit. Canon. nu. 8. verſ. nolim tamen Couar. in 2. par. cap. 6. n. 7. in princ. Paleot. de noth. & ſpur. c. 5. ex nu. 5. verſ. propterea, & in c. 19. nu. 5. verſ. quoniam tamen Vict. de ſacr. matrim. num. 266. Gugliel. in tract. 1. de ſacram. matrim. cap. 26. in fin. verſ. notandum n. l. 98. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 4. §. 6. in princip. nu. 8. Maſcard. vol. 2. de probat. concluſ. 1023. nu. 11. Matien. lib. 5. recollect. tit. 1. de matrim. l. 1. in gloſ. 1. ex nu. 4. modo cum in d. cap. cum inhitio ſit expreſsè prohibitum matrimonium contrahi ſine ſollemnitatibus videntur correcta iura iſta iam dicta, & præcipuè quæ dicunt Abb. in c. 2. de clandeſt. deſponſ. Periſ. conſ. 13. nu. 12. lib. 2. Caputaq. decis. 204. nu. 2. lib. 2. aſſerentes matrimonium de iure communi non eſſe publicandũ in eccleſia; neq; in edicta debere præcedere, ſed ſatis ſit, quod in cõſpectu fidelium, & teſtium contractum fuerit.

2 Ex quibus omnibus deueniendo ad deciſionem puncti dictum fuit, quod illud quod dicitur in d. cap. cum inhibitio reddens nulla talia matrimonia videtur limitatum per Concilium Triden. d. ſeſſ. 24. cap. 1. de reſor. matrim. & reſtituit matrimonia ad illud, quod de iure communi diximus, vt non ſint adeo neceſſaria, cum dicat apertè clandeſtina matrimonia libero contrahentium conſenſu celebrata rata, & vera eſſe matrimonia, quandiù ea eccleſia irrita non fecit, & proinde iure damnandos eſſe illos, vt eos S. Synodus Tridentina anathemate damnat qui ea vera & rata eſſe negant.

Aduertendo, quod in d. cap. 1. duplicem clandeſtinitatem affert, aut ex defectu parochi, & teſtium quæ omnimodo vitiat ex eius diſpoſitione matrimonium concordando quoad hoc cum d. c. cum inhibitio, vt expreſsè dicit illis verbis. Idcircò ſacri Lateranẽſis Concilij ſub Inno. 3. celebrati veſtigijs inhærendo &c. aut clandeſtinitas euenit ex defectu denunciationum, & tunc benè hodiè valet matrimonium, vt probat d. cap. 1. in verſ. Ordinarius, & in hoc eſt limitatum d. cap. cum inhibitio per ea, quæ tradit Nauar. in manual. Latin. cap. 22. nu. 70. verſ. 3. aduertendum, & facit pro eo quod tradit gloſ. in verbo clandeſtina in c. 2. de clandeſt. deſponſ. vbi Abb. nu. 9. Paleot. de noth. & ſpur. cap. cap. 5. num. 8. pro hoc tamen eſt omnino videndus Menoch. conſ. 69. vol. 1. Roland. conſ. 93. vol. 3. ex nu. 23. Viuald. in Candelabr. de matrim. num. 85. & n. 242. Salzed. ad Diaz in pract. cap. 73. pulchre Riminal. conſ. 631. vol. 6. Caualcan. deciſ. 29. num. 18. & latiſſimè Cephal. conſ. 421. Guttier. in pract. lib. 2. quæſt. 4. ex nu. 15. Matien. lib. 5. recollect. tit. 1. in gloſ. 1. rubr. ex nu. 34. Dabal. in direct. iudic. 2. par. cap. 15. ex num. 30. & optimè in cap. 16. ex num. 1.

SVMMARIVM.

1 *Publicationes in matrimonio in dubio non præſumuntur.*
2 *Accidentia nunquam præſumuntur.*
3 *Non ſufficit actum ſine qualitate probare.*
4 *Quando qualitas eſt cauſa alicuius effectus, debet neceſſario probari.*

Publicationes in matrimonio, ſi in libro matrimoniorum non reperianrur, an præſumantur factæ.

DECISIO CLII.

1 NVnc deuenio ad hoc tertium articulum, in quo fuit dictum, in dubio publicationes nõ præſumi ex eo, quod qualitas quæ propriè eſt accidẽs, nec ſubſtantiam attingit, aut immutat nec præſumitur, tẽſte Bald. in l. eius qui in prouincia ff. ſi cert. pet. ad finem, & in l. 2. col. 1. C.

de bon.poss.ff.sec.tab.Menoch.conf.35 .num.31.
accidentia etenim nó præsumi nos docet glo.in l.si
vero §. qui pro rei qua litate ff. qui satisd. cogant.
Menoch.ad multa inferens,& hoc idẽ animaduertit,
in cons.1. nu 121. ideo ab allegante probanda ve-
nit Paris.cons.152.nu.5.vol.4.DD.in l.qui accusa-
re C.de edendo Bart.in l.2.§.diem ff.quemad.test.
aper.Mars.cons.7.col.pen. Paris.cons.96.nu.9.lib.
1.Socc.Iun. cons.22.nu.11. lib 1.glos. in l.manci-
pia in verbo aduocandam & ibi Iacob. Butr. Ful.
& Castr.C.de seru.fugit. Io.Andr.in cap.1.in ver.
Christianorum de homic.in 6.Bal.in l.l.si quis non
dicam rapere col 3.vers. & istis omnibus C. de
epis.& cler.& idem Bal.cõs.447.col.1.lib.5. Curt.
Iun.cons.124.nu.11. Paris.cons.17.num.18.lib.1.
Crauet.cons.125.nu 3.Menoch.cons.1.nu.249.

Cum igitur probanda sit qualitas ex quo non
præsumitur,infertur quod quotiescunque aliquis
vult vti aliqua dispositione, siue statuto, quod re-
quirat certam qualitatem,ad hoc vt statutum siue
3 dispositio locum habeat,& possit verificari in casu
suo debet agens ex illo probare qualitatem illam
nec sufficit actum sine qualitate probare, cú alias
succumberet l.ait prætor §. docere ff. vi bonorum
rapt.Io.Andr.d.cap.1.de homicid.lib 6. vbi cæteri
Canonistæ Iacob. de Are. & Cyn. in l.1. C.de
probat. glos. communiter approbata , vt Corset.
ibid.testatur in cap. notificasti 33.q.5. Socc. cons.
57.nu.13. col.6. vol.3. vbi allegando multas deci-
siones concludit, quod ille qui fundat se in aliqua
dispositione siue statuto debet probare,& verifica-
re omnes qualitates à d.statuto requisitas,ratio po-
test esse,quia cum talis qualitas sit causa illius effe-
4 ctus, siue dispositionis,necessario probáda est,pro-
ut voluit Fran.de Cur.cons.16.17.& 18. col.4. &
cons.55. col.4. cons. 59. col.7. cons.73. col. 2. hoc
idem notat Alex.cons.3.cons.79. vol.4. cõs.1.vol.
3.Abb. & Felyn.in cap.licet causam de prob.& in
cap.2.de rescript.vbi etiam Dec. n.15.vbi testatur
hoc regulare esse.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia ad nutum amouibilia semper possunt amo-
ueri.*
2 *Beneficium manuale est illud quod confertur alieui
in perpetuum.*
3 *Beneficia manualia non compræhenduntur sub re-
seruatione.*
4 *Vnio de benefieio manuali non valet non facta men-
tione de manualitate.*
5 *Beneficiũ manuale non venit appellatione beneficij*
6 *An beneficium manuale possit fieri perpetuum, con-
trariantur Doctores, qui optima distinctione con-
cordantur nu. 7.& 8.& vnde hæc distinctio fuerit
desumpta nu.9.*

Cappellania ad nutum amouibilis, an possit exigi beneficium perpetuum ex temporis lapsu.

DECISIO CLIII.

AB anno 1592. vsq; ad hodiernum diem quæ-
dam Cappellaniæ ad nutum amouibiles re-
periebantur tamquam beneficia patronata, &
de eis facta præsentatio , & subsequuta institutio
quare fuit dubitatum an ex tanti temporis lapsu
mutauerint eorum naturam, & proinde censeatur
effecta perpetua beneficia; pro cuius articuli dilu-
cidatione dicebatur prædictas Cappellanias esse
1 beneficia ad nutum amouibilia , & consequenter
posse semper amouere secundum Gonzalez glos.
5.§.6. vbi habetur, quod beneficium manuale est
2 illud quod non confertur alicui in perpetuum, sed
ad nutum conferentis, vel alterius, ita vt pro libi-
to illius amoueri possit quandocunque , & quo-
modocunque voluerit c.cum ad monasterium §.
tales de statu monachorum c. 1. §.fin. de priuileg.
in 6.& notatur in cap. 1. de capp. monachor. eod.
lib.6.Staphilæus de litter.gratiæ tit. de expectat.in
9.form.expectat.nu.29.Cassad.decis.4. per tot.&
decis.ij.de præbend. Rebuff in prax.in tit.de dispẽ
sat.cum irregularibus factis nu.4.& de pacifi.pos-
sess.ex nu.272.vsq; ad nu.283.& ideo ista beneficia
manualia, siue sæcularia , siue regularia non com-
præhenduntur sub reseruatione, prout expressè
tenuerunt non includi sub reseruationibus glos.in
clem. vnic. verb. reuocari ad finem, vers. & ob
hanc causam de supp. negligentia prælat. Calder.
cons.26.de præbendis , vbi etiam rationem assi-
gnat, & hinc beneficia manualia non includuntur
sub regula de annali, vt fuit resolutum in vna Al-
bigar. Capp. 25. Ianuarij 1549. coram Nouato.
nec etiam compræhenduntur in reg de triennali
4 Rota decis. 739. num. 7. part. 1. diuersorum , si-
militer non tenet vnio de beneficio manuali, non
facta mentione manualitatis Cassidor.decis.4.per
totam de præbendis,sicut nec alia quælibet impe-
tratio valet de tali beneficio manuali, manualitatis
mentione non facta,Parisius de resignat lib.1.q. ij.
nu.7. & hinc videmus,quod in omnibus supplica-
tionibus in principio illarum fit mentio cum be-
neficium de quo supplicatur est perpetuum ad di-
stinctionem manualis de quo Papa prouidere non
intendit,& omnes ferè supplicationes incipiunt
dicentes,cum perpetuum, Rursus beneficium ma-
nuale, non venit appellatione dependẽtis in rescri-
pto,vt per Gassad.decis. 12.nu.6 & 10. de præbẽd.
Achillis de Crass. decis. 8. de præbend. Nec venit
5 propriè appellatione beneficij,cum deficiat vnum
ex substantialibus requisitis assignatis per Gonza-
lez loco citato,quod debeat esse perpetuum,& tra
dit Nauar.cons.5 nu. 1.& cons.7.de præbend.imo
quamuis beneficium manuale vltima vice fuerit
commendatum a Papa, non propterea remanet
reseruatum, quia cessante commenda cessat affe-
ctio , & reseruatio, Franchus in cap. nemo sub
num.5.vers.quid si commenda post Geminian.ibi
de elect.lib.6. Achill.decis.9.nu.5.& 6.de præben-
dis.
6 Sed deueniendo ad punctum nostrum,an bene-
ficium de sui natura manuale possit ex consuetu-
dine effici perpetuum, Mille. in repertorio verb.
religiosus non potest consentire vers.ex his puto,&
verb.beneficia manualia an possint sub n. 9. Gam-
barus in tract.de offic. legati lib.4. cap.1.num.19.
dicunt,quod sic,pro quo videtur optimus text. in
cap. de beneficio de præbend. lib. 6. ibi vel præ-
scriptio legitima sic completa etiam si ante, vel

post

post Religiosi quandoque ministrarūt in eodem.

Contrarium tamen tenet Abbas in cap.ad nostram nu. 11. & Decius ibi nu. 6. vers. vlt. de cōfirmatione vtil. Rebuff. in tract. de pacif. possessor. nu. 277. Ea ratione quia cum sit in mera facultate Abbatis, vel alterius potestatē habētis, reuocare vel non si non vsus est tali facultate non inducitur cōsuetudo, nec præscriptio quia in actibus meræ facultatis induci non potest l. qui iure familiaritatis ff. de acquirenda possess. l. viam publicam ff. de via publica, & sequitur Mandosius in regula 33. de annali quæst. 11. ante nu. 5.

7 Potest concordari ista contrarietas, quod aut sumus in consuetudine, vel præscriptione introducta à tempore prohibitionis remouendi ad nutum, vel á tempore quo sciente, & patiente illo qui ius amouendi prætendit fuit aliquis prouisus in titulum perpetuū, & talis prouisio habuit effectum, & tunc sit vera prima opinio, quod beneficium manuale possit ex consuetudine, vel præscriptione effici perpetuum.

8 Aut sumus in casu, in quo ille quod ius remouendi habere prætendit nunquam fuit prohibitus, nec ab alio fuit facta prouisio de tali beneficio in perpetuum debito effectu subsequuto, quod semper fuerit facta prouisio ad nutum, & ad vtilitatem illius, tunc quidem quamuis ipse nunquam amouerit nec vti voluerit sua voluntate nunquá etiam per mille annos perditur illa libertas consuetudine, nec præscriptione, cum neq; detur status quasi possessionis.

9 Ista conciliatio desumitur ex his, quæ DD. tradunt in simili materia aliorum actuum meræ facultatis, & voluntatis, vt in iure altius tollendi in proprio solo, & prædio meo, & in voluntate ad eundi ad furnos, vel molēdina, ad quos, vel ad quæ quisq; voluerit, & in iure piscandi in publico flumine, & in priuilegio alicui dato aliquid faciendi quandocunq; voluerit, & in similibus, vt per Baldum in l. de quibus nu. 21. ff. de legibus Ripam responso 3. sub titulo de consuetudine Riminal. cōsil. 10. nu. 28. & seq; Guid. Pap. decis. 298. nu. 1. Afflict. decis. 388. num. 2. cum seq; Menoch. de arbitrar. cas. 44. per totum & casu 160. per totum Balbum de præscriptionibus 4. par. 5. par. principalis quæst. 4. à nu. 4. & 5. per totum Ias. in l. quominus ff. de fluminibus nu. 27. cum seq; Ripam ibidem nu. 132. & in cap. cum ecclesia Sutrina num. 50. de caus. possess. Gomezium lib. 2. variar. cap. 15. nu. 27. Caputaq. decis. 306. num. fin. & per totam part. 1. Couarr. in reg. possess. 2. par. §. 4. num. 6. vers. huic sane obiectioni Antonium de Padilla in l. 1. nu. 14. C. de seruitut. & aqua Rotam decis. 70. per totam par. 2. diuers. & fuit resolutum in causa Saguntina dimidiæ anni 16. Iunij 1595. coram R. P. D. Litta Anton. Gabriel. tit. de præscript. conclus. 10. per totam & conclus. 11. & 12. Rot. decis. 33. nu. 1. p. 1. diuers. vbi ex nu. 2. cum sequentibus multipliciter declarat, & alios plures modos acquirendi quasi possessiones vltra prohibitionem assignat, veluti quando soliti essent dare licentiam piscandi, vel ædificandi, vel ad alia molendina, seù furna adeundi, vel ius piscandi arrendarent, & in alijs actibus qui fieri non solent citra ius., & nomen possessoris.

Sicut etiam per contrarium beneficium perpetuum potest ex cōsuetudine effici temporale cap. cum de beneficio, & ibi Doctores de præbend. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Quis non potest in opere publico apponere sua insignia.*

2 *Rector de iure tenetur reficere domum, in qua obtinet beneficium.*

3 *Nemini licet sine Iudicis auctoritate in rebus alienis sua arma imponere.*

4 *Iudex non potest facere statuam in palatio communi.*

5 *Quæ debeat esse pœna illius, qui delet arma alicuius ab aliqua domo.*

An Rector qui refecit domum suæ Rectoriæ possit affigere in ea eius arma.

DECISIO CLIV.

SVpponitur in facto quendam Rectorem cuiusdam ecclesiæ cum refecisset domum destructam eiusdem ecclesiæ, ibiq; arma, seù insignia suæ familiæ affigi fecisse, quare ipso citato in Curia quadam Archiepiscopali, & consultus ego vt q; de iure sentirem dicerem; fuit secundum meum votum decisum; & votū fuit esse delenda prædicta insignia, ex quo de iure indubitatum
1 est non posse quem in opere publico sua arma apponere, vt probat textus in l. 3. in fine ff. de oper.
public. vbi aliud nomen quam Principis operi publico non licet inscribere, quem textum ad hoc
confirmat Cassan. in catalogo glor. mund. consideratione 15. p. 1. fol. 9. vbi generaliter constituit
conclusionem, quod omnes qui de iure astringuuntur ad reficiendam rē, eorū insignia ibidem
affigi nequeunt, & sic ad propositum in Rectore, qui de iure tenetur reficere ecclesiam, in qua
2 beneficum obtinet cap. 1. & cap. de his de eccles. ædific. Valasc. decis. 105. Cappell. Tholos. decis.
437. & facit ad hoc decisio de Frāc. 443. vbi officialis deputatus ad reparandas, vel ampliādas vias nō
potest apponere insignia, seù arma propria quando impensæ fiunt per ipsam ciuitatem, & generaliter hanc praxim apud oēs nationes seruari scribit Auendan. de exequ. mandat. lib. 1. cap. 1. vbi
latissimè & nonnulla refert de statutis in vita sepulcris in morte, & alijs ad hanc materiam de qua ante eum Bart. in tract. de insign. & arm. per totum Thesaur. decis. 269. ad idem facit textus in
l. 1. vt nemini lic. vbi regulariter nemini licet sine
3 Iudicis authoritate insignia imponere in rebus
alienis Capyc. decis. 27. & Guid. Papa decis. 582. quemadmodum & officialis non potest facere statuam in palatio communi, nec arma depingere in opere publico Paris in tract. de sindic. in vers. potestas fol. 125. in paruis, refert, & sequitur Māgrell. ad Bart. in rubr. C. de stat. & imagin. Cæpoll. de seruit. rustic. præd. in cap. de pictura nu. 8.

Qua autem pœna debet puniri qui arma alicujus delet ab aliqua domo vide eundẽ Cæpoll. vbi supra nu. 10. post Rom. in sing. 460. in fine Anna sing 381. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 281. nu. 4. Baiard. in §. iniuria num. 42. Lambertin. de iur. patron. lib. 3. quæst. 5. artic. 4. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Osculans mulierem quam summe diligit, & amat non est puniendus pœna ordinaria.*
2 *Amor est furoris species.*
3 *Amoris furore nihil vehementius.*
4 *Delinquentes ob nimium amorem fuisse absolutos pluries fuit practicatum.*
5 *Amor ebriat sicut vinum.*
6 *Qui per furorem agit, non dicitur delinquere.*
7 *Par in parem non habet imperium.*
8 *Amor præest terræ, & mari.*
9 *Obediens mandato superioris culpa carere dicitur.*
10 *Impossibilium nulla est obligatio.*
11 *Amore captus non potest se contineri.*
12 *Amor pingitur puer, quia est irrationabilis.*
13 *Delinquens amoris furore non debet in totum excusari, sed mitiori pœna puniri, ne delicta remaneant impunita.*

An clericus nimio amore ductus ad osculandum mulierem, incurrat pœnam ordinariam.

DECISIO CLV.

IN Terra Procitæ nostræ Archiepiscopalis diœcesis quidam clericus nimio amore quo ardebat ductus quandam puellam dictæ terræ deosculatus fuit; capta igitur diligenti informatione, & cum diù in fortijs nostræ Curiæ detineretur, fuit tandem pro causæ expeditione dubitatum an incurrat pœnam ordinariam, & fuit vnanimiter dictum quod osculans mulierem nimio amore ductus non incidit in pœ-
1 nam. Quando enim amore captus osculatur mulierem quam summè diligit, & amat non est puniendus pœna ordinaria pragmaticæ, vt tradunt Gram. cons. 48. Menoch. de arbit. Iudic. lib. 2. cas. 287. nu. 7. in fin. & ibi per eum in suis additionibus nu. 6. & seq. Peguer. decis. 7. num. 8. de quibus eos sectando meminit Farinac. in pract. crim. tit. de delictis carnis q. 142. nu. 170. & cum amor sit quædam furoris species teste Platone
2 qui in phædro scribit quatuor esse illius species inter quas amorem reponit, & etiam Summus Pontifex in capit. cum iuuentute de præsumpt. hunc affectum furorem vocat, qui igneus amoris furor adeo nescit habere modum, quod re-
3 gulariter dici solet furore amoris nihil est vehementius; vnde merito Domini dixerunt dictum clericum non incurrere pœnam ordinariam, & in hoc articulo cum grano salis Oldradus cons. 250. col. 2. vers. 3. consideratio respõdet quod esset leuius puniẽdus qui pro nimio ardentiorique amore quidquam deliqueret, cuius etiam sententiæ fuit Iul. Clar. lib. 5. §. fin. nu. 9. qui refert Cassan. in consuetu. Burgundiæ fol. 39. nu. 13. dicentem, quod in facti contingentia vidit quodãmodo excusari pro-
4 pter amorem quandam mulierem, quæ receptauerat res furatas ab amante suo, & ipse Iulius Clarus refert fuisse in facti contingentia absolutum quendam qui fecerat sortilegia, & alios casus d. nu. 9. refert, in quibus in facti contingentia fuisse absolutos amoris furore delinquentes.

Pro qua sententia, nempè, vt excusari debeat à pœna, sequentia ponderata fuerunt, & primo
5 quod adducit Palat. Rub in repetit. rub. de donat. §. 28. nu. 6. dicens, quod cum amor priuet à deliberatione, quia sicut vinum, ita amor ebriat, vt in princip. inst. de success. sublat. & dixit Sapiens Eccles. 19. vinum, & mulieres apostatare faciunt sapientes, & furore amoris nihil vehementius inueniatur, vt in auth. quib. modis nat. efficiantur legitimi §. illud col. 6. & iste amor inter coniuges præsumatur inesse, vt in d. auth. sequitur quod donationes factæ inter eos præsumãtur factæ consulto calore amoris, & ideo non debent à iure approbari, ergo nec delicta puniri, quæ calore furoris, & amoris impetu sunt commissa; secũdo nam amore captus furiosus dicitur, vt in d. auth. & supra
6 latè probauimus, sed qui per furorem agit, non dicitur delinquere, nec pro delicto punitur clem. si furiosus de homicid. l. infans ff. ad legem Corneliam de sicarijs, etiam in crimine læsæ maiestatis l. famosi ff. ad legem Iuliam maiestat. & ideo nec amore captus puniri debet. Tertio nam par in pa-
7 rem non habet Imperium l. nam magistratus ff. de recept. arbit. l. ille à quo §. tempestiuum ff. ad
8 trebell. sed amor ita terræ marique præest vt quiuis alter Imperatorum, vt Alciatus elegantissimè libello emblematum, cecinit dum illius formã designaret altera manu flores, altera piscẽ scilicet vt terræ Iura det atque mari, igitur huiusmodi delinquentem amoris furore, altera lege puniri non poterit, cum lege amoris permittente, & cogente hoc fecerit arg l. Gracchus C. ad leg. Iul. de adult. Quartò etiam mouebantur Domini ex eo, nam
9 ille qui sui superioris mandato obediuit, culpa carere dicitur l. liberorum §. vlt. ff. de his qui not. infam. l. iustè possidet ff. de acq. poss. sed amore captus est ipsius amoris seruus, vt cecinit Proper. lib. 2. ad Cintiam.

Libertas quoniam iam nulla restat amanti
Nullus liber erit si quis amare volet.

Ergo sequitur euidenter, hunc culpa carere, & ita non esse puniendum ob delictum amoris furore commissum, suffragatur etiam, & quinto nã impossibilium nulla est obligatio l. impossibilium ff. de reg. iuris, sed impossibilis est amoris furore,
11 seù ardore captum se posse continere, quãdoquidem nec ipsi philosophi possunt, vt in d. auth. quibus modis nat. effic. leg. §. illud col. 6. igitur iure optimo excusari debet à pœna. Ex quibus hæc sententia probari poterit, nempè amore ductum excusari à delicti pœna, & quia vt rectè inquit Boer.
12 decis. 23. nu. 26. Amor puer pingitur, quia est irrationabilis, & stultus; vnde stultus erit ille qui amore capto dicit, vt quid illud fecisti, siquidem amoris furore captum illud fecisti constat veluti quando quis furore ductus in præcipitium vadit quo casu insanum est ab eo exigere, vt quid in

præci-

præcipitium iuit, cum nec ipse sciat, nec si sciuisset fuisset ob euitandum illud periculum, vel damnum sequutum.

13 Et sic Domini concluderunt, ne detur occasio delinquendi cum in totum absoluuntur ij qui amore obcæcati delicta committunt, cum expediat Reipublicæ ne delicta maneant impunita l.ita vulneratus ff. ad legem Aquil. cap. vt famæ de sentent.excom. Menoch.de arbit. Iudic.cas.328.in principio, quod dictus clericus puniretur mitiori pœna arbitrio Iudicis, qui secundū qualitatem delinquentis, delicti, & loci, & tēporis, in quo deliquit, & merita causæ, attentis temporibus præterito, & præsenti poterit iudicare an amoris furore fecerit an non, & sic quod non debeat in totum à pœna excusari, sed mitiori puniri, & ita alias obseruauimus in nostra Curia in causa cuiusdam clerici Neapolitani, qui cū promiserit propè copulā carnalē virginem quam stuprabat ducere in vxorem tempore quo volebat rem habere cum illa, quia fuit ab hoc absolutus, licet fuerit condemnatus ad exulandum per triennium cum solutione cuiusdā quantitatis pecuniæ pro dote iuxta terminos text. in cap.1.& 2.de adulterijs, & poteris videre in decisionibus supra relatis, & præcipuè in illa de pœna clerici virginem strupantis.

SVMMARIVM.

1 *Conditio si nupseris cū vna ex filiabus Titij, vt dicatur adimpleta, necessarium est omnes requirere.*

2 *Dispensatus vt possit permutare, intelligitur cum vno, & non cum pluribus.*

3 *In dispositione negatiua non modo primus, sed quilibet actus successiuus in futurum est faciendus.*

4 *Dispositio semper intelligitur de primo actu, qui habet perfectionem, limita nu. 5. sed quando procedat num. 6.*

Conditio, si contraxerit matrimonium cum vna ex filiabus, puta Martini iniuncta legatario, vt dicatur impleta, an sufficiat vnam tantum fuisse requisitam, quæ recusauerit nubere, vel potius vtraque sit requirenda.

DECISIO CLVI.

Quidam testator legauit Antonio nepoti ex eius fratre scuta mille in euētum in quem ipse Antonius matrimonium contraheret cum vna ex filiabus, puta Io. Mariæ, vnde legatarius vnam ex dictis filiabus requisiuit, quæ cū eo nubere recusauit, fuit dubitatum, an teneatur alteram requirere, ad effectum vt dicatur satisfecisse voluntati testatoris, & quod teneatur vtrāq; requirere adducebatur, quod prædicta conditio, si
1 nupserit cum vna ex dictis filiabus non potest dici per legatarium stetisse quominus conditioni pareret, nisi constet ipsum cum nulla earum nubere potuisse, quia dicta conditio vt dicatur impleri nō posse, videtur resolui in alternatiuam negatiuè cōceptam, videlicet si cum neutra, vel si cum altera nubere non poterit, in qua alternatiua requiritur concursus vtriusque, nempè quod nec cum vna, nec cū altera nubere possit, vt declarat Butrius in c.inter cætera n.8.in fine, & ibi Abbas nu.2.de rescriptis Ias.in l.cum quidam in fine de verbor.obligationibus, & videatur text. in l. si is qui ducenta §.vtrum ff.de rebus dubijs.

Cæterum, supradictis minime suffragantibus contrarium iudicaui, motus ex eo, quia dispositio intelligitur de primo actu, vt est text. in l. boues §. hoc sermone ff.de verb. significat. l. dotis promissio §. quod vulgatū ff.de iure dotiū l. matrimonij ff.qui & à quibus c. non potest §. fin. de præbend. & hinc Guid.Pap. q. 467. dicit, quod si testator instituit Titium, & post eius mortem filium suum, qui voluerit habere nomen familiæ testatoris, & eius insignia, quod si Titius habuerit plures filios, solus primogenitus si voluerit ista facere admitteretur ad institutionem, facit ēt, quia dispensatus, vt possit
2 permutare, intelligitur cum vno, & nō cū pluribus Fel.in cap. cum venerabilis col.1. de except.& dispensatus ad duo curata intelligitur in duobus primis Decius in cons. 512. nu.4. vnde securitas data veniendi, intelligitur pro prima vice Magalott. in tract.de saluo conduct. pag.61.& dispositio, quod transeat ad successores in beneficio, intelligitur de primis Paris. cons.13. col.4. & vassalli qui tenētur contribuere in maritagio filij Domini, intelligitur de primo maritagio ita Gram.cons.68.col.2.& illa regula, quod dispositio illa intelligatur de primo actu ex notatis per Alex.in cons.5. vol.4.procedit etiam in vltimis voluntatibus, licet sint verba generalissima Grat. cons. 53. col.3. & seq. vol. 1.nec etiam obstāt verba vniuersalia Ruin. cons.76. col. 1.vol.1. & vbi agitur de fauore dotis eandem dispositionem procedere scribit Grat. cons.3. col.4. vol.1.

3 Neque in casu nostro sumus in dispositione negatiua, in qua non modo primus actus, sed ēt quilibet successiuus in futurum est faciendus, vt tenet Decius in cap. nam concupiscentia in prima lect. de constitut. Ias.in l.duobus §.fin. col.3.ff. de iureiurando & alij relati per Grat.cons.21.col.5.vol.2.

4 Neque sumus in casu, in quo per primum actū non satisfit intentioni disponentis, quia tunc cessat illa iuris conlusio, quod dispositio debeat intelligi de primo actu Bald.in l.fideicom. § si quis decem ff.de legat.3.Fel. in cap.2.col.fin.fallentia 5.de tregua, & pace Bart.in l. 1.ff. ad leg. Iuliam maiestat. Gram. decis. 102. num. 84.& alij relati per Portium in suis conclus. ex reg.12. vers.2. limita, & propterea dicit Marian. Iunior in cons.89. col.1. quod intelligitur de primo actu, qui habuerit suam perfectionem.

5 Neq; in hoc nostro articulo tractatur de dispositione legis, quia tunc non procedit illa conclusio agimus tamen de dispositione hominis, cum testator ita, & taliter disposuerit, & proinde vlterior actus nō exigitur, vt sentit Baldus in l. veluti §.hæc ff.de edendo, & in l.1. col. ij. vers. quarto quæro Ruin. cons.70.col.2. volum.2. Rom. in l.præter §. hoc autem interdictum ff. de dam.infect. & Bart. in l. hoc articulo col. fin. ff. de hæred. instituend. scias loqui in dispositione legis. vt declarat Losfredus cons.7. col. penul. & Ruinus cons. 104. col.8.

col.8. vol.1.& 19. dicitur quod in dispositione hominis dispositio verificatur in primo actu, est verum in materia odiosa,& restringibili, & ita procedit quod notat Alber. in 1. part. tract. stat. q. 181.& hoc verificatur optimè in casu nostro, cù non agimus de matrimonio, sed de amissione pecuniæ, quæ non solum odiosa, sed quam maximè odiosa,& restringibilis omnimodo posset dici, sed si sumus in dispositione fauorabili esset necessarius actus successiuus, nec sufficeret primus Alexander in cons.171.col.2.vol.2. Socc. in cons.48. Bertrand. cons.30.col.4.vol.1.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet in dubio præsumitur laicus.*
2 *Negatiua clericatus probatur per confessionem ipsius.*
3 *Clericatus negatiua probatur eo ipso, quod quis sit peritus illiteratus.*
4 *Peritus illiteratur qui dicatur.*
5 *Quem non esse clericum, potest probari ex priuatione priuilegij clericalis.*
6 *Si constat quem habere ordines maiores, non præsumitur habere minores, quod fallit.nu.7.8.& 9.*

Negatiua clericatus quomodo probetur.

DECISIO CLVII.

QVodam clerico capto, & carcerato in Curia Archiepiscopali cum pugione, & cum ageretur de infligenda pœna edicti eiusdē Curiæ, dixit se non esse clericum, & consequenter dictam Curiam nullam posse in ipsum exercere iurisdictionem; quare fuit dubitatum qualiter veniret prædicta negatiua probanda,& dicebatur eo ipso probatam esse, quod contrarium non proba-
1 tur, quia quilibet nascitur laicus, & in dubio laicus præsumitur Cald.cons.12.nu.12.tit. de Iudic.Bal. in cap.fin.nu.4. de præsumpt. Ripa in cap.2.nu.4. de iudicijs, idē Bald.in l.in actionibus §. plane n.4. ff.de in lit.iuran.Crauett.cons.72.nu.2.lib.1.Patia. in tract.cui incumbit onus probandi negat.lib. 2. cap.34.numero 72. Brunor à sole quæstione 38. num. 11. & ideo excipiens quod actor non est clericus, nihil ex parte sua probare tenetur, sed is cui excipitur debet hoc probare cap.legum secūda quæst.1.cap.duę de clericis peregrinis cap.si iudex vbi glos.in verb.fecerit de sententia excomm. lib.6. glo.l.si qua per calum.C.de Episcop.& cler. Bald.in l.in actionibus §.planè nu.4.ff.de in lit.iur. & in l.non ignorat nu.7.ver. hoc ergo præsupposito C.qui accusare non possunt,& in cap.fin.nu.4. de præsumpt. & in l.2.num.80.C. de seruit. & aq. Cyn.in l.1.in fin. C. vbi causa status Innoc.in cap. super his col.pen.vers. sed quid dices de accus. vbi etiam Felyn.nu.18. Zabarell. cons. 13.nu.2. Abb. Panorm. in cap. fin numero 7. vbi etiam Felyn. nu.1.de præsumpt.idem Pannr. in c. bonæ memoriæ il primo nu 14.de elect. Dec.cons.125.num.6. Rip.in c.2.nu.4.de iudic.Crauett. cons.72.nu.1.& cons.134.nu.4.lib.1.Cassan.cons.44.num.13. Alciat.in tract. de præsumpt.reg.2. Boer. decis.171. nu.11.Gram.decis.81.quos omnes allegat Patia in tract.cui incumb.on.proband.negat.lib. 1. cap. 15.n.76.& lib.2.cap.34. nu.9.& è conuerso actor agens vt clericus tenetur ex parte sua clericatum probare.

2 Probatur insuper per confessionem ipsius Socc in cap.peruenit nu.91. de sententia excommunicationis Franc.in cap. si Iudex laicus in 2. notabili d.tit.in 6.Boer.decis.171.vbi dicit, quod hoc intelligitur esse verum in illis casibus, in quibus tractatur de mero commodo ipsius cōfitentis, & in qui-bus potest per suam confessionem sibi præiudica-
3 re, vt est in casu nostro, & etiam negatiua clericatus posset probari eo ipso, quod constat aliquem esse penitùs illiteratum, quia tunc habet præsumptionem contra se, quod non sit clericus, ex quo penitus illiteratis, nec etiam prima tonsura conferri debet cap. nullus de tempor.ordinat.in 6.cap.præcipimus dist. 34. Ioannes Andreas in cap. si Iudex laicus nu.1. vbi Gemi.In 6.idem esse nu. 4. Franc. in secundo notab. & Anchar. in fine Socc. in cap. peruenit numero 92. & 93. de sententia excommunicationis, & penitus illiteratus dicitur ille qui
4 Grāmaticā non edidicit Menoch. in tract. de arbit. iud.cas.425.num.2.& 53. & plurib.sequent.vbi ex Bart.in auth.sed nouo iure nu.7. C. si certum petatur dicit etiam, quod quis dicitur litterarum ignarus qui scit legere vulgariter tantum, quam opinionem fuit sequutus etiam Decius in cap. scis citat.num. 15.de rescript. Rebuff.in tract.de pacif. possess.num.262.qui dicit, quod illiteratus est qui nihil scit, aut modicum, vtpotè, quia scit tantum legere, & scribere in vulgari, & hodie ex dispositione Sacri Concilij Tridentini sess.23.cap.ij. de reform. etiam quoad minores ordines is dicatur illiteratus, qui latinum sermonem non intelligit
5 Item probatur quod quis non sit clericus, quando probatur illum talem fuisse priuatum priuilegio clericali Patian.d.lib.2.cap.34.num.78. probatur, & deniq; eo ipso quod contrarium non probetur arg. text. in l. si ex cautione C. de non numerat. pecunia, Innocent.in cap super his nu. 10. vers. sed quid dices de accusationibus.

Et quod dixi de clericatu, quod in dubio non præsumitur, ita etiam dicendum est de ordinibus, quia licet fuerit concludenter, vel præsumptiuè probatum, quod quis sit clericus, si tamē nō apparet quo ordine fuerit ordinatus, præsumitur solū habere primam tonsuram, & si constat de vno ordine, non præsumitur de alio, & si constat de
6 maioribus, adhuc non præsumitur de minoribus Butr.in cap.1.col.1.de cler. peregr. Felyn.in cap. super his num. 18.de accusat. Guid.Pap.decis.582. Rebuff.in pract.benefic.in tit.de form.litter.prim. tonsur.nu.22. Menoch.in tract. de præsumpt. par. 2.lib.6.præsumpt.76.nu.2.3.28.29.& seq. vbi latè tractat de præsenti materia Crauett. cons.134.nu. 43.lib.1. Abb.in cap. tua nos nu.5. de cler. peregr. Bart.in l.illud nu.2.vers.item si probo ff. de acqu. hæred.vbi etiam Castrens.num.3. Ang. num.2.& Cuman.nu.3. Camill. Gallin. in tract. de verb. significat.lib.5.cap.19.nu.42. Patia.d.cap.34. num.42. Mascard.de probat.conclus.304.num.13.& 14.& sequ. Paris.in tract.de resign.benefi.lib.4. quæst.8. nu.86.

num.86.vbi alios allegat, & dicit quod asserens se ordinatū,debet ostendere scripturam, vel litteras testimoniales sui Episcopi,ad hoc, vt ei credatur,
7 quod tamen limitatur,quādo promotio ad maiores ordines fuisset facta ab Episcopo multum probo, & prudenti Fel, in c.vnico num.2.de lit. contest.Riminald.Sen.cons.426. nu.44.lib.3.Gemin. in cap.si Iudex laicus §.fin.de sentent.excom.in 6. Alciat. in tract. de præsumpt. reg.2. præsumpt.4. nu. 1.Patian. eod. cap. trigesimo quarto numero quadragesimo quarto, vbi alios allegat.
8 Fallit, quando quis in maioribus ordinibus stetisset per decennium, quia tunc præsumitur ad ordines minores promotus Curt.in add. ad Paul. de Castr.in d.l. illud ff.de acqu. poss. cum alijs, quos congerit Patian.d.cap. trigesimo quarto nu.43.
9 Tertio,& vltimo fallit,quando quis tanquam promotus ad sacros ordines beneficium obtinuerit, & præcipuè si tale beneficium non posset conferri,nisi existenti in sacris,quia tunc promotus ad maiores, præsumitur etiam promotus ad minores Crauett.cons.134.lib. 44.lib. 1.Gom. super reg. Cancell. tit. de annal.possess.q.58.vers.non obstat. Rot.Rom.decis.8.in tit. de caus.poss. & propriet. & decis.7.in tit.de testam.in antiq.Menoch.d.præsumpt.76.nu.vigesimo.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione armorum stricta significatione veniunt solum ea, quæ naturaliter sunt ordinata ad offendendum.*
2 *Larga significatione continentur appellatione armorum omnia instrumenta, quæ sunt apta ad offendendum.*
3 *Arbitrio Iudicis remittitur, quæ veniunt appellatione armorum.*
4 *Larga significatione armorum appellatione venit fustis.*
5 *Arma defensibilia non veniunt appellatione armorum, si adest statutum prohibens armorum asportationem.*

In edicto Curiæ Archiepiscopalis prohibente armorum asportationem, quænam veniant appellatione armorum.

DECISIO CLVIII.

1 IN ista quæstione est distinguendum, aut loquimur in propria,& stricta significatione, & veniunt ea tantum, quæ principaliter,& naturaliter sunt inuenta, & ordinata ad offendendum l.si pignore §.furē, & ibi Bart.ff.de furt. Aret.in §. item lex Corn.num.4.instit.de public.Iud.Alb.in lucubr.ad Bart.in l.1. nu.6.ff.ad l.Iul.de vi.public. Farin.in q.108.nu.88.vbi quamplures cōgerit,aut loquimur de lata significatione,& tunc continen-
2 tur oīa tela,& instrumenta,quæ apta sunt ad offendendum l.3.§.armis ff.de vi.& vi arm.l.armorum appellatione de verb.signif l.armatos in fi. ff. ad l. Iul.de vi public.§.qui autē instit.de interdic. Bart. & Alexan.ibi in addit.in l. ij qui §. telorum ff.ad l. Iul.de vi publ. idem Bart. in l.pediculis §. argento ff.de aur.& arg.leg.Alb. in lucubr. ad Bart.in d.l. 1.nu.6.ff.ad l.Iul.de vi public. Campan.super cap. Regn.Neap.cap.139.nu.16. Petr. Cened. in coll. iur.can.par.2. col.7.nu.7. Menoch. cas. 394.nu.76.
3 & 77.de arbitr. Iud. vbi dicit, quod isto casu remittitur Iudicis arbitrio,quæ veniant appellatione armorum Petr. Molignat. in tract. de appell. in verb.armorum appellat.nu.95.Baiard.in addit.ad Clar.quæst.82.num.67.& 68.Mascard.in tract. de probat. conclus. 1124.num.30. vbi dicit, quod in hoc debet attendi vulgaris vsus loquēdi Farin.eod. nu.88. vbi multos more suo allegat.
4 Ideo largo modo loquendo,armorum appellatione venit fustis Camp.d.num.16. Mars.in sua pract.§.pro complemento nu.13. & Pila plumbea compræhenditur etiam in portatione armorum, vt per Farin.post alios quæst.108.num. 90. qui in illa quæstione pariter refert, appellatione armorum,hastam pariter venire,vt per Campagn.in c. Regn.139. numero 16. item bipendis, vel ligo, vel securis Menoch. de arbitr. Iudic. d. casu 394. num.70.licet hæc omnia non compræhendantur in statuto prohibente delationem armorum Corn. cons. 199. volum. 4. Ang.in l. armatos ff.ad l.Iul. de vi public. verba enim statuti sūt strictè, & propriè intelligenda l. constitutionibus ff. ad municipal.Dec.cons.442.Paris.cons.158.lib.4.vnde meritò euenit,quod arma defensibilia,prout est lorica,
5 & similia non veniant appellatione armorū, dum adest statutum prohibens ipsorum asportationem, nisi aliud expressius exprimatur in ipso statuto, puta quia dicatur prohibētur arma offensibilia, prout est videre penes Ludouic.decis.Perus.31.num.4. Plaza in Epitom.delictorum cap.18.nu. 5. & penes alios, quos breuitatis causa relinquo.

SVMMARIVM.

1 *Superior Regularis transferendo monacos in aliam Diœcesim in qua possunt recipere ordines incidūt in Bullam Pij V.*
2 *Vicinitas actuum est coniectura potissima ad iudicandum fraudem.*
3 *Celeritas non minus, quam actuum vicinitas inducit fraudem.*
4 *Ex breuitate temporis præsumitur fraus.*

An Regularis superior, qui examinatum subditum ab Episcopo diœcesis, in qua residebat,& ob imperitiam reprobatum, deinde intra eadem tempora ad aliam diœcesim illum transmittat, incidat in pœnas Decreti Clementis VIII.

DECISIO CLIX.

1 CVm quidam Regularis vellet promoueri ad ordines, & haberet dimissorias ad Episcopum Diœcesis monasterij in quo ipse residebat iuxta formam Concilij Trid. deinde in examine fuit ab Episcopo reprobatus ob imperitiam,& intra eadem tempora ordinationis, fuit à suo

suo superiore ad aliud monasterium alterius diœcesis transmissus, fuit dubitatum, an talis superior, & regularis incidant in pœnas Declarationis S. Cōgr. Cōcilij de mādato Clem. VIII. datæ Romæ 15. mensis Martij 1596. in qua prohibentur Superiores Regularium, ne concedant suis subditis dimissorias ad ordines, nisi vt ordinentur ab Episcopo eius diœcesis, in qua adest monasteriū, & aliquam fraudem in illis committentes quo minus à proprio Episcopo ordinentur, subiaceant pœnis, ibi contentis, & fuit resolutum superiorem regularē transferendo dictum suum subditum faciendo illum fratrem localem in alia diœcesi, in qua mox recipit ordines censeatur fecisse in fraudem, & consequenter incidisse in pœnas Bullæ Pij V. mandantis superioribus Regularibus, vt ordinari faciant suos subditos in ipsa diœcesi, in qua sunt monasteria, quæ pro stantia sibi sūt assignata, & quod superior statimatq; viderit suū subditum nō posse ordinari, licet litteræ dimissoriales præcesserint, vt voluit d. Bulla intra eadem quattuor tempora fecerit illum localē alterius diœcesis cuius Episcopus vllo interposito dubio ordines contulit, ex quo non potest dubitari, quando arguatur fraus, quia intra idem tempus absque religionis necessitate fecit illum fratrem localem alterius diœcesis, & sic intercessit vicinitas actuū, quæ ad fraudē inducen-
2 dam inter coniecturas potissima habetur, vt testatur Crauett. in cons. 153. nu. 9. vers. est enim verisimile, & ita placuit Hanibal. in l. post contractū nu. 163. de donat. vers. successiuè venio, & quod fraus præsumitur ex vicinitate actuū nemo pōt dubitare, vt tenet Bart. in l. si ventri § fin. de priuileg. credit. & l. sed Iulianus §. sed si filius ad Macedonianum, & cap. officij de elect. & ita etiam sensit, Guid. Pap. in tract. de præsumpt. nu. 50. vers. præsumptio dolositatis, potest etiam argui fraus dicti superioris regularis ex celeritate actuum, quia statim fecit illum fratrem localem, & assignauit pro stantia locum in quo faciliter posset ordinari, quæ
3 celeritas non minus, quam actuum vicinitas inducit fraudem, vt ait Guid. Pap. in d. tract. de præsumpt. nu. 51. & ibi allegat text. in l. si vota §. vlt. ff. de priuileg. credit, sequitur Parisius cons. 153. num. 2. vers. quæ temporis eiusdem celeritas vol. 4. & à contrario facillime potest probari, quia
4 sicut breuitate temporis fraus præsumitur, sic ex interuallo debet cessare, vt idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito ex l. vlt. §. vlt. ff. de legatis tertio, & vt contrariorum eadem sit disciplina per l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, & quod tēporis spatiū tollat fraudis præsumptionē tradit Bart. in l. pacta nouissima col. 1. nu. 2. vers. & pro hoc dicebat, ipse de pact. Quæ omnia non possunt allegari in casu nostro, quia licet infra triduum fuit dictus regularis factus localis alterius diœcesis, tñ hoc spatiū triduanum non potest allegari ad excludendā fraudem, quia tale spatiū in cōferendis ordinibus decurrit, & proinde declarauimus dictum superiorem incurrisse in præfatas pœnas, & præcipuè ex eius animo, qui ex celeritate, & vicinitate actuum potest argui.

SVMMARIVM.

1 *Quid operetur clausula, si qua putauerit interesse.*
2 *Refertur decisio Rotæ Romanæ apud Verall. 108.*
3 *Absque pœna censuræ potest fieri depositum in curia sæculari, & intimari clericis.*
4 *Creditor tenetur ire ad forum debitoris.*
5 *Excommunicationem non incurrit, qui fructus clerici extātes penes laicum à Iudice laico sequestrari facit.*

Agitur, an incidat quis in pœnam cap. 3. Bullæ cœnæ contra trahentes, si tanquam debitor fecisset depositum in Magna Curia Vicariæ, ibique institisset illud intimari patri legitimo administratori filiorum clericorum.

DECISIO CLX.

Visa facti serie casus consulendi mihi transmissi, censeo nullas esse de iure partes Reuerendissimi Domini Episcopi in declarando incidisse in Bullæ Cœnæ pœnam contra trahentes D. Michaelem Surrentinum, cum certam pecuniarum quantitatem deposuerit in Magna Curia Vicariæ, ibique institisset intimari dictum depositum Dom. Laurentio tanquam legitimo administratori suorum filiorum, nec non dictis filijs inter quos erant duo clerici, enim non videtur dictos clericos trahere ad forum sæculare, & hoc ex pluribus infra dicendis.

Tum primo, quia in dicta comparitione nulla fuit facta mentio de intimatione eiusdem depositi facienda dictis filijs clericis, & casu quo facta fuerit, non obstat ad effectum incurrendi pœnam
1 Bullæ contra trahentes, quia facta fuit cum clausula si sua putauerint interesse, quæ clausula operatur, vt citans clericum in foro sæculari non incidat in pœnam Bullæ, quia citatus per d. clausulam efficitur actor voluntarius Ann. sing 363. Gram. decis. 61. nu. 3. & decis. 78. Surdus decis. 26. nu. 6. & quod sic vocatus sit actor voluntarius, tenuerunt glos. in l. ea quidem C. si mancip. ita fuer. alien. Paulus in l. si libertus ff. de in ius vocan Alexand. in l. de pupillo §. 1. in fin. ff. de nou. oper. nunciat. quos refert. & sequitur Capyc. decis. 8. nu. 2. imo clausula ista operatur, vt actus sit monitorius nō citatorius Rot. decis. 18. de sequest. fruct. & poss. in noui. & Cap. cit. decis. 8. Carocc. decis. 9. vbi dicit, quod si non comparet citatus si sua putauerit interesse non potest contra eum procedi in contumaciam, & auditur etiam in quacunque Iudicij parte, etiā nō refectis expensis comparendo, & limitatur text. in l. properandū C. de iudicijs Marant. in verb. contumacia nu. 36. Bald. in cap. 1. q. 5. de milit. vass. & facit in proprijs terminis deci-
2 sio Rotæ teste Verall. 108. cuius tenor est, citatio contra aliquem si sua putauerit interesse pro tali die iuridica, hora solita causarum, & deinde singulis diebus, & horis ad videndum iurare testes est

bona

bona,vt per Bald.in l. 1.nu.5.ff. si quis cautio. & in l. si quando vers. iuxta hoc quæro C. de dilat. nec obstat quod citatio contra interesse putantes non dicatur arctatoria, sed monitoria, quia arctatoria dicitur quando in citatorio aliquis est expressè nominatus, licet citetur si sua putauerit interesse, & ita decisum fuit in causa Triuentina Abbatiæ coram Reuerendo Episcopo Vestano 14. Martij, quæ decisio eo magis facit in casu nostro, quia in intimatione non fuerunt expressè nominati clerici, sed tantum dictus Laurentius, vt in facto.

3 Tum secūdo, quia de iure potest fieri depositum à debitore clerici, eique intimari in curia sæculari absque incursu censuræ alicuius, vt in proprijs terminis fuisse decisum testatur Ascia decis. 139. in qua habetur, quod quidam debitor laicus deposuit quandam quātitatem pecuniæ soluēdam personæ Ecclesiasticæ in Curia sæculari, & tandem fuit pro laico iudicatum non incurrisse in pœnam Bullæ contra trahentes, & ratio est, quia solutio debet fieri ad forum debitoris, non autem credito-

4 ris, imo creditor tenetur ire ad forum debitoris, vt tenet glos. in l. item illa verb. non venit ff. de const. pecunia, quæ dicit sic de consuetudine obseruari, vbi etiam DD. omnes.

5 Tum denique a simili loquendo ex cons. Nauarr 38. de sentent. excom. quem refert, & sequitur Siyr. decis. 35. eod tit. vbi dicit, quod excommunicationem non incurrit, qui fructus clerici debitoris sui stantes penes laicum per Iudicem laicum sequestrari facit, ex quo, & alijs venit concludendum D. Michaelem non esse declarandum excommunicatum, & ita de iure esse censeo.

SVMMARIVM.

1 *Quis intelligitur reuocare primos, & antiquos procuratores, per constitutionem nouorum, limita vt num. 2.*

3 *Lex generaliter loquens non tollit priuilegium alicui specialiter concessum.*

Ex dispositione text. in l. si quis cum procuratorio §. Iulianus ff. de procurator. an procurator specialis per constitutionem alterius procuratoris generalis reuocetur,

DECISIO CLXI.

1 Regulam illam, qđ reuocare quis intelligitur primos, & antiquos procuratores per constitutionē nouorū iuxta text. in l. si quis cū procuratorio §. Iulianus ff. de procurat. l. qui mutuam §. non ideo minus ff. mandat. Portius cons. 163. vol. 1. Viuius decis. 15. numero 1. & 4. & alij relati per Nouar. in collectanea, siue decisionum reportata ad Pragmat. 1. sub rub. de procurat. vers. nec à nostræ materiæ merito, subdens, vt constituens procuratorem in secunda instantia censeatur positum in prima instantia reuocatum, est, quod cum primo sit facta litis contestatio arg. cap. ex parte Decani de rescript. cap. in nostra cap. mādatum de procurat. Rota in antiq. decis. 479. ead. in nouis in decis. 21. Cornazzan. decis. Lucens. 188 nu. 3. & 4.

2 Curia Archiepiscopalis limitauit, non habere locum quotiescunque procurator specialis esset datus, nam per dationem procuratoris generalis specialis non censetur reuocatus, iuxtà decisionem Rotę in vna Cōchen. Cappellanię die 22. Octobris 1548. tradunt Rota in nouis decis. 596. & Puteus decis. 167. lib. 3. Cornazzan. in decis. Lucens. 140. quos refert, & sequitur Nouarius in d. collectanea ad d. pragmat. 1. vers. eod. recensens, & mentionē faciens de hac nostra decisione.

3 Pro quorum confirmatione facit, quod lex generaliter loquens non tollit priuilegium alicui specialiter concessum glos. in l. 3. in verb. decurionibus C. de silentiar. lib. 12. Loffred. cons. 31. col. penult. relati per Nouarr. in sua praxi electionis, & variat. for. q. 1. nu. 5. sect. 2. vbi tradit, quod dispositio generalis de carceratis relaxandis non habet locū in carceratis ob crimē falsi, nisi id specialiter exprimatur, ex quo merito respondetur Gemin. in cons. 30. priuilegio generali, vel speciali cōcesso nō præsumi derogatū alteri priuilegio optādi beneficia reseruata, nulla de eis mentione facta, eum refert, & sequitur Nouar. vbi supra sub nu. 8. vers. hinc respondit, qui ex his, & alijs per ipsum cumulatis in d. q. 1. firmat regulam priuilegium electionis fori competere miserabilibus personis, si Barones, & Domini habeant iurisdictionem si primarum, & secundarum causarum derogantem omnibus priuilegijs, ex quibus etiā firma remanet, & contrariari non potest opinio eiusdem Nouar. in memorata praxi electionis, & variat. for. q. 47. sect. 2. vbi pariter fundat electionem fori competere personis priuilegiatis, si princeps per titulum feudi, aut donationis concesserit alicui inferiori domino castrum, aut ciuitatem per verba amplissima, vt nos etiam tenuimus in collectanea decisionum collect. 1845. post Peregr. decis. 129. nu. 7. de quibus ambobus meminit idem Nouarr. in citat. q. 47. sect. 2. num. 1. vbi nonnulla ad comprobationem suæ opinionis adducit, quæ penes ipsum possunt videri in facti contingentia.

SVMMARIVM.

1 *Furtum domesticum est impunibile.*

2 *Furtum domesticum dicitur, quod factum est a filio, vel à seruo.*

3 *Coniuges dicuntur inter se domestici.*

4 *Vxor furans res mariti, nulla pœna tenetur.*

5 *Inter furta domestica possunt connumerari furta facta à Monachis Abbati.*

6 *Furtum factum à fratre, non censetur domesticum.*

7 *Qui dicātur familiares, ad effectū de quo supra remis.*

Furtum factum à fratre, an dicatur domesticum; ad ornatum text. in l. respiciendum §. furta ff. de pœnis.

DECISIO CLXII.

Pro exclusione pœnæ allegabatur in nostra Curia, furtum factū à fratre esse domesticum & pro-

& proinde non esse puniendum, furtum enim do-
mesticum impunibile esse scripserunt Faber in §.
2.nu.1.inst.de obligat. quæ ex delicto nascunt. &
ibi etiam Aret.nu.3.vers.Addas, quod idem vide-
tur in quolibet domestico, est etiam glos.in l.fin.in
verb.plerumq; ff.de furtis Alexan. cons.135.nu.2.
lib.1.Cæpoll.cons.26.n.11. Canter.in quæst.crim.
cap.8. in rub.de furtis nu. 4. Bonifacius de furt.in
§.animo lucrifaciendi nu. 157. & 217. ex text.in l.
respiciendum §.furta ff.de pœnis.
2 Dicebant autem Domini, quod furtum dome-
sticum dicitur illud, quod factum est à filio, vel ser
uo secundum Fulgos.in auth. sed nouo iure nu. 12
vers.domestica sunt C.de ser fug. & ibi etiam Cæ
poll.nu.54.55.& 56.glos.in l.eos in verb.eos in fin.
vers.sed ipsi serui, vel filij C. de furt.est tex. in d.§.
2.inst.de obligat. quæ ex delicto nascuntur, vbi
dicitur, quod qui in parentum, vel Dominorum
potestate sunt, si rem eis surripiunt furtum qui-
dem faciunt, & res in furtiuam causam cadit, quæ
propterea vsucapi non potest, furti tamen actio
Domino, vel patri contra filium, vel seruum sur-
ripientes non nascitur, & ibi hoc notat glos. &
comm.DD.& ita est tex.in l.nec cum filiofamilias
& in l.serui, & filij, vbi pariter glos.& DD ff.de
furtis, idem de liberto surripiente patrono, quod
cõtra eum non datur actio furti probat tex.in l.si
libertus ff.de furtis Bonifaci.in d.§. animo lucrifa-
ciendi, & idem videtur esse in vxore furante res
mariti, & è contra tex est in l.si quis vxori in prin-
cip.ff.de furtis, & ibi glos.& DD.item est tex.in l.
3 vxor ff.de crim.expilatæ hæreditatis. Coniuges e-
nim dici inter se domesticos probatur iuribus in
id adductis per Cæpoll. in auth. sed nouo iure nu.
56.de seruis fugit. glos. in §.2.in verb.non nascitur
vers.item de vxore instit.de obligat.quæ ex delict.
nascunt. vbi illũ tex.non de furto facto patri a suo
filio extendit ad furtum factum vxori à suo viro,
& ibi etiam Io. de Platea vers. & idem dicas in
vxore Aret. nu.3. vers. tu primo aduertas Meno-
ch.de arbit.lib.2.cas. 580. ante numerũ primum,
& num. 2. vbi expressè dixit, isto casu vxorem
4 furantem res mariti nulla pœna tenerire proba-
to Iodocho in loco per eum relato dicentem vxo-
rem plectendam pęna arbitraria, Bonifac.in tract.
de furt.§. animo lucrifaciendi num.179.& 184. &
5 inter furta domestica possunt etiam connumerari
furta facta à Monacis suo Abbati secund. Fab.
in §.2.nu.1.in fine institut. de obligat. quæ ex deli-
cto nascuntur, & ibi etiam Nicas.nu.1. vers. quod
dicitur hic de filio.
6 Circa fratrem autem Curia Archiepiscopalis
censuit, furtum factum ab ipso non esse domesti-
cum, tum quia frater non est in potestate fratris,
tum etiam quia hæreditas erat iam inter se diuisa
arg.tex.in l.si socius ff.de furtis, tum denique, quia
dictus frater comedebat suis expensis; ex quibus
omnibus condemnauimus dictum fratrem ad re-
stitutionem omnium bonorum, & ad exulandum
per triennium.
7 Pro Coronide autem, qui dicantur familiares,
quiuè domestici ad effectum de quo supra vide
Nouar.in sua praxi elect.fori q.36.sect.2.

SVMMARIVM.

1 *Accommodans domum pro facienda falsa moneta punitur eadem pœna, qua cudentes, limita nu. 4.*
2 *Accommodans domum causa committendi adulterium, punitur vt adulter.*
3 *Qui causam damni dat damnum dedisse videtur.*

Accommodans domum pro facienda falsa moneta, an puniatur eadem pœna, qua cudentes.

DECISIO CLXIII.

1 DIcebamus, quod accomodans domum pro
facienda falsa moneta sit puniendus eadem
pœna, qua cudentes, & facientes, vt nouiter
aduertit Nouar.in collect.decis.ad pragmat.1. no-
tabil.7. sub rubrica de monetis, ex vi text. in l.1.§.
qui puero ff. de extraordin. crimin. l. si amicis
ff. de adulter, & l. qui domum ff. eod. quibus iu-
2 ribus probatur, vt accomodans domum causa fa-
ciendi adulterium, punitur vt adulter, & ratio de-
sumitur, quia dum domum accomodat, dat cau-
sam crimini, & qui causam damni dat damnum
3 dedisse videtur l.qui occidit §.in hac ff.ad l.Aquil.
l.nihil interest ff.ad l.Cornel. de sicar. vbi nihil in-
terest, an quis occidat, vel causam mortis dederit
Laurent.in decis. Rot. Auen.29. meminit idem
Nouar.in praxi elect.fori q.7. nu.13. vnde meritò
euenit, quod sicuti vidua, quæ virum interfecit ele
ctione fori non gaudet, vt habetur per Couar. in
in lib.pract.quæst.cap.6. nu.3.in fine Azeued. in l.
9.tit.3. lib 4. nouæ Recollect. de quibus meminit
Tapia in Constitut. Regni statuimus sub num.19.
Ita pariter si ipsa fuerit causa mortis viri, licet ipsa
non occiderit Nouar.in d.quæst.7.nu.13. qui mo-
uetur ex relata regula, quod qui causam damni
dat damnum dedisse videtur.
4 In casu tamen nostro. Cum allegaretur, & es-
set probata bona fama Domini domus, & eius
ignorantia, nam fuit probatum ipsum nesciuisse
tales personas esse commissuras tale crimen, fuit
conclusum communi Dominorum voto esse ab-
soluendum, prout realiter fuit absolutus.

SVMMARIVM.

1 *Conuersatio cum malis hominibus facit inditium ad torturam, si alia concurrant nu.5.*
2 *Ex mala conuersatione bonus efficitur malus.*
3 *Qui cum sapientibus graditur, sapiens efficitur.*
4 *Ex conuersatione malorum multum mouetur animus Iudicis circa inditium ad torturam.*
5 *Mala conuersatio est inditium adminiculatiuum.*

Conuersatio cum malis non indicium, sed adminiculum facit ad torturam.

DECISIO CLXIV.

1 Dicebatur in Curia Archiepiscopali, quod conuersatio cum malis hominibus faciat inditium, & aliquid arguere arg. text. in l. 3. §. nullus putat ff. de excusat. tutor. & in l. si plures §. quamuis vbi Bar. nu. 3. & §. si parens, vbi idem Bart. nu. 1. ff. de admin. strat. tut. & in l. 1. C. si man
2 cip. ita fuer. alienat. & in l. item apud Labeonem §. item adduxisse in fin. ff. de iniurijs, & l. nullus §. 1. ff. de act. empti, nam ex mala conuersatione bonus efficitur malus, & vitiosus lædiles §. Pedius ff. de ædil. edicto, & similis similem sibi quærit cap. recolentes de stat. monach. & secundum Philosophum talis qualis quisque est talium consortio delectatur, & vt dicit tex. in cap. sæpe 28. q. 1. malorum consortia sæpè etiam bonos corrumpunt, & tanto magis eos, qui ad vitia proni sunt, vt etiam dicit text. in cap. innotuit de electione, societas cũ quis versatur indicat homines, & ait Salomon pro
3 uerb. cap. decimo tertio, qui cum sapientibus graditur sapiens erit amicus stultorum similis efficietur, & idem cap. 22. noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum furioso, ne fortè discas semitas eius, & sumas scandalũ animæ tuæ, & demum Propheta in Psalmo 17. cum sancto sanctus eris, & cũ viro innocẽti innocens eris, & cũ electo electus eris, & cum peruerso peruerteris, ex quibus, & alijs similibus per nostros DD. adductis ex mala conuersatione oriri inditium, & malam præsumptionem delicti de quo quis imputatur in specie scripserũt Gand. in tit. de præsumpt. nu. 3. ad medium vers. item debet indagare Iudex Angel. de malefi. in verb. fama publica nu. 1 1. vers. Iudex enim bonus Bald. de Perigl is in tract. de quæst. & torment. cap. 1. nu 10. vers. quærat Iudex instanter Fel. in cap. Petrus nu. 4. de homicid. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 451. nu. 2. Menoch. de præsumpt. part. 1. lib. 1. q. 89. nu. 125. vnde non dubitatur, quin ex mala conuersatione oriatur inditium maleficij, & delicti, & ideo si commissum sit homicidiu, & aliquis, qui de homicidio imputatur, probatur, quod fuitus sit ire cum homicidiarijs, oritur contra eum ex tali conuersatione inditium dicti homicidij, adeo quod tale inditium sufficere ad tortura scripsit Caton. de indicijs
4 tract. 3 cap. 3. nu. 2. & quod ex conuersatione malorum plurimum moueatur animus Iudicis circa inditium ad torturam, tenuit etiam Aym. cons. 35 nu. 13. & cons. 72. nu. 12.

5 Quæ omnia cum fuissent per nostram Curiam refutata, resoluerunt Domini conuersationem malorum non solum esse inditium remotum, sed generale, & sic ad torturam de se non sufficere, licet bene adminiculetur, per ea, quæ in simili de mala fama hominis dicit Farinac. in pract. crim. in tit. de indit. & tortura q. 47. nu. 205. vbi multos allegat. Nec obstat authoritas Caton. vbi supra in contrarium allegati, tum quia ipse etiam de suo dicto dubitat, ut patet, ibi, sed hoc dubitatur, & tum etiam, quia allegat Mars. in pract. §. expedita nu. 33. qui de tortura nihil dicit, si et bene dicat, quod faciat inditium simpliciter, multo minus et obstat authoritas Aym. & aliorum volentiu quod ex mala inquisiti conuersatione animus Iudicis plurimum moueatur ad ipsam torquendum, quia non per hoc sequitur, quod hoc solum inditium de per se sufficiat ad torturam, sed si Iudex videt imputatum esse solitum conuersari cum malis hominibus sic illius ipsum torquendum sine dubio supple cum alijs concurrentibus, prout in specie, sic declarat Brun. inter cons. crim. diuers. cons. 115 nu. 17. & nu. 70. & 71. lib. 2 in fol. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. num. 125. & sic concludo, quod
6 mala conuersatio erit inditium adminiculatiuum, & non de se solum ad torturam sufficiens.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Ecclesiasticum connumeratur inter bona mobilia.*

2 *Bonorum appellatione venit omne id, quod beat homines.*

3 *Beneficium, quandoquidem subrogatur in locum patrimonij.*

4 *Natura beneficiorum est, vt sint perpetua.*

Bonorum appellatione, an veniat beneficium Ecclesiasticum.

DECISIO CLXV.

Fvi requisitus de voto, & pariter, vt scriberem de veritate, & cum scriberem iuxta morem fuit tandem secundum meum votum iudicatum Facti series, ita se habet quidam testator cũ habebat pingue beneficiũ iurispatronatus voluit, ac præcepit in eius testamento, vt in casu vacationis dicti beneficij præferatur in præsentando illa qui de sua familia erit magis impotẽs, quare cum in casu vacationis eiusdem beneficij concurrerent duo, quorum alter erat ditior in beneficijs Ecclesiasticis, verum pauperior. quare fuit dubitatum,
1 an beneficia enumerentur inter bona, & fuit resolutum numerari inter bona, & consequenter excludi à præsentando tanquã ditior, pro cuius opinionis confirmatione faciebant infrascripta, primo textus in l. bonorum appellatio ff. de verb. signifi.
2 vbi bonorum appellatione venit omne id, quod beant homines, idest beatos faciunt homines, quod propriè est in beneficijs ecclesiasticis, ex quibus hominibus proueniunt quãplurimę vtilitates glos. in cap. 1. de ecclesiastic. benefic. & in cap. de multa de concess. præbend. vbi dicitur quis ditior de beneficijs ecclesiasticis. Facit etiam ad hoc, quod voluit Pinell. in rubric. de bon. matern. part. 2. num. 63. vbi inter bona ciuilia connumerantur, etiam Ecclesiastica beneficia, & quemadmodum pro bonis temporalibus datur possessorium recuperandæ, ita & pro ecclesiasticis beneficijs Capell. Tholos. in decis. 64. & sicut bona deseruiunt pro sustentatione vitæ hominis, ita & beneficia eiusque fructus glos. in cap. pastoralis §. verum de
3 appellat. & quemadmodum beneficium quandoquidem subrogatur in locum patrimonij, ita & è contra Fel. in cap. cum accessissent de constit. & quis potest ordinari ad sacros ordines, tam ratione beneficij, quam patrimonij cap. tuis, vbi glos. de

L praben.

præbend. Alban.conf.63.vol.1. Mandell.conf.16. nu.3. & fequ. & quemadmodum patrimonium
4 eft perpetuum, ita beneficia, ex quo natura beneficiorum eft, quod fint perpetua cap.præcepta 55. diftinct.cap.1.& ibi glof.verb. perpetua de Capell. Monac.lib.6.cap.veniens cum ibi notat.de fil. præsbyt.Caffador.decif.4.nu 2.de præbend. Mandof. in regul.Cancell.3.q. 11. Parif.de refignat. lib.11. quæft.3 nu.92.& 93. licet quandoquidem fint manualia, quod contingit ex fundatione, vel ftatuto ab Apoftolica Sede cõfirmato, vt fancitum refert Rebuff.de pacif.poffeff.nu.180. & in tract. de nominat.q.9.num.25. verf.in contrarium me trahit, Gamb.de offic. legat. in refervando beneficia nu. 19.20.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna receptantium bannitos, quæ fit remiffiuè.*
2 *Clericus receptans bannitum ignoranter, qua pœna punitur nu. 7.*
3 *Ignorantia facti quem excufat.*
4 *Ignorans excufatur ad pœnam vitandam.*
5 *Contrahens nuptias inceftas ignoranter excufatur à pœna.*
6 *Receptãs in domo hæreticum præfumitur ignoraffe.*

An pœna Bullæ Sixti V. locum fibi vendicet in ignoranter receptante bannitum.

DECISIO CLXVI.

1 QVam grauis fit pœna, quæ infligitur receptantibus bannitos habes apud Foller.in pra ctic. crim. verb. bannitus per totum Menoch.de arbitr.Iudic.lib.2.cafu 348,verf.quæro in fine Farin. in tit. de carcer. & carcer. q. 32. num.79.& poft alios Nouarium, & alios Addentes in collect.decif.fuper rubr.de recept. malefact. vnde cum fuiffet dubitatum in noftra Curia Ar-
2 chiepifcopali, an clericus receptans bannitũ ignoranter teneatur pœna de qua in d. Bulla; videbatur
3 prima facie dicendum excufari, nam hæc dicitur ignorantia facti,& non iuris,per text.vulgatum in l.error C.de iur.& fact.ignor. quæ quemlibet excufat, & quando quis ignorat non confentit, non contendit, nec negligit l. fi ignorans ff. locati, & nec delinquit l.ex maleficijs §.longius, vbi glof.de act. & obligat. & confequenter puniri non debet
4 eo magis quia excufatur ignorans quo ad pœnam vitandam Bald. in d. l.error in 2.q. Dec.in l.qui cũ alio col.1.ff.de reg. iur.Gozad. conf.61. num. 13.
5 hinc euenit,vt contrahentes inceftas nuptias ignoranter debent excufari ab omni pœna impofita inceftas nuptias contrahentibus, tradit Bart. in l. fi adulterium cum inceftu in princ. num. 11. ff.de adult. Imol.in clem. 1. col. 2. de confanguin. Bald. Nouell. dicens hanc effe communem opinionem in tract.de dote par.11,num.9.verf.8.cafus,& vide Franc.decif.52.

Et videbatur pariter proferẽdam effe fententiã iuxta hanc opinionem, quia illud dictum Carrer. in tract.de hæret.nu. 170. & Simanc. lib.chatolic.
6 inftit.tit. 15.nu.9.53.quod receptans in domo hæreticum præfumitur ignoraffe,feruiret de vèro,& hoc ad excludendum, vt talis receptans non puniretur, ergo prædictus clericus ignorans bannitum non erat puniendus.
7 His tamen non obftantibus fuit conclufum,non excufare ignorãtiam, quia licet ignorantia facti, fi eft in facto alieno, excufabilis eft, tamen declaratur non procedere quoties per inueftigationem facile poffet cognofci, prout in cafu noftro, doctrina eft Bald.in l.1.C.ad Maced. cum fæpè fæpius in domo receptantis prædictus bannitus permanfiffet, & hoc cafu dr potius fraus,quam ignorãtia, vidẽdus eft omninò Bart. in l.oẽs C.de agricol.& cenfit.lib.10.& fic fuit decifũ effe puniendũ mitiori pœna, tamen quando bannitus effet publicus, & notorius ignorantia non excufaret, etiam quod receptator vellet iurare fing. eft Arnon.9.& ratio videtur effe meo iudicio, quoniam hoc eft factum publicum, & ignorare ea quæ publicè fiũt culpa eft cap.1.de poftul. prælat. glof. eft notab.in l.fi tutor petitus C. de pericul. tut. licet Menoch. faciat hanc diftinctionem in cafu 348.nu.15.quod qñ quis fcienter aliquem receptat, ignorãs tamen illum effe bannitum,tunc nulla pœna punitur,aut hic receptator folam fcientiam habebat per famam, & rumorem talem effe bannitum, & hoc cafu non punitur pœna corporali, fed alia mitiori Iudicis arbitrio, aut plenam habet fcientiam, & punitur pœna ordinaria,fi verò penitus ignorauit, abfoluitur.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum factum Capitulo, poteft diuidi inter Canonicos.*
2 *Fructus prouenientes ex aliqua re, iudicantur ad inftar illius rei.*
3 *Grege pignori obligato,quæ poftea nafcuntur,etiam tenentur.*
4 *Immunitate alicui conceffa, cenfetur etiam conceffa quoad bona poftea quæfita.*
5 *Rex, fi exemerit Caftrum, quod poftea creuerit, & effecta eft Ciuitas,totum erit exemptum, & nu.7.*
6 *Caftro conceffo, cum mero, & mixto Imperio, cenfetur illud etiam conceffum, quoad territorium poftea auctum.*
8 *Difpofitio,quando per tractum ad futura poteft afferre commodum,femper extenditur ad futura.*
9 *Priuilegium immunitatis extenditur ad nouam oneris impofitionem,poft conceffionem immunitatis fuperuenientem.*
10 *In beneficijs fit largiffima interpretatio.*

An fi ex pecunia Ecclefiæ lucretur aliquid, illud lucrum debeat quemadmodum ipfa pecunia reponi, conferuari, & confequenter minimè alienari abfq; follemnitatibus extrauagan. Pauli II.

DECISIO CLXVII.

SCribo pro veritate, vt soleo requisitus pariter pro veritate ab eminentissimo Iureconsulto D. Iosepho Tauaccio Archidiacono, & Vicario Generali Caietæ, viro vndequaque dignissimo de tali facti serie, an scilicet Capitulum Ciuitatis Caietæ, qui permissu eius Reuerēdissimi Ordinarij, vt pecuniæ quantitatem, quam ad censum tenebat sibi restitutam potuisset in emptionem olei redigere, si ex dicta negotiatione lucrum reportauit plus 400. aureorum, potuisset dictum lucrum inter Canonicos diuidi, & consequenter alienari, an verò quemadmodum, & ipsa pecunia conseruari, & in nominibus debitorum reponi, & prima consideratione videbatur dicendum licuisse inter Canonicos diuidi, siquidem dictum lucrum est quid separatum, & alienum ab ipsa sorte principali, & proinde minimè censeri debet iuxta regulas pecuniæ principalis, argumento tex. in l. plerúque ff. de iure dotium l. Papinianus ff. de minoribus, & probatur in cap. translato, vbi communiter Canonistæ de constitutionibus Bald. in cons. 157. vol. 1. Mandell. in cons. 71. nu. 10. & sequent. vol. 2. Monald. in cons. 12. vol. 1. quemadmodum dici-
1 mus de legato facto Capitulo Canonicorum contemplatione, quòd diuidi potest in Canonicos ipsos, vt tradunt communiter DD. in cap. requisisti de testamentis, & in proprijs terminis voluit Zerol. in eius prax verbo legatum vbi latè

Cæterum supra positis minimè obstantibus, cōtrarium fuit resolutum ex voto meo, cuius meæ
2 sententiæ ratio videtur illa esse principalior, siquidem fructus prouenientes ex aliqua re, iudicantur ad instar illius rei, vt voluerunt Menoch. in cons. 491. vol. 2. Merend. in cons. 71. num. 16 & sequent. de Amicis in cons. 16. num. 3. Burcult. in cons. 23. nu. 13. & sequent. & facit text. in l. si etiam C. de iure dotium, vbi augumentum ex re proueniens iudicatur prout de ipsa re, de Ponte in cons. 80. vbi per multa concludit, augumentum dotis regulari iuxta naturam ipsius dotis de Franch. in decis. 171. & generaliter augumentum est eiusdem conditionis cuius est res l. inter socerum §. cū inter ff. de pact. dotal. l. etiam ff. de iur. do. l. si fundus ff. de pignoribus l. si conuenerit la seconda §. si nuda ff. de pignorat. actio. cum alijs à Tiraq. collectis de retr. lign. §. primo glos. 18. numer. quinquagesimo primo Rebuff. in praxi benef. tit. de rescript. vers. & perinde valere nu. 46. Hisp. Mattienz. in noua recollectione legum. Hispa. lib. 5. tit. 11. §. 7. glos. 3. nu. 8. fol. 358. qui multa congerunt, & in specie, ita arguit Menoch. cons. 201. nu. 143. lib. 3. facit etiam text. in l. si seruitus ff. de seruitu. vrbanorum prædiorum, vbi si cautum est, ne luminibus officiatur, intelligitur etiam de futuris luminibus, & tex. l. grege ff. de pign. vbi grege pignori obligato, quæ
3 postea nascuntur etiam tenentur, & probatur etiā in l. fin. C. quæ res pignor. obligari poss. vbi in obligatione rerum ad se pertinentium, comprehenduntur etiam res futuræ, ne dum præsentes, & tamen ibi adiectum fuit verbum, præsentis temporis, & nihilominus etiam futuræ veniunt, & facit
4 pariter, quod decidit Bert. cons. 59. nu. 4. vol. 1. dicens, quod immunitate alicui concessa, censetur etiam concessa quoad bona postea quæsita. Alexander consilio 178. numero 17. vol. 2. Iason l. qui filiabus in quarto notab. ff. de leg. prim. Ruyn. cons. 217. nu. 1. vol. 1. Paris. cons. 68. n. 1m. 7. & seq. lib. 1. & pro hac sententia accedit quod augumentum rei accedēs pertinet ad ipsius rei possessorem, sicut in augumentum alluuionis est constitutum per tex. in l. fin. C. de alluuion. Brunus in tract. de augument. & in cons. 117. nu. 2 Menoch cons. 201. nu. 149. lib. 3. vbi consuluit Regem Nostrum Philippum teneri restituere Serenissimæ Christiernæ filiæ Regis Daniæ augumenta vectigalium Ciuitatis Dorthonæ, tamquam ad ipsam spectantia, & latissimè colligit Niconitius in allegatione sua 37. parte secunda fol. 33.

Et facit quod vult Bald. in l. cū fundus ff. de leg.
5 2. vbi concludit, quod si Rex exemerit Castrum, quod postea creuerit, & efficiatur Ciuitas, totum hoc erit exemptum per tex. ibi & sequuntur Cumanus eodem in loco, & Florianus nu. 3. Laudensis in tract. de Castellanis conclus. 32. & Didac. Couar. cap. 2. pract. q. colum. 1. vbi concludit, quod si Princeps concedit iurisdictionem in aliquo Castro potest exerceri in nouos incolas, & augumētum, etiam in eos, qui nouis constractis ædificijs Castrū auxerunt, & ibi Couar. hoc optimè declarat, cui
6 accedit Soarez alleg. 6 nu. 8. dum tenet, quod cōcesso Castro cum mero, & misto Imperio, censetur illud eidem concessum, quoad territorium postea auctum allegat Angel. in authen. de æqual. dot. §. aliū quoq; sequitur Ripa in dicto c. cum M. n. 36. vers. 4. facit Menoch. cons. 201. n. 146. lib. 3.

Considero pariter conclusionem Baldi in cap. 1. §. si quis demanso col. 3. nu. 7. de controuers. inuest. dum ferè in specie tradit, quod si Rex conce-
7 dit Castrum alicui cum focularibus reseruando sibi centū domos vassallorū, & vassalli augumententur, si quidā accreuerint ex familijs reseruatis erunt Regis cōcedentis, si verò aliunde erunt cōcessionarij sequitur ibidem Aluar. ante numerum sextum, Capyc. in inuest. feud. verb. feudorum augumenta vers. vassallorū verò augumētum fol. 85. argumento text. in l. cum scimus C. de agric. & cens. lib. 11. l. sed & ædes §. si quis ad mulierem ff. locat. l. possessionem C. com. vtr. iudic.

8 Et quando dispositio per tractum ad futura potest afferre commodum, semper extenditur ad futura Bar. in l. si ita col. 1. vers. opp. de l. 1. in fin. ff. de auro, & argento legato, vbi allegat tex. in l. 3. ff. pro soc. & non dissentit Sali. in l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss. Neuiz. cons. 71. nu. 9. Menoch. post alios cons. 201. nu. 114 lib. 3.

9 Adducitur pariter quod decidit Alex. cōs. 195. num. 8. vol. 2. quod priuilegium immunitatis extenditur ad nouam oneris impositionem, post cōcessionem immunitatis superuenientem Natta consilio 160. nu. 27. & cons. 274. nu. 9. Paris. cons. 68. numero 11. Guid. Pap. decis. 489. vbi concludit priuilegium exemptionis pedagij à Principe concessum censeri cōcessum etiam quoad villas postea quæsitas, & ibi multa allegat ad suæ decisionis confirmationem, quæ casui nostro miruminmodum conferunt sequitur Nicolaus Festasius in tract. de Aestimo, & collectis cap. 7. nu. 67. & facit

L 2 quod

quod si Colonus pacto promisit dare quartam
partem fructuum Domino, si postea plantauit vi-
neas, etiam de eisdem tenetur Alexan. l. in l. inter
socerum §. cum inter nu. 2. ff. de pact. dotalib. item
quod scribit Bald. in l. vtrũ, tã in prima, quam in
secunda lect. ff. de pet. hered. quod augmentum
Gabellæ, etiam proueniens facto Regis, vel Do-
mini venditoris, siue locatoris ipsius pedagij, per-
tinet ad emptorem, siue conductorem, sequitur
Angel. in l. at vbi nu. secundo eodem tit. hoc intel-
ligens, quando Gabella esset vendita simpliciter
Dec. cons. quarto, & in capit. cum M. num. 5. Fely.
num. quinto Ripa num. 36. de constit. Soc. cons. 39.
nu. 13. vol. 4 Boer. decis. 180. nu. 7. Menoch. con-
lio 34. nu. 15. vol. 1. vbi latè, & in specie idem Me-
noch. cons. 201. n. 150. lib. 3. & Peregrinus in tract.
de Iure fisci lib. 6. tit. 5. nu. 34. affero ad hoc etiam
doctrinam Abb. in cap. quia circa de priuileg. nu.
quinto versũ primo membro, dicentis, quod quan
do dispositio indefinita est in priuilegio, & præ-
10 iudicat concedenti tantum, licet sit in graue præ-
iudicium extenditur ad futura, quia in beneficijs
sit largissima interpretatio, talis est casus de quo
agitur, & tandem adducitur text. egregius in cap.
cognouimus 12. q. 1. vbi quarta debetur clericis,
etiã de redditibus Ecclesiæ nouiter acquisitis. Ex
quibus omnibus concludo non posse Dominos
Canonicos præfatum lucrum inter eos diuidere,
& ita audiui fuisse resolutum, & decisum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres potest conueniri completo inuentario à cre-
ditoribus, antequam tempus trium mensium non
fuerit transactum.*
2 *Cessante causa dilationis cessat dilatio nu. 5. siue sit
data ab homine, siue à lege nu 6.*
3 *Cessante causa impedimenti, & exclusionis cessat
impedimentum, & exclusio.*
4 *Cessante causa priuilegij, cessat, & priuilegium.*
7 *Iudex non impeditur procedere in causa durante
tempore dilationis si causa ipsius cesset.*
8 *Tempus statutum alicui ad declarandum volunta-
tem suam, si ante declarauerit cessat præfixio tem-
poris.*

Hæres, confecto inuentario, an possit conueniri, non elapso tempore trium mensium.

DECISIO CLXVIII.

1 IN præsenti articulo mihi proposito vz. an fi-
nito inuentario poterit hæres conueniri, si tem
pus trium mensium non fuerit transactum,
affirmatiuè respondeo, iuxta opinionem Beroij in
cap. potuit nu. 38. de locat. & Rebuff. ad ll. Galli-
cas 3. tom tit. de appellat. artic. 26. quos refert, &
sequitur Spin in suo tract. de testam. glos. 35. num.
46. in fine ex textu in l. à filia §. alumno ff. ad Tre-
bell. vbi si dilatio opponitur gratia fideicommissi
2 cessante causa dilationis cessat dilatio, hinc est,
quod si testator reliquit vsufructum fundi vxori
ea manẽte in viduitate, & post eius mortẽ reliquit
talem fundum alteri, si mortuo marito mulier sta-
tim transit ad secunda vota, statim ille debet ha-
bere legatum, nec debet expectari mors vxoris
Ioann. Andr. in addit. ad Specul. tit. de secund. nu-
pt. sup. rubr. & hanc dicunt esse communem opi-
nionem Dec. in l. si mater C. de instit. & substit.
Gomez var. resolut. lib. 2. cap. 17. nu. 34. Caualc. in
tract. de vsufr. mul. rel. n. 72. Viu. lib. 1. cõm. opin.
verb. casus nu. 1. & post alios Crass. de success. ab
intest. § legitum quæst. 30. & sic pariter dicendum
est. quod si legatur vsusfructus alicuius fundi cer-
tæ personæ vsque ad decennium, & postea relin-
quitur alteri, si illa persona moritur ante decen-
nium, statim post mortem habebit, non expectato
3 fine decennij, Bald. in l. ambiguitatem C. de vsur.
nam cessante causa impedimenti, & exclusionis
cessat impedimentum, & exclusio, latè Menoch.
consil. 331. nu. 54. vbi plures allegat, & Mant. cons.
161. & ad propositum nostrum facit illa regula
4 vulgata, quod cessante causa priuilegij, & immu-
nitatis, cessare causa debet priuilegiũ, idẽ Menoch.
cõs. 312. n. 15. & cons. 800. n. 35. & cons. 704. n. 13.
5 & dilationis causa cessãte, cessat dilatio l. hoc iure
ff. de verb. oblig. l. 3. §. sticcus ff. de sta liber. l. 1. §. si
intra ff. de success. edict. l. continuus §. cum ita ff.
de verb. oblig. siue ea dilatio sit data á testatore, vt
6 loquitur textus l. si quis hæres ita scriptus ff. de ac-
quir. hæred. siue à lege, vt in casu nostro de qua lo
quitur text. in l. pen. §. si intra ff. de success. edict.
& DD. in cap. fin. de consuet. in 6. pro corrobora-
7 tione huius articuli addo quod inferunt Dyn. & Bart.
d. §. alumno nõ impedire Iudicẽ procedere in cau-
sa durante tempore dilationis, si causa ipsius cesset
puta si Iudex præscripsit tibi tempus ad compa-
rendum, vel respondẽdum positionibus intra tres
dies, & incontinenti compareas, & respondeas, Iu-
dex non expectato illo tempore trium dierum nõ
impeditur quo minus possit procedere ad vlterio-
ra, cum sit finita causa dilationis, & idem volue-
runt Bart. Imol. Rom. Castr. & Aret. in l. si quis hæ
res ita scriptus Bart. in l. 2. in fin. ff. de re iudic. & in
l. siue pars ad fi. C. de dilat. & cõs. 164. Insuper ad-
do, quod licet dominus ab emphiteuta certior fa-
ctus de futura rei emphiteoticariæ venditione de-
beat expectari per duos menses ad text. in l. fin. C.
de iur. emphit. tamen si ipse Dominus ante id tem-
pus suum animum declarauerit, non debet vlte-
8 rius expectari, quoniam vbicunque alicui statui-
tur tempus ad declarandum voluntatẽ suam, si an-
te declarauerit cessat præfixio temporis Specul.
tit. de loc. §. nunc aliqua in 100. q. & Ias. d. l. fin col.
5. vers. item aduertendum est C. de iur. emphit.

Et denique necesse est sic concludi, eo quod si ex statuto quis intra decem dies debet appellare, & post eos decem dies, teneatur prosequi suam appellationem intra sexaginta dies, si appellauerit prima die statim currit altera dilatio sexaginta dierum, cessante scilicet causa primæ dilationis, secundum Castr. in d. l. si quis hæres in fi. dicentem, sic consuluisse Florentiæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus potest cogi ad subeunda munera vniuersitatis, & nu. 4.*

2 *Clericus coniugatus in quibus gaudeat priuilegio clericali.*

3 *Vnius inclusio, est alterius exclusio.*

An clericus coniugatus possit cogi ad subeunda munera vniuersitatis.

DECISIO CLXIX.

1 ET pro affirmatiua sententia fuit in nostra 2 Curia Archiepiscopali conclusum, nam clerici coniugati cum vnica, & virgine quo ad duo tantum gaudent priuilegio clericali. scilicet Canone si quis suadente 17. q. 4. & priuilegio fori ecclesiastici in causis criminum, vt in vulg. c. vnico de cleric. coniug & in Regno habemus Pragmaticā incip. nuper de cler. & diac. saluat. Guid. Pap. decis. 83. Natt. cons. 319. nu. 6. & cons. 306. vol. 2. dummodo deferant habitum, & tonsuram clericalem Lap. alleg. 30. & 118. Specul. in tit. de cleric. coniug. in princ. Carauit. ritu 66. & alij quam plurimi relati per Borrell. in summ. decis. tit. de clerico coniug. nu. 2. vnde videmus quod proce-
3 ditur strictè, & prædictis tantum duobus beneficijs gaudet, cum vnius inclusio sit alterius exclusio l. cum prætor ff. de iudic. quo ad reliqua verò clericorum priuilegia laicus omninò censetur textus est sing. & ibi glos. cōmuniter recepta in verb. cæteris in d. cap. vnico de cleric. coniug. in 6. vbi Franc. multa commemorat priuilegia, quæ clericis coniugatis iure negantur, idem sensere Card. in clem. 1. de vir. & honest. cleric. Aufr. in clem. 1. de offic. ordin. notab. 3. & alij DD. in c. 1. de offic.
4 Vic. in 6. col. fin. & Paris. cons. 40. num. 20. lib. 4. & quod clericis coniugatis cum vnica, & virgine, & vestibus, & tonsura vtentibus iure negatur priuilegium immunitatis quo ad gabellas, munera secularia, indictiones, collectas, aliauè quæuis regalia, obsequia, censum, & his similia, nā hæc subire tenentur hi clerici sicuti subeunt, & præstant omninò laici voluerunt in specie glos. memorab. in d. cap. vnico verb. cæteris, & ibi omnes Panormit. in cap. ex parte de cleric. coniug. Guid. Pap. decis. 384. Bertacchin. in tract. de gabell. 7. par. num. 12. Angel. in §. pen. Auth. de monach. Maurit. in repet. l. vnica C. quo loco mulier mun. subir. sol. lib. 10. pag. 75. quorum opinio communis est, & ab omnibus probatur in d. cap. ex parte.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus, quod gaudeat fori priuilegio in causis ciuilibus probatur de obseruantia in hoc Regno, contra nonnullorum opinionem aliter tenentium.*

2 *Clerici coniugati, an gaudeant beneficio capituli Odoardus, pro vtraque opinione iura, & Doctores adducuntur.*

3 *Ampliatur in liquidatione instrumenti, & obligationibus iuramento vallatis.*

4 *Ratio pro supradictorum confirmatione.*

An clericus coniugatus gaudeat priuilegio fori in causa liquidationis instrumentorum; ad ornatum textus in cap. vnico de clericis coniugatis.

DECISIO CLXX.

ET si vigore ritus M. C. V. 66. clerici coniugati nullo pacto admittebantur ad fori priuilegium, sed tamquam laici reputabantur contra tot dispositiones Canonicas, tamē per Regiam Pragmaticam nouissimo Iure Regni confirmatur priuilegium eidem à Canonibus traditum, vt in Pragmatica Regni incipi. Quemadmodum sub tit. de clericis, & diaconis saluat. vbi fusè Nouarius in collect.

1 Quo præsupposito fuit dubitatum, an clericus coniugatus non tantum pro criminalibus causis, sed etiam pro meris ciuilibus à foro sæculari sit exemptus, in hac quæstione Io. Andreas, & Anch. in cap. vn. de clericis coniugatis in 6. Imol. Card. cum pluribus alijs in cap. ex parte de clericis coniug & cæteri, quos cumulat Couarr. lib. pract. quæst. cap. 33. fuerunt in opinione pro causis ciuilibus non gaudere, sed Iudicibus sæcularibus subditos esse: Nihilominus nō desunt tot alij Doctores maximæ auctoritatis, qui concludunt, etiam pro ciuilibus causis fori priuilegium habere, ita vt eos cognoscere habeat Iudex ecclesiasticus. Ita Specul. in tit. de competenti. Iud. adit. §. 1. num. 24. Philip. Franc. in cap. vn. de clericis coniug. in 6. Capol. in cons. crim. 10. vers. super 3. Mand. in addit. ad Lap. in allegat. 40. & 118. & ne desit Auctor Regnicola videatur Camillus Borrell. in spec. princ. rub. 11. in §. videamus in princ. in littera A. incipiente coniugati, vbi dicit hanc opinionem in Regno Neapolitano indistinctè, & sine dubio receptam esse.

Vnde cum habeamus certum Authorem Regni affirmantem hanc opinionem receptam esse, ad quid difficultas? nam ex hoc omnis dubitatio cessat.

2 Sed quatenus descendendum sit ad quæstionem an clericus coniugatus gaudeat cap. Odoardus de solut. (omisso capite quo ad bona) circa carcerationem, & personalem districtionē gaudere, vt nō à Iudice sæculari cognoscendus sit, cum hoc tantum reseruetur Iudicibus ecclesiasticis; modo dubitatur semper personam videri exceptam, ita la-
[tissimè concludit Lap. in dicta allegat. 118. Vbi subdit Iudices aliter sētientes cauere debere à pœna excommunicationis, esset enim facere insolentiam clerico coniugato, cogere ipsum de persona, cum prohibeatur contra clericum insolentia, alias incurreretur excommunicationi, & si clericus coniugatus aliter detineretur à Iudice laico, esset sacrilegium, sic firmat Philippus Franc. in d. c. 1. vn. §. 1. de cleric. coniug. in 6. Imol. in d. c. ex parte, & si

L 3 cum

cum nostris Regnicolis adhuc hanc sententiam confirmare intendimus, ne desit hæc auctoritas videatur Camp. in clement. extrauagan. de vita, & honest. cleric. nu. 289.

3 Valdè conferunt ad comprobandam hanc veram opinionem, quod in præsenti causa agitur de debitis dependentibus à publicis instrumentis, & obligationibus iuramento vallatis, & sic proceditur via ritus, & causæ sapiunt criminalitatem respectu periurij, & aliorum, quæ criminalitatem inducunt, secundum Afflict. in dec. 64. Freccia de præsentatione instrum part. 6. Carau. in ritu 100. ó 109. & Præsidens de Franc. in decis. 162. & 171. & ideo coram Iudice ecclesiastico agi debet, cum nemo ex Doctoribus contradicat pro causis criminalibus, etiã si ciuiliter motis coniugatũ clericũ gaudere ad tex. in d. cap. vn. vbi omnes notant, & vt saltim primis correspondeant si adhuc volumus Auctorem Regnicolam videatur Capoblãc. in Pragm. Regn. 8. de Baronibus in 2. repetit. num. 58. vbi expresse dicit, quod si ageretur via ritus in præsentatione liquidi instrumenti, vel obligationis exequutiuè, tunc ad Episcopum recurrendum est contra clericum coniugatum, & ita fuit decisum.

4 Ad comprobationem omnium prædictorum, quod nõ solù hic clericus coniugatus non sit recognoscendus à Iudice laico, sed in totum gaudeat beneficio d. cap. Ο Ioard. suad tur, nam si inspicimus rationem, quare hoc priuilegium clericis tributum sit, non est alia, nisi quia seruit in diuinis vt testatur Conf. Ann. in cons. 124. in secundo to. vbi extendit beneficium ad clericum primæ tonsuræ, non alia ratione, quia seruit in diuinis Imol. nu. 11. in verb. 2. concl. ponit formalia verba, secunda conclusio sit, quod hoc procedit in quocumq; clerico saltim quia seruiuit in diuinis, & cum hic clericus de quo agitur seruiuerit, & adhuc seru it in diuinis, ex identitate rationis procedit capitulum prædictum l. illud cum concordantibus ff. ad l. aquiliam.

SVMMARIVM.

1 *Regulares non possunt eleemosinam petere absque licentia Ordinarij.*
2 *Spiritualia non recipiunt extimationem.*
3 *In spiritualibus non cadit aliqua pactio.*
4 *Conditiones quas debent habere Quæstores.*

Eleemosinæ, an possint locari.

DECISIO CLXXI.

1 FVit pluries in Curia Archiepiscopali decisum ex sententia Illustrissimorum Cardinalium Sacri Concilij Tridentini interpretum, non posse Regulares, & reliqui omnes curam alicuius Ecclesiæ gerentes eleemosinas sub inuocatione dictæ Ecclesiæ petere; cuius decisionis ra-
2 tio est cuius est, quoniam spiritualia non recipiũt aliquam extimationem cap. fin. cum ibidem communiter notatis de rerum permutatione Afflict.

3 decis. decima septima, nec in spiritualibus cadit aliqua pactio capit. final. de pactis, nec hodie possunt Regulares petere eleemosinas absque licentia Ordinarij, ex Bulla Gregorij Decimi Tertij, & ita censuit Sacra Congregatio in Societate Rosarij, & facit clem. 2. de pœn. & remiss. vide etiam Nauar. in tract. de Iubil. & Indulg. notab. 31. num. 46. & cons. 17. & 33. de pœnit. & remiss. & Bulla Clem. VII. quæ est 34. & quidam Author in sua praxi Episcopal. in verb. quæstores ait per hæc
4 verba, quæstores prohibentur prædicare, & contra facientes ab Episcopo possunt puniri Concil. Trident. sess. 5. de reformat. in fin. & s. ss. 21. capit. vlt. de reformat. disponit, vt eorum nomen, atq; vsus in omnibus Christianæ religionis locis aboleatur, nec obstat Bulla Pij Quarti quæ est 43. quæ incipit Pontificis tamen sine indulgentiarum publicatione, & concessione confessionalium, quia eam reuocauit Pius Quintus Bulla sua 30. fol. 969. Sacra vero Congreg. declar. 217. circa hoc ita disponit. Praui eleemosinarum quæstores debent prohiberi, non autem illi, qui eleemosinas collectas in pios vsus erogant, & declara. 388. concedit posse dari licẽtiam petendi eleemosinas cum his circunstantijs, prima vt sint personæ bonæ existimationis, secunda ne sint participes ipsarum eleemosinarum, Tertia ne habeant, nullo modo nomen quæstoris, Quarta nullas indulgentias diuulgent, nec concionentur. Quinta nec sua priuilegia, aut sacras reliquias circumferant. Sexta nec imprecationibus, aut minis eleemosinas ab hominibus exprimant aut extorqueant, nec campanas, aliaue instrumẽta deferant. Septima nec quicquam tamquam debitum, aut vsitatum petant. Octaua nec vllo artificio, aut specie commemorandæ orationis alicuius Sancti, aut alio peruerso more vtantur. Nona sed simpliciter, ac modestè eleemosinas, perant easque in pij loci vtilitatem trasportent, & idem rescriptum seruandum esse in colligendis eleemosinis pro Societate Rosarij declara. 359. vide clem 2. de pœnit. & remiss. & Abb. in cap. ex tonu. 1. eodem titulo.

SVMMARIVM.

1 *Armorum appellatione quid veniat.*
2 *Plumbatæ an veniant in edicto Curiæ Archiepisc.*
3 *In pœnalibus non fit extensio.*
4 *Dictio, alius, quid importet.*
5 *Edictum est emanatum ad publicam vtilitatem.*

Asportans pilam ferream vulgo, *piombata* an incidat in pœnam edicti Cur. Archiep. Neapolit.

DECISIO CLXXII.

1 FVit in nostra Curia dubitatum, an supradictum genus armorum compræhendatur in edicto emanato contra clericos arma portantes, & prima consideratione videbatur dicendum, quod sic, eo, quia dictæ plumbatæ veniunt nomine, & appellatione armorum, vt probatur in l. armorum ff. de verborum significatione, vbi omne,

ne quod nocere poteft, appellatione armorum venit, vt probatur pariter in §.1. in Auth. vt armorũ vfus, & in l.armorum ff.ad legem Iuliam de vi. publica latè Farinacc.aliôs comprobans lib. 1. variar. quæft. cap. 37. & Nouiffimè Burrellus lib. 4. de Magiftrat.cap. 18. & in fpecie ita tradit Nouar.in
2 collect. 22. vbi refert, fic effe fancitum de iure Regni per pragmaticam 5.de armis, qua puniuntur afportantes has plumbatas, & alia offenfibilia fequitur Intrigliola in fing.7.vbi fub ftatuto contra afportantes arma continentur plumbatæ.

Cœterum fupradictis minimè obftantibus contrarium fuit decifum in Curia, de qua decifione mirandum non eft, quoniam in noftro edicto prohibentur plures fpecies armorũ, puta piftolæ, fcopi parui, pugiones, cultri vulgo à *fronde di oliua*, & alia fimilia, inter quæ fimilia non poffunt cõ
3 numerari prædictæ plũbatæ, maximè cum fimus in edicto particulari, quod tamquam ftricti iuris, & pœnale non eft extendendũ l. conftitutionibus ff.ad municipalem Nouar.in collect. 1.decif.fuper pragm. Regni part. 2. vtiq; enim fi Illuftriffimus voluiffet tale genus armorum comprẹhendi, expreffiffet in edicto, quod cum non fecerit non cõprẹhendi voluiffe præfumendũ eft, ex quo in pœnalibus taciti, & expreffi nõ eft par virtus Monald. conf.71. vol. 1. Merend.in conf.13.nu.6.& fequ.

Non obftat in præfato edicto adeffe illa verba,
4 *& altre fimile*, quæ licet repetant conditionem, & qualitatem præcedentis difpofitionis in fubfequenti Viu.in decif. 193. Sanchez difput. 20,nu.2. Galganet.de condit.& demoftrat.par.2.cap.1.q.18.nũ & habet qualitatem refpectiuam, & implicat Seraphin.in decif.716.quia refpondetur, quod dicta claufula non eft apta comprẹhendere, & verificari in fimilitudine in genere, prout eft in cafu de quo verba facimus Verall. in decif.298. nu. 2.& in decif.4.par.2.

5 Non obftat prædictum edictum fuiffe conditum ad publicam vtilitatem, & proindè latè debere interpretari, vt comprahẽdat omne armorum genus, Caftrenf.in conf.23. Det.in conf. 660.nu.6. & in conf.661. nu.3. vbi quod procedit etiam in penalibus, & vbi eft eadem ratio, & omnimoda fimilitudo Salic.in l. 2. C.de noxalibus, quia refpondetur fupradicta procedere, quando ex mente edicti non apparet in contrarium, prout in noftro edicto; in quo euidenter demonftratur non voluiffe comprehendere talia arma, & de iure clarum eft, non verba, fed mens effe infpicienda cap. quoniam de verborum fignificatione l. fin. C liberis præteritis, verba enim funt intelligenda non fecundum quod fonant, fed iuxta mentem, & intentionem proferentis l. non omnis in princ. ff.fi certum petatur Nauarr. in manual. cap. 23.nu. 38. & vbicunque conftat de mente difponentis expreffa, vel præfumpta, verborum qualitas non attenditur l. quoniam indignum C. de teftamentis, mens enim potentior eft verbis l.labeo ff.de fuppellectili legata, & verba pẽdent à mente non autem mens á verbis Menoch. conf.97. numero 44. & verba fe habent, vt corpus fuperficies, & ratio vt fpiritus, & anima Gonfalez ad regulam 8. Cancellariæ glof. 48. nu. 56.

Et iuxta fupradicta fuit decifum in edicto præfato non comprehendi præfatũ genus armorum cum habeatur tamquam cafus omiffus, qui de iure habetur pro amiffo l.comediffimè ff.de liberis, & pofthumis cap. inter corporalia de translatione epifcopor. cap. dilectus de officio ordinar. cap. is qui de fententia excommunic. Tufcus tom. 5. lib. 1. conclus. 116. Ferrer.in cõftit. Cataloniæ glof. 1. nu. 104. quod procedit etiam in lege, ftatuto, vel cõfuetudine Tiraquell. de iure primogenit. quæft. 40. nu. 194.& facit, quod cafus omiffus à noua difpofitione, intelligitur fecũdum ius antiquum l. fi verò §. de viro ff. foluto matrimonio Girond. de priuilegiorũ, feù exemptionum explicat. nu. 556. & 886. in qua antiqua difpofitione, prout funt Regni pragmaticæ talia arma non comprehendebantur, nifi de eis fpecifica fieret mentio.

SVMMARIVM.

1 *Quid fenferit Conc. Trid. de interftitijs fubmouendis.*
2 *Caufa ob quam mouetur Epifcopus ad difpenfanfandum in interftitijs debet effe fufficiens, & grauis nu. 4.*
3 *Sacrum Concilium requirit duas caufas in interftitijs fubmouendis.*
5 *Epifcopus ordinans aliquem non feruatis interftitijs, cenfetur cum eo tacitè difpenfaffe fcienter non ignoranter.*

An Epifcopus aliquem promouens ad ordines, non feruatis interftitijs, cenfeatur cum eo tacitè difpenfaffe.

DECISIO CLXXIII.

IN caufa ordinationis cuiufdam Archipræsbyteri, inter cætera opponebatur dictum Archipræsbyterum non effe ordinatum, imò feciffe promoueri non feruatis interftitijs de iure requifitis, dicebatur igitur an Epifcopus cum dictum Archipræsbyterum promouerit, & ordines contulerit cenfeatur difpenfaffe in interftitijs, ad quod videtur animaduertendum, quod Sacrum
1 Concilium Tridentinum dum loquitur de interftitijs fubmouendis dicit, nifi neceffitas, aut vtilitas Ecclefiæ iudicio Epifcopi aliud fuadeat hoc totum iudicio Epifcopi remittit, qui tamen non debet abuti ifta poteftate, & cum omnibus paffim difpenfare, fed cum certo moderamine, & maxima confideratione, & quod caufa propter quam
2 mouetur ad difpenfandum fit fufficiens, & iufta, quia difpenfatio, quæ fit fine caufa potius diffipatio appellanda Archid. in cap. confequens 2. dift. Vafquez lib. 1. controuerf. vfufrequent. cap. 26. nu. 10. Gambar. de off. delegat. car. 150. nu. 89. &
2 car. 37. qui omnes affirmant Sacrum Concilium requirere duas caufas in interftitijs fubmouendis, fcilicet neceffitatis, aut vtilitatis Ecclefiæ, & caufa neceffitatis poteft exẽplificari fi in Diœcefi effet Sacerdotũ defectus, vel nõ adeffent Cõfeffarij, qui fufficerent pro neceffitatibus populi, & Sacerdotes effent inhabiles ad confeffionem audiendam, &

pro-

promouendi essent nobiles, secunda causa vtilitatis potest exemplificari, vt quia promouendus esset vitæ multum exemplaris, vel vir summæ doctrinæ, vel ita nobilis, & potens, qui Ecclesiam ab alio oppressam posset sua authoritate defendere, nec puto quod sit causa vtilitatis Ecclesiæ, si ordinandus vellet aliquid donare Ecclesiæ, vt ordinetur non seruatis interstitijs, quia hæc esset quædam species simoniæ, prout est simonia, si aliquis vellet aliquid donare Monasterio, vt recipiatur in eo Vgolinus in tract. de sim. tab. 1. cap. 6. §. vniuersitates itidem nu. 1. & 2. car. 25. & est tex. in extrauag. sane ne vinea de sim. Angel. in sum. verb. simonia il quarto, & his causis cessantibus, ita dispensatus nō est tutus in conscientia, sed remanet cū pec
4 cato Tappia in repet. auth. ingressi in verb. ingressu c. 3. n. 50. 51. & 52. C. de sacrosanct. eccles. vbi dicit, quod causa debet esse grauis Petrus de Gregor. Tolos. in cōmēt. & adnotat. in decret. in tit. de rescript. c. 15. n. 4. Nauar. conf. 3. nu. 3. in fin. in tit. de voto 10. 1. car. 656. vbi dicit, quod dispensatio sine causa est ipso iure nulla, & iterum in manuale cap. 12. num. 76. vers. sextodecimus cart. 73. & de regular. consnent. 4. nu. 36. car. 116. Graff. decis. aur. part. 1. lib. 2. cap. 3. nu. 32. & sequent. subdens, quod causa iusta requiritur etiam in dispensatione à summo Pontifice obtenta, & eo magis, quando dispensatio est facta ad petitionē partis Card. in clem. 1. §. 1. in ij. q. de pœnit. & remiss. & omnis dispensatio permissa inferiori Papæ contra Canones est facienda cum causæ cognitione, & iusta de causa glos. in c. requisistis §. nisi rigor prima q. 7. & notat. in cap. at si clerici §. 1. de iudic. Innoc. in cap. dudum il secondo nu. 16. de elect. Ant. de Pet. in tract. de pot. princip. cap. 32. dubit. 2. nu. 20. Imo Episcopus ita de facto absq. causæ cognitione dispēsans si de tali dispensatione conuincatur poterit deponi cap. 1. & fin. 21. dist. Fel. in c. constitutus col. 8. de rescript. Abbas. & Imol. in cap. de mulra de præbendis.

4 Nihilominus cum hæc causa mihi fuerit commissa, iudicaui, quod Episcopus aliquem promouens, & ordinans non seruatis interstitijs censetur cum eo tacitè dispensare, sed scienter non ignoranter, vt est in casu nostro Maiol. in tract. de irreg. lib. 3. cap. 24. nu. 14. Panorm. in cap. veniens de filijs præsbyterorum, vbi dicit, quod remota ignorantia Episcopi censetur dispensare, sed scienter incurruntur pœnæ supradictæ Menoch. cas. 964. & in tract. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 20. per totam Lopez in add. ad Diaz cap. 25. in verb. vna, & eadem dic.

SVMMARIVM.

1 *Cessante causa non cessat Ius quæsitum alteri.*
2 *Effectus causæ consumatæ non cessat cessante causa.*
3 *Priuilegia durant adhuc cessante causa.*
4 *Legatum præstitum pauperi ob paupertatem non cessat cessante paupertate.*
5 *Electio fori facta per miserabiles personas non cessat cessante miserabilitate.*
6 *Causa matrimonij dicitur fauorabilis.*
7 *Sufficit vna ex causis mouentibus mentem Principis si fuerit adimpleta, licet aliæ non adimpleantur.*

An Matrimonium, super quo fuit dispensatum, ob defectum dotis, & cum dos fuerit constituta, quamobrem fuit concessa dispensatio, dicatur nullum, si dos fuerit remissa.

DECISIO CLXXIV.

PRæsupponatur in facto, quod fuerit Summo Pontifici expositum, quandam mulierem nobilem, ob defectum dotis non posse inuenire virum sibi in nobilitate parem, & quod erat quidam suus consanguineus, qui eam ducere, & pariter dotare volebat, tum Summus Pontifex cōmisit Vicario, quod constituta dote dispenset cum dictis contrahentibus, cum tamen dispensatio fuerit obtenta, mulier remisit dotem viro, dubitatur nunc an stante hac remissione dotis matrimonium reddatur nullum, cum dos fuerit causa dispensationis, & fuit resolutum, matrimonium non
1 posse annullari cessante dote causa dispensationis ex eo, quia cessante causa non cessat ius quæsitum alteri, nec dubitatur quod stante dispēsatione non fuerit ius quæsitum contrahendi matrimonium, & quod adhuc retinetur cessante causa dispensationis l. post mortem §. 1. l. non putauit §. sed post mortem ff. de bonor. poss. contra tabulas l. cum vxori C. quādo dies legati cap. ab eo de elect.
2 in 6. abunde habetur per Tiraquell. in suo tractatu cessante causa limitat. ij. effectus enim causæ consumatæ nunquam cessat cessante causa l. inter stipulantem §. sacram ff. de verb. obligat. l. qui res §. area ff. de solutionibus l. fin. in principio ff. vnde liberi l. patre furioso ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris cap. de bigamis ext. de bigamia cap. quæuis, & ibi glos. in verb. contrahatur de consecrat. dist.
3 4. quo fit vt duret adhuc priuilegia cessante etiam causa propter quam illa fuerunt concessa l. eos, vbi Platea l. maximam, & ibi glos. Bart. & Angel.
4 C. de excusat. muner. lib. 10. Hinc enim legatum pauperi præstitum ob paupertatem non cessat si eidem sit collatus Episcopatus à Summo Pontifice, vt latè consuluit Ann. in cons. 21. volum. 1. & ideo mulier relicta pauper tempore mortis mariti obtinet per Aut. præsenti C. vnde vir, & vxor quam exornat latè Mart. decis. 22. vbi inquit, quia cum tempore mariti mulier reperiatur laborare extrema inopia, effectus est consūmatus, & ob id potest petere, & exigere ipsam quartam, etiam si eadem die mortis exegisset l. in delictis §. si extraneus ff. de noxalibus l. Titius & ibi Bart. ff. de militari testamēto, & cum superueniant postea bona effectus est consumatus, & non aufertur l. fin. in principio ff. vnde liberi, cum allegatis per Decium consilio 24. numero tertio, quæ facillimè possunt applicari casui nostro, quia licet superueniat remissio dotis, tamen effectus est consummatus, voluit etiam Mancill. de imputat. legitimæ quæst. 166. per totam, quæ omnia, & alia adducuntur per Nouar. in sua prax. elect. & varat. for. q.
5 10. sect. 2. ad effectum probandi quod electio fori facta per miserabiles personas non cessat cessante causa miserabilitatis allegat Thess. in decis. 177. vbi

vbi Gafpar filius in addit.qui fic decifum refert in Senatu Sabudiæ, in caufa pupillorum, qui incipe-rant in minori ætate iudicium, & interim adulti facti erant tenet etiam Menoch. de arbit. iudic. caf.65.nu.36.in addit.lib.2. Tapia in conft. ftatuimus nu.18.

6 Et ad comprobationem noftræ opinionis faciunt etiã, quia fumus in caufa matrimonij, quæ fauorabilis appellatur, & fauores non funt in odiũ retorquenda cap. quod ob grat. vbi latè Dinus de reg.iuris nu.6 enim iniquum eft,quod fauore cõceditur, in odium retorqueatur l. quod fauore C. de legibus l. plures in fin. C.de fide inftrum.l.1.§. acce 1it C.de rei vxor.act. Bald.in l.4.§. Rufinus C. de teftam. milit. quos refert,& fequitur idem Nouar.q.43.fect.1.nu.18. & in hac caufa matrimonij non folum confideratur fauor contrahentium,fed etiam prolis,quæ fi matrimonium effet nullum abfq. dubio diceretur illegitima, nec non poffet dici,quod Summus Pontifex ad hanc difpenfationem concedendam fuerit motus ex duabus caufis, & quod mulier fit nupta, & quod habeat dotem,& cum fuerit adimpleta illa caufa,quod mulier fit nupta,non vitiatur difpenfatio,quia de duabus

7 caufis mouentibus mentem Principis ad aliquid concedendum fufficit, vna fit adimpleta, vt in terminis notat Couar. lib. 1. var. refolut.cap. 20 faciunt etiam quæ dicit Crefcent.decif.1. de ferijs, & ideo matrimonium non poteft dici nullum.

S V M M A R I V M.

1 *Amicus amico velle nocere non præfumitur.*
2 *Idem operatur amicitia,quod fanguinis coniunctio.*
3 *Ex marito non adhibente medicum vxori venenata habet præfumptionem contra ipfum.*
4 *Paria funt occidere, & medicum non adhibere.*

An maritus non præbens medicum in venenatione vxoris, cenfeatur ipfam venenaffe.

DECISIO CLXXV.

CVM tractaretur in Curia Archiepifcopali de feparatione matrimonij concedenda cuidam mulieri,ob venenum fibi præftitum à fuo viro, & quia penitus ignorabatur, an maritus dictum venenum præftitiffet,vel alij, negauimus talem feparatione,fed quia mulier dicebat,q cũ infirma fuiffet noluit dictus maritus adhibere medicũ in tali infirmitate, fed folã dereliquit; fuit in dicta Curia dubitatũ, an maritus non præbens medicum in venenatione vxoris cenfeatur ipfa

1 venenaffe,& fuit dictum à maiori parte Dominorum;nam amicus amico velle nocere non præfumitur gloſ.in l.1.C.ad l.Cornelia de ficarijs Cæpol.conf.2.Gram.conf.63.nu.1. ita vt tantum ope

2 retur amicitia,quantum fanguinis coniunctio Hypol.conf.26.nu.3.& fing.351.& maximè inter benemeritos,& magnos amicos l. nec adiecit ff. pro focio,& dum hoc procedit in amicis, quanto magis in vxore, & marito, qui per matrimonium efficitur vna caro, argumentum enim à contrario in iure eft validiffimum vulgatis iuribus, vt tradit Abbas in cap paftoralis de refcriptis.

3 His tamen fic ftantibus fuit maturiori difcurfu refolutum contrarium, tum quia concurrebant nonnulla alia inditia, tum etiam quia marito non curante adhibere medicum infirmæ, nec aduertente, vt cognofceretur caufa huius venenationis oritur eius lata culpa l. 1.ff fi menf.fal.mo. dixe. Dec. in l.in actionibus num. 19 ff. de in litem iurand.&

4 paria funt occidere,vel infirmum fine medico relinquere Alexand.conf 23.nu. 1.& conf.136.num. 2 lib.7. Iaf.in l.fi ab hoftibus 9. fin. nu.6. Rip.in l. fin.q 36.C.de reuocand. donat. & in tract.de peft. de priuileg.contract.n.101. ficut qui denegat alimenta l.neceffe videtur ff. de liber. agnof. Baldus conf.16.lib.3.Hypol.conf.93.nu.7.

S V M M A R I V M.

1 *Regularis cenfetur apoftata ex dimiffione habitus.*
2 *Apoftata dicitur qui ad fæculum redit.*
3 *Occultans habitum fuæ Religionis dicitur apoftata.*
4 *Relinquens habitum fuæ Religionis accipiens alium laxiorem dicitur apoftata, quod amplia,vt nu.5.*

Regularis ex quibus cenfeatur apoftatare ad effectum incurrendi pœnas Apoftafiæ.

DECISIO CLXXVI.

GEneralis cuiufdam Religionis,cum fuo tẽpore adeffent plufquã vigintiquinq; Apoftatæ quæfiuit mihi ex quibus cẽfeatur Regularis apoftata,ad hoc,vt eis pœnas Apoftafiæ infligeret, cui quæfito cum obtẽperaffem iuxta votum meum exequutum fuit, vnde dixi,quod re-

1 gularis ex multis cenfetur apoftata,& primo ex dimiffione habitus Religionis, in qua profeffus eft; nã tunc dicitur apoftata,nemini enim licet fine caufa, & propria auctoritate habitum dimittere,cap.omnes 27.q.1.cap. 1.2.& 20. q.3. cap. quantumlibet dift.27.c.legi 16.q.1.Calder.conf. vnic.nu.1. in tit.

2 de Apoft. vbi dicit,quod is propriè dicitur apoftata, qui ad fæculum redit alleg it cap. qui in aliquo 50 diftinct. fequitur Menoch. de arbit. caf.546.nu. 2.vbi multos allegat, & nu. feq. declarat fingulas apoftafiæ fpecies,eiufq pœnas,& Apoftata dicitur Religiofus,non folum fi omninò dimitteret habitum, verum etiam fi illud deferret, fed coopertũ, ita vt non poffit difcerni, & cognofci Religiofus cap.2.ne cler.vel monac.in 6.gloſ. in cap. fin. de vit. & honeft.cler. Abbas in cap.tua de apoftat. Zabarell. in clemen. plerifque de electione Gaet. in fumm. in verb. excommunicatio c. 60. verf. mihi autem videtur, & verf. habitum fit occultatum, vbi dicit, quod fi occultatio effet talis quod ab aliquibus conuerfantibus poffet dignofci, quod fit habitus Religionis, licet non ab omnibus, ita occultans non diceretur apoftata, & moder-

moderniſſi nè eſt diſpoſitum per Sacrum Concilium Trident. quod occultans habitum ſuæ Religionis ſit apoſtata, ita habetur ſeſſ. 25. de regul. cap. 19. Et Syluester in ſum. in verb. apoſtaſia num. 9. verſ. in proſeſſ, & verſ. ſi vero exeat, voluit, quod apoſtata regularis dicitur etiam qui cum habitu vagatur extra clauſtra, nec habet animum redeundi tenet etiam Calder. conſ. vnic. in tit. de apoſtat. Nauarr. conſilio vnico numero octauo dict. tit. lib. 5. Graff. in deciſ. aur. part. 1. lib. 3. cap. 26. nu. 10. ſecus ſi habuerit animum redeundi, quia tunc nõ diceretur apoſtata Aluarez in ſpecul. Iuris Pontificij in tit. de apoſtaſia in princip. car. 257. vbi dicit quod hoc procedit, etiam ſi à longinquo, & diù vagaret, & Regularis profeſſus qui dimiſſo habitu ſuæ Religionis clericus ſecularis efficitur ſine licentia Summi Pontificis, crimen apoſtaſiæ commiſiſſe dicitur, Abbas in cap. final nu. 1. de apoſtatis, vbi etiam So. c. nu. 2. Decian. in tract. criminal. lib. 5. cap. 73. nu. 25. & etiam appellatur apoſtata

4 Regularis profeſſus, qui retento habitu deſerit proprium Monaſterium, & aliud eiuſdem ordinis laxius, & minus arctum ingreditur, vel qui in Monaſterio in quo ingreditur ſperat viuere commodius, & hoc procedit tam ſi hoc faciat cum licentia ſui Prælati, quam ſine Syluest. in ſum in verb. apoſtaſia nu. 3. cum alijs, quos allegat Menoch. in caſ. prædict. num. 37. ſed in hoc contrarium tenuerunt Turrecrem in cap. placuit 5. apoſtatæ num. 2. verſ. ſecundum eſt eorum diſt. 50. vbi dicit, quod iſti tales non contraueniunt ijs, quæ ſunt de ſubſtãtia Religionis, cum ſemper ſint in alicuius obedientia allegat Innoc. in cap. intelleximus in fin. de

5 ætate & qualit. ordinand. & apoſtata dicitur etiam Regularis profeſſus, qui egreditur à Religione in qua profeſſionẽ fecit, & ingreditur aliam etiam arctiorem, & ſtrictiorem, niſi hoc faciat cum licentia ſui Prælati, ita Giet. in ſũmul. in verb. excõmunicatio num 60. verſ. ſequitur ſecundo, & omnibus his modis Regulares poſſunt incurrere, & committere crimen apoſtaſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtata excuſatur ſi habitum dimiſerit cum licentia Summi Pontificis.*

2 *Regularis non committit apoſtaſiam ſi ſubſiſtente cauſa habitum dimiſit cum licentia Superioris.*

3 *Iudex poteſt exiſtimare, quæ ſit iuſta cauſa excuſandi ab apoſtaſia.*

4 *Cauſæ, quæ poſſunt excuſare ab apoſtaſia.*

5 *Exercens actum exteriorem infidelitatis metu mortis non dicitur idolatra.*

An Apoſtatæ ex aliquibus cauſis poſſint excuſari.

DECISIO CLXXVII.

IN eadẽ cauſa fuit mihi ab eodẽ Generali quæſitũ, vt allegarẽ cauſas quibus poſſent dicti viginti quinque Apoſtatæ excuſari, & cũ votum meũ dicto Patri Generali expoſuerim, fuit iuxta illud exequutum, alios ad pœnas condemnando, alios vero legitimam, & cauſam habentes abſoluendo, quia licet in omnibus ſupradictis caſibus religioſi profeſſi cõmittant apoſtaſiam, illã tamen non cõmittunt indiſtinctè, ſed cum aliqua modifi-

1 catione, & primo, quando hoc feciſſent cum diſpẽſatione Summi Pontificis, quia circa prædicta, quæ ſunt iuris poſitiui Papa diſpenſare poterit, etiam ſine cauſa, & pro cauſa ſufficit voluntas Innoc. & Card. in cap. cum Monaſterium de ſtat. monachorum Natta conſ. 498. num. 21. lib. 3. quos congerit Brun. à Sole in compẽd. reſol propoſ. Iuris in verb.

2 Papa diſpenſare poteſt, nec committit apoſtaſiam regularis, qui ex aliqua iuſta cauſa è Monaſterio egreditur, cum ſui tamen Prælati licentia, ita Portius conſ. 84. nu. 6. Menoch. caſ. 546. num. 40. & ſequent. vbi alios allegat, & nu. 41. dicit, quod Iudex

3 iſto caſu poteſt exiſtimare, quæ ſit iuſta cauſa, & ponit exemplum, quando hoc faceret cauſa ſubueniendi patri, vel matri in opia laborãtibus Graff. in deciſ. aur. par. 1. lib. 3. cap. 5. num. 101. vbi hoc exemplificat in eo, qui permanet extra Monaſterium pro vtilitate ipſius Monaſterij, etiam indirectè, verbi grat a, vt ſit procurator patroni Eccleſiæ vel alicuius amici Monaſterij, vel Epiſcopi, qui monaſterio proſuit, vel prodeſt, vel ſperatur prodeſſe, vel cauſa ſtudij Nauar. conſ. 66. nu. 3. & 5. & conſ. 67. nu. 2. de regular. & conſ. vnic. nu. 12. in tit. de apoſtatis, vbi ponit alia ſimilia exempla, itẽ

4 iuſta cauſa poteſt eſſe propter infirmitatem Fely. in cap. ex reſcript. nu. 3. de iureiur. vbi alios allegat Actius de infirmit. in verb monacus nu 3. quod tamen intelligas, vt procedat durante cauſa, propter licentiam quã obtinuerũt, & è monaſterio egreſſi sũt, nãq. eo impedimento ceſſante tenentur redire ad clauſtrum, vt videtur ſentire Actius d. nu. 3. & in verb monialis per totum. & etiam poſſet dici iuſta cauſa, ſi propter timorem habitum eiecit, vt ſi clericus tranſiret per loca periculoſa, in quibus ſi cognoſceretur religioſus periculum vitæ pateretur, tunc enim poſſet abſque labe apoſtaſiæ habitũ mutare Graff. in deciſ. aur. par. 2. lib. 3. c. 26. n. 9. vt etiam in ſimili dicimus, quod ſi aliquis metu mortis ore tantum fi lem negaret, cum ſit vere fi-

5 delis, & fidem mente teneat, licet actum exteriorem infidelitatis exerceat, vt puta, quia faciat reuerentiam idolis non diceretur idolatra, vel hæreticus, licet mortaliter peccet Syluest. in ſum. in ver. apoſtaſia num. 4. verſ. 2 quod faciens Affict. ſuper conſt. Regni lib. 1. tit. 3 nu 9 nec non iuſta cauſa ex qua regularis excuſatur ab apoſtaſia poſſet appellari ſi propter ſuum delictum fuiſſet a religione eiectus, is namque non diceretur apoſtata Syluester in ſum. in d. ver. apoſtaſia n. 10. dicens quod ſi is talis pœnitentiam fecerit de ſuo delicto erit iterum recipiendus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ſæculare impediens libertatem matrimonij nullo modo valet.*

2 *Libera facultas contrahendi matrimonium, nunquam debet reſtringi.*

3 *Statutum puniens contrahentes matrimonium cum hominibus alterius Ciuitatis non valet.*

4 *Statutum, quod mulier nubens extra Ciuitatem non ſucce-*

succedat non valet.
5 *Statutum fundatum in odium matrimonij non valet.*
6 *Statutum dictans ne pupilla cõtrahat matrimonium cum consensu tutoris est nullum.*
7 *Volentes similia statuta valere subsistente causa iustis reprobantur ab Auctore.*

Quæ statui non possint cõtra matrimonium.

DECISIO CLXXVIII.

1 IN discursu cuiusdam causæ mihi delegatæ dicebam quod nunquam valet statutũ sæculare per quod libertas matrimonij aliquo colore restringitur, aut coarctatur, Ioannes Andr. in cap. statutum de hæret. in 6 Felyn. in cap. 1. nu. 13. vers. sed nihilominus de sponsal. & ibi etiam alij Doctores nu. 36. & cæteri Scribentes in cap. Eccles. S. Mariæ de Constit. Alexan. in l Seius, & Augerius nu. 4. ff. ad l falcid. & cons. 97. nu. 2. lib. 1. Dec. cons. 213. per tot. Clar in §. fin. quæst. 82. Rolan à Vall. cons. 77. nu. 26 lib. 2. Curt. cõs. 27. nu 1. Riminald. Iun. cons. 78 nu. 14 & nu. 19. lib. t. inter cons. matrimonialia diuers. Gayll. obseru. 93. num. 2. l b. 2. Barbat. cons. 31. lib. 4. Passet. cons. 32. num. 82. & cons. 163. num. 16. Crot in repet. l. omnes pupilli num. 44. ff. de iust. & iur. Paris. cons. 29. nu n. 5 & 14. lib. 3. Plor. consilio 37. numero 13. inter cons. matrim. diuers. Roland. Cauagnol. in decret. Montisfer. p. 2. decr. 83. §. 1. nu. 7. Rausner. cons. 7. num.
2 92. & cons. 10. nu. 99 lib. 1. vbi dicit, quod libera facultas contrahendi matrimonium non debet referri ad necessitatem, & hodie ex dispositione Sacr. Conc. Trid. est exprese determinatum, quod Principes sæculares, nec alij quouis modo directè, seu indirectè sub pœna excommunicationis prohibere possunt, quominus matrimonia liberè contrahantur, ita habetur sess. 24. cap. 9. de reformat.
3 ex quibus infero primo quod statutum puniens contrahentem matrimonium cum hominibus alterius factionis, seu ciuitatis non valeat, dixerunt Bald. in l. nemini C. de nupt. Zanett. in tract. de differ. inter Ius Canon. & C uil. nu. 14. in 1. to. tract. diuers. Calcan. cons. 3. per tot. Alexan. in rubric. ff. solut. matrim. vbi testatur de magis cõmuni opinione Bonacos. in suis quæstionibus criminalibus in verbo matrimoniũ circa finem, vbi alios allegat
4 Secundo infero, quod non valet statutum disponens, quod mulier quæ nubit extra ciuitatem, vel territorium, vel cum extero, vel alienigena non possunt succedere, prout de simili statuto Laudiẽsi, & Mediolanensi loquitur Cott. in memoral. in verbo statuto Mediolan. & Laudiens. Curt. Sen. cons. 27. col. 1. 2. & 3. Mor. cons. 97. num. 9. vbi alios allegat, licet prædictam opinionem validissimis rationibus impugnauerit Polidorus Ripa obseru.
5 42. nu. 10. & sequ. Tertio infero idem esse dicendum de statuto fundato in odium matrimonij, namque neque illud erit validum, vt si dictaret, vt filij nati ex tali matrimonio, vt puta nati ex matrimonio contracto cum muliere viloris conditionis, vel cum extera amittant nobilitatem, vel non possint esse officiales ciuitatis, vel non possint succedere suis consanguineis, nanque talia statuta dicuntur fundata in odium matrimonij, & per consequens non sunt valida Alexan cons. 97. nu. 7. lib. 1. Anchar. cons. 21 Plot. cons. 87 nu 13. inter cons. matrim. diuers. Passet. cons. 72. nu. 82. & cons 163. nu. 16. Rol. Cauagn. super stat mor. Ferrat. decret.
6 73. §. 1. quæst. 1. nu. 7. Quarto infero idem esse dicendum de statuto dictante, ne pupillus, vel pupilla possint matrimonium contrahere sine consensu curatoris, vel consanguineorum, vel Iudicis, & idem de statuto dictante, quod filius, vel filiafam. non possint contrahere matrimonium sine consensu patris, vel matris, nanque ex quo prædicta, & similia statuta tendunt contra liberam voluntatem contrahendi matrimonium sunt omnino nulla, & inualida, prout de eis latè dixerunt Mor. d. cons. 97. nu. 8. vbi multos concordantes adducit Barz. decis. 29. nu. 9. & 12. Rausner. cons. 6. num. 90. cum sequ. & cons. 10. quasi per tot. lib. 1. Bonacos. q. crim. in verb. matrimonium lib. 1. Bart. de cartarijs cons. 63. nu. 6. inter consilia matrimonialia diuers. Rimin. Iun cons. 78. nu. 1. & 14. & in consilijs prædictis Plot. cons 87. nu. 17 & in consilijs prædictis
7 Vran cons. 4. nu. 54. lib 1. qu d infero etiam cõtra eos, qui dixerunt, quod si talia, & similia statuta fierẽt ex aliqua iusta causa, ne scilicet oriretur aliquod graue scandalum, vel pro quieto statu ciuitatis tunc essent valida, vt ex multis deducit, & asserit Bonacos. in d. verbo matrimonium Decian. in tract crim. part. 1. lib. 2. cap. 34. nu. 16. vbi etiam multos alios allegat, nanque si essent vera contraria opinio annullaret dispositionem Sacr. Conc. Trid. quæ vult quod tam directè, quam indirectè non possit impediri libera facultas contrahẽdi matrimonium, quia per indirectum impediretur, ne scilicet incidant in pœnam, & est aduertendum, quod licet consensus patris non sit necessarius in contrahendo matrimonium per filium, attamen de quadam vrbanitate, & honestate filius non debet contrahere matrimonium sine consilio, & consensu patris, vt late discurrit Menoch. cons. 69. per tot Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 82. nu. 44.

SVMMARIVM.

1 *Laicus percutiens alterum laicum intus Ecclesiam incurrit excommunicationem.*
2 *In pœnalibus casus mixtus non continetur sub simplicibus.*
3 *Insultans in ostio Ecclesiæ in odiosis non dicitur in Ecclesia insultasse.*
4 *Dictio (in) denotat intus.*
5 *Parlatorium monialium contiguum Ecclesiæ debet gaudere eiusdem priuilegijs.*
6 *Appellatione Monasterij continetur parlatorium.*
7 *Interdicta Ecclesia dicitur interdictum cæmeterium.*
8 *Connexorum idem est iudicium.*
9 *Patroni laici si habent iuspatronatus commune cum clericis habent sex menses ad præsentandum.*
10 *Restitutio concessa pupillis competit litis cõsortibus.*
11 *Electio fori competit litis consortibus.*

Percu-

Percutiens laicum intus Monaſterij monialium parlatorium, an incidat in excommunicationem; ad ampliationem cap. cum pro cauſa de ſentent. excom.

DECISIO CLXXIX.

1 CLarum eſt in Iure per textum in cap. cum
pro cauſa de ſent. excommunicationis, lai-
cum percutientem alterum laicum intus
eccleſiam incurrere excommunicationem maio-
rem, & ex his fuit dubitatum in Curia Archiepi-
ſcopali, an diſpoſitio dicti cap. cum pro cauſa pro-
cedat etiam in laico percutiente laicum intus par-
latorium Monaſterij monialium, & dubium facie-
bat pro parte negatiua ex eo, quod in odioſis, & pę-
2 nalibus caſus mixtus non continetur ſub ſimplici-
bus Bart. & alij in l. 2. ff. de verb. obligat. nec fit
extenſio de caſu ad caſum Berous conſ. 177. num.
3 22. hinc eſt quod qui in oſtio Eccleſiæ inſultauit
in materia pœnali, & odioſa non dicitur in Eccle-
ſia inſultaſſe, quoniam licet oſtium ſit de Eccleſia,
non tamen eſt in Eccleſia, ad textum in l. 1. §. in
publico flumine ff. de fluminibus, & quod ſtatu-
tum puniens inſultantem in domo non compræ-
hendat illum, qui inſultauit aliquem in oſtio do-
mus dixit Bart. in l. meminiſſe ff de offic. proconſ.
& poſt mulios ibi Alexand. in additione, & in d. l.
1. §. in publico idem Alexand. & communiter alij
Doct. poſt Bart. in l. cætera §. hoc Senatus ff. de
legat. 1. Iaſ. in l. plerique ff. de in Ius vocand. & facit
nã ille, qui eſt in oſtio Eccleſiæ nõ eſt in Eccleſia,
nec extra Eccleſiã gloſ. ſing. in c. cũ ſancta in verb.
vir, ergo de pœnit. diſt. 2. & eo magis hæc proce-
4 dunt, ſi ſtatutum vtatur illa dictione (in) quæ de-
notat intra, & compræhendit locum interiorem,
& non locum exteriorem domus, vel Eccleſiæ ſe-
cundum Bart in l. gallus §. ille caſus ff. de liber. &
poſthum. per tex. in d. §. in publico flumine Salyc.
in l. ſi quis in hoc genus C. de Epiſcopis, & clericis
Berous in d. conſ. 177. col. 3. & ideo non poteſt eſſe
locus pœnæ à ſtatuto impoſitæ, ſed aliæ extraor-
dinariæ, quia verba ſtatuti verè, & propriè ſunt
intelligenda cum ſit pœnale, & odioſum cap. odia
cap. in pœnis de reg. iur. in 6. l. cum quidam ff. de
liber. & poſthum. cum ſimilibus.

Verũ Dñi contrarium deciderunt, declarando
excommunicatum dictum percutientem, moti ex
eo, quod parlatorium tanquam contiguum, &
5 connexum Monaſterio, & Eccleſiæ gaudere de-
beat eiſdem priuilegijs, quibus gaudet Eccleſia,
ita quod prohibitum fieri in Monaſterio cenſetur
prohibitum fieri in parlatorio, vt de porticu Ec-
cleſiæ loquendo dixit Bart. poſt Cynum in l. præ-
ſenti C. de his, qui ad Eccleſ. confugiunt, & in l.
meminiſſe ff. de off. proconſ. quod quemadmodũ
quis non poteſt capi in Eccleſia, ita etiam nec in
oſtio ipſius, & quod ſi ſtatutũ puniat aliquem ag-
gredientem in domo ſua ſi aſſalierit illum in oſtio,
vel ante oſtium, vel in porticu eadem pœna erit
puniendus, ſequitur Speculat. in tit. de iniurijs §. 1.
verſ. pone in ſtatuto Bald. in l. ſi ita §. idem ait ff.
naut. caup. & Stab. & in rub. ff. ſolut. mat. Alber. in
d. l. præſenti, & in ſecunda parte ſtatutorum q. 208
vbi ait ita communiter teneri, & ſeruari, & de cõ-
muni teſtatur Auguſt. ad Angel. de maleſ. in verb.
fecit inſultum poſt nu. 3. & ratio eſt, quia appella-
6 tione Monaſterij continetur parlatorium, & alia
omnia, quæ ſunt ædibus affixa arg l. ſi aquæ du-
ctum ff. de contrahend. empt. & prædicta tanto for-
tius cõfirmari poſſunt in caſu de quo agitur, quia
inſultans eſt in parlatorio ipſius Monaſterij, & par
latorium iudicatur ad inſtar Monaſterij argumen
to eius, quod not. de cœmiterio in cap. decet §. ad
hoc de immunit. Eccleſiæ, & ideo quemadmodum
committitur ſacrilegium in Eccleſia, ſic & in cœ-
7 miterio cap. quiſquis 17. q. 4. & interdicta Eccle-
ſia, interdictum eſt etiam cœmiterium c. ſi Ciui-
tas de ſent. excom. lib. 6. Abbas in cap. cum Eccle-
ſia de imm. Eccleſiæ, & polluta Eccleſia, dicitur
pollutum cœmiterium, quia cœmiterium eſt de
Eccleſia cap. 1. de conſecrat. Eccleſiæ, Remig. de
inmunitat. Eccleſiæ ampliat. 8. in tract. nou. vol. 13.
par 1. fol. 92.

8 Quorum omnium ratio deſumitur ex illa Iuris
concluſione, connexorum idem eſſe Iudicium c.
translato de conſtit. cap. præterea & ibi gloſ. de off.
delegat. l. 2. de iuriſd. omn. iud. qua de re cauſa cõ-
nexitatis multa conceduntur, quæ alias non con-
cederentur l. etiam §. 1. ff. de minor. Nouar. de
elect. for. quæſtione 45. ſect. 1. vbi infert, quod
quamuis actor teneatur ſequi forum rei, vulgatis
iuribus, tamen hoc non habet locum, quando ſunt
plures rei de eiuſdem cauſæ, & ad eundem agitur
tales rei omnes qui ſunt diuerſis iuriſdictionibus
ſubiecti diuerſoſq; Iudices immediatos habent be-
nè poſſunt propter eandem, & indiuiſibilem cau-
ſam coram vno eodemq; Iudice ipſorum mediato
ſuperiore conueniri, ne cauſæ continentia diuida-
tur l. nulli C. de iudicijs cap. 2. de cauſa poſſ. &
propriet. & vtrobique Doctores latè Capyc. de-
ciſ. 122. & 173. & huc etiam ſpectar, quod priua-
tus habẽs rem communem cum Eccleſia Roma-
na gaudet beneficio ipſius Eccleſiæ, vt contra eum
non currat præſcriptio, niſi centum annorũ, iuxta
ſententiam Innocentij, & Abbatis in cap. ad Au-
dientiam de præſcript. vnde Rota Florent. deci-
dendo voluit, quod ratione connexitatis quando
plura bona ſeparata ſimul venduntur, poterit vici-
nus, qui in vna re tantum cohæret omnia bona ſua
retrahere, vt teſtatur Magonius deciſ. 29. Hinc
9 enim eſt etiã, quod licet laici patroni alicuius be-
neficij, vel Eccleſiæ teneantur ad illud beneficium
præſentare intra quattuor menſes, ad tex. in cap.
non propter de iure pat in 6. cap. vnic. §. fin. vbi
gloſ. in verſ. quadrimeſtre eod. tit. in 6. & ſi clerici
fuerint teneantur infra ſex menſes præſentare Bi-
ſignet. deciſ. 3. de iure pat. tamen ſi laicus ſit com-
patronus cum clerico tempus ſemeſtre, quod cõ-
petit clerico competit etiam laico, & non eſt in-
ſpiciendum tempus quattuor menſium compe-
tens laico iuxta gloſ. fin. in cap. vnico de iure pat.
in 6. & latè per Me in praxi reſol. 458. to. 2. & ſen-
tentia lata à pluribus Iudicibus, quorum alter erat
inhabilis, & minus competens valet, Abbas, Felyn.
Butrius, & Innoc. in cap. cum ſemper de off. de-
legat. Maſtrill. deciſ. Siciliæ 27. vt etiam dicimus
de proceſſu facto à Iudice recuſato cum Iudice

non

non recusato, nam ratione connexitatis ex parte Iudicis non recusati valebit processus, iuxta decis. Rotæ de qua per Achil. de Graff. decis. 2. de except. sequitur Nouar. d. q. nu. 9. qui nu. 10. subdit q;
10 restitutio concessa pupillis competit litis consortibus l. 2. vbi Bart. C. de cōsortib. eiusdem litis Afflict. in constit. Regni obscuritatem nu. 20. in fin. & beneficium concessum minori, maiori litis consorti semper communicatur, iuxta decis. Afflict. 151. sequitur Franch. decis. 269. subdens adeo beneficium concessum pupillis acquiri maioribus litis consortibus, quod non potest per pupillos renunciari, & sic tradit per Sacrum Consilium decisum, tenuit etiam Cagnol. in l. 1. n. 44. ff. de iurisd. om. iud. & ideo disponitur in l. si communiter in principio ff. quemadmodum ser. amitt. quod si maior habet fundum cui debetur seruitus communem cum pupillo, licet vterq; nō vtatur, tamen propter pupillum maior etiam viam retinet Fel. in cap. 1. col. 3. de rescript. vnde immunitas hospitandi concessa clericis extenditur ad fratres ipsorum clericorum secum habitantium in domo cōmuni Arnon. sing. 83. Marsilius sing. 180.
11 Ex quibus omnibus, & alijs per eum adductis tradit Nouar. de elect. & variat. fori quæstione 45. sect. 1. quod consortes litis cum habentibus fori electionem gaudeant eodem priuilegio electionis fori, ad quod ipse allegat multos DD. & præcipuè Viu. in decis. 521. qui testatur decisum per Signaturam Iustitiæ Romæ coram Cardinali Sfortia, & vide eundem Nouar. de elect. & variat. fori q. 7. num. 6. sect. 1. vbi loquendo de vidua, sic etiam scribit.

SVMMARIVM.

1 *Ius congruum non habet locum contra clericum.*
2 *Omnes consuetudines Neapolitanæ procedunt in clericis præter consuetudinem loquentem de iure congruo.*
3 *Clericus non admittitur contra laicum de iure congruo.*
4 *Contrariorum eadem debet esse disciplina.*

An Ius congruum habeat locum contra clericum, & è contra.

DECISIO CLXXX.

1 FVit in Curia Archiepiscopali resolutum, Ius congruum non habere locum contra clericū ex eo, quia adest Ritus dictæ Curiæ Archiepiscopalis, & ibi Albericus Oliua disponens
2 oēs cōsuetudines Neapolitan. posse allegari præter consuetudinem Iuris congrui volentem Iure congrui posse conueniri clericum, & cum dictus Ritus obstet, facile resultat laicum non posse agere contra clericum Iure congrui, quē Ritū referunt Addit. ad Afflict. decis. 310. col. antepenult. in 7. cōclus. fol. 450. nu. 12. & nouissimè Frecc. in Apostilla ad consuetud. Neap. Dos, & quarta incip. an hæc consuetudo fol. 262. & ideo opinio Afflict. loc. cit. dicentis clericum posse conueniri Iure congrui non seruatur in Curia Archiepiscopali respectu dicti Ritus, quem refert etiā Apostill. ad Neapod. in tit. de Iure congruo, & pro hac opinione videndus est etiam Marant. relatus per Gutierrez in suis practicis quæstionibus vol. 2. q. 156. vbi plures casus considerat Episcop. Minorens. verb. Ius congruum vers. primum dubium fol. 121.
3 Vnde in Sacro Consilio dum vident laicum agentem contra clericum Iure congrui non obtinere in Curia Archiepiscopali, nec etiam admittunt clericum contra laicum, allegant enim rationem, nam lex debet esse æqualis, & cōmunis omnibus vt sit æqua cap. erit autem lex 4. 1. dist l. si. C. de fruct. & lit. expens. & ita tenet Abb. in c. quod clericis col. 9. vers. & fortè per hæc omnia de for. compet. plenè prosequitur Rocchus de Curte in repet. cap. fin. de consuet q. ij. amplιat. 10. & in prima declarat. 3. limitat. & dicit Fel. in cap. Sanctæ Mariæ col. 34. vers. & ideo cum clerici de constitut. quod cum clerici non patiantur contra se statuta laicorum, videtur vt similiter quod nec clerici possint contra eos illa allegare, vnde dicit Frecc super ritu de liquidat. instrument. in materia illius ritus par. 13. in 1. q. fol. 183. quod quemadmodum laicum non posse vti suo iure municipali contra
4 clericum, nec debet posse clericum contra laicum, vt seruetur æqualitas & contrariorum eadem sit disciplina, & habeat locum regula, quod quisque Iuris, plene prosequitur Perez in lib. 3. ordin. Castell. tit. 8 l. 4. fol. 633. vers. verum autem col. 2. relat. per Franch. decis. 185. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Locus incolatus, & habitationis attenditur in contrahendo domicilium in aliquo loco.*
2 *Vxor nubendo, transit ad domicilium viri.*
3 *Contracto matrimonio, mulier statim sortitur forum viri, antequam ducatur ad eius domum.*
4 *Ex necessitate residendi in aliquo loco efficitur quis incola alicuius loci.*
5 *Parochus alienigenarum qui sunt cogniti, & non vagabundi, est is in cuius Parochia habitant, tempore matrimonii contrahendi.*
6 *Proprius Parochus contrahentium non solum dicitur originarius, sed etiam is in cuius Parochia quis habitat, dummodo non sit aduena, vel alienigena statim recessurus.*
7 *Parochus mulieris, non solum est Parochus domicilij, sed etiam habitationis.*
8 *Ad matrimonium sufficit modica habitatio in loco, ad finem vt Parochus habitationis dicatur proprius.*
9 *In dubio pronunciandum pro validitate matrimonij.*

Parochus habitationis, an sufficiat ad contrahendum matrimonium, iuxta mentem Concil. Trident.

DECISIO CLXXXI.

FVit de mense Decembris anni proximi præteriti 1610. celebratum matrimonium in fa-

cie Ecclesiæ inter D. Felicem Sansone, & D. Lauram Sicardo Ciuitatis Castrimaris de Stab. in Terra, seú Oppido Graniani Diœc. Lecterens. quo loci sub die 3. Augusti eiusdem anni fuit dicta Laura iustis ex causis à dicta Ciuitate Castrimaris ordine Consiliarij Palatij translata, & reposita, seù collocata in domo D. Dianoræ de Miro eius auiæ maternæ sub eiusdem tutela, & ibidem assiduè commorata per spatium quatuor mensium, & vltra fuit dubitatum in nostra Archiepiscopali Curia de nullitate, seù inualiditate præfati matrimonii, sub prætextu, quod illi non interfuit proprius Parochus dictorum coniugum, qui esse debebat Parochus domicilij originis, scilicet Ciuitatis Castrimaris, & successiue cum contractum fuerit contra formam præscriptam à Sacros. Conc. Triden. sess. 24. de reform. matrim. cap. 1. ibi (qui aliter, quàm præsente Parocho, &c.) irritum, ac nullum declarari debet.

Verum, quod hoc attentare præsumentes in manifesto versentur errore liquido, ex subsequentibus deprehenditur, etenim ex trãslatione D. Lauræ facta à domo paterna sita in Ciuitate Castrimaris ad alibi, & in aliena Parochia, & Episcopatu habitandum, respectu eius non solum domicilium illud dicitur esse mutatum ad tex. in cap. fin. de paroch. sed etiam ex toto desertum, ac pro penitus derelicto censeri debet, quia amplius non erat ibi reuersura, & per consequens non attendendum,
1 quinimmò potius attenditur, & consideratur locus incolatus, & habitationis, ad tradita per glo. in cap. statutum §. cum verò sub verb. dietam, & ibi Gemin. & Franch. de rescript. in 6. Bald. in l. 2. C. de infant. exposit. & in auth. omninò col. 8. C. nè vxor pro marito, Alex. in cons. 16. nu. 3. vol 1. Stephan. Grat. cum alijs ab eo citatis lib. 3. discept. forens. c. 431. nu. 12. ita ut in præsenti facto potentior sit incolatus, & præferri debeat domicilio, vnde originem traxit.

Quod autem, quando fuit remota á domicilio patris, non erat amplius ibi reditura, patet ex eo, quod assignatio domus auiæ maternæ sibi pro habitatione facta fuit ad finem eligendi statum vitæ eidem magis placitum, prout in petitione, seù precibus pro parte dictæ eius auiæ Illustrissimo Proregi porrectis, continetur videlicet, vel vt nubat in in sæculo, vt exitus probauit, & in vtrumque euentum non erat reuersura ad domum patris, non inquam in primo casu, quia veluti diuinis obsequijs mancipata, obligata fuisset sub iugo Religionis, &
2 clausura alicuius Monasterij degere, non in secundo, quia vxor nubendo sequitur, & transit in domicilium viri l. cum quædam puella, vbi glos. in ver. peruenerit ff. de iurisd. omn. iud. l. exigere dotem, & ibi glos. in verb. reditura ff. de iudic. cum
3 alijs concord. quod in tantum est verum, vt contracto matrimonio mulier statim sortiatur forum viri etiam antequam ducatur ad eius domum, glos. sing. in l. ea, quæ la seconda ff. ad municip.

Nec in casu, & ad effectum, de quo agitur, vt quis ratione habitationis efficiatur Parochianus alicuius Parochiæ requiritur, vt ibi habitet, vel nouè contrahat, & constituat domicilium habitationis, Nauar. in punct. in consil. 1. tit. de paroch. & glos. notab. in clemen. C. in ver. Parochialis de priuil. cum sufficiat simplex, & sola habitatio, vt infra plenius dicetur.

Nec aliquid in proposito interest, quod prædicta Laura non sponté, & liberé, sed quodammodo coactè viribus præturæ compulsa ad dictam habitationem migrauerit, quia ex necessitate residen-
4 di, seú habitandi in aliquo loco, efficitur quis incola, vt in Rota Rom. dictum fuisse legitur in decis. 642. sub nu. 13. par. 1. num. 2. in vltimis recollectis per Farinac. ex Innoc. in c. ex ore post med. vers. sed loca de priuil. & ibi Anchar. nu. 8. & Anan. in cap. dilectus el secundo sub nu. 5. de rescript. concinit tex. optimus in l. filij libertorum §. relegatus ff. ad munic. Cuius verba formalia sunt, relegatus in eo loco, in quem relegatus est interim necessarium domicilium habet, & sic ponderando dictionem illam, interim, & verbum illud, necessarium, cum non possit intelligi de vero domicilio, ad cuius acquisitionem requiritur animus voluntarius, & deliberatus illic perpetuo manendi, & ab eo nõ discedendi de habitatione potius intelligi debeat.

Nec (vt quidã modernus opinatur) necessaria est habitatio maiori anni parte, tum quia in illa assertione non figit pedes, sed ait Credo, & sic dubitatiuè loquitur, tum quia in contrarium expressè, apertisque verbis se habeat declaratio Congregationis Illustrissimorum Cardinalium, qui ad interpretanda decreta Sac. Conc. Trident. præfecti relata per Fernand. Rebel. in opere de obligat. instit. par. 2. post lib. 4. de sponsalib. sect. 3. nu. 33. fol. mihi 295. in impress. Lugduni ann. 1608. cui omninò standum est, cum prædicti Concilij interpretatio ad illos præcisè spectet tanquam à Summo Pontifice ad id deputatos M. Ant. Cucch. lib. 2. instit. iur. Can. lib. 3. de Concilio Æcumen. nu. 60. cuius declarationis dictus modernus non meminit, & si notitiam habuisset, vtique aliter sensisset, illius tenor est.

5 Quando contrahitur matrimonium inter duos alienigenas, & à paruo tempore in aliquo loco habitantes, qui tamen sint cogniti, ita vt non sint de comprahensis inter vagabundos proprius eorum Parochus esse intelligitur in cuius Parochia habitant eo tempore quo matrimonium contrahunt.

Quo fit, vt in vim prænarratæ declarationis Sacræ Congregationis quàmplures Doctores mox citandi, & quos legendos in eorum locis originalibus, vt ipsis magis veritas innotescat, Lectores obsecramus, vnanimi consensu in eam conuenerint sententiam, vt quoad exteros, seù alienigenas matrimonio coniungendos, censendus sit proprius Parochus is, in cuius Parochia, qui intendit cõtrahere, habitat tempore, quo matrimonium contrahitur. sic Io. Segur. in directorio Iudicum Ecclesiast. fori par. 2. cap. 15. nu. 50. Rebel. in opere allegato lib. 2. de contract. matrim. quæst. 8. nu. 3. & 6. Ignat. Lopez in annot. ad pract. canon. Diaz c. 73. vers. 14. propè finem, Hier. Cauall. lib. 1. cõmun. contra cõmun. q. 458. nu. 36. in quæst. 604. nu. 56. Io. Guttier. in tract. de matr. cap. 63. nu. 17. dicens, prædictam Sacræ Congregationis declarationem esse iuri conformem, Steph. Grat. tom. 1. Forens. discept. cap. 75. nu. 18. vbi sic affatur. Adde, quod in materia Concilij Trid. sess. 24. cap. 1. de reform. matrim. non solum ille dicitur proprius Paro-

6 Parochus contrahentium, qui est originarius, idest in cuius Oppido parentes habēt domicilium proprium, & originem, sed etiam ille, in cuius Parochia habitat, qui intendit matrimonium contrahere, dummodò non sit aduena, vel alienigena statim recessurus, prout cōclusum fuisse per Sacram Congregationem Concilij, &c.

Et ante Gratianum eiusdem sententiæ sectator
7 fuit Borgnin. Caualcan. in decis. 12. fori Fiuizan. par. 2. sub nu. 22. cuius verba sunt videlicet, & aduertendum est, quod Parochus mulieris nō solum poterit esse ille, vbi mulier habet domicilium, sed etiam vbi habitat ex aliqua causa, vt in domo, vel Monasterio aliquo, causa ibi commorandi donec maritetur, vel causa addiscendi virtutes, famulandi, aut per aliquod tempus, ibi aliquid faciēdi, &c.

Atq; ita vigore eiusdem declarationis Sacræ Cōgregationis resolutū fuisse per Dominos Sacri Palatij Auditores in vna Romana de Paulellis de mense Aprilis 1612. legitur in Rot. decis. 390. n. 6. par. 2. tom. 1. in vltimis recollectis per Farinac. sub his verbis videlicet, minus obstat non fuisse contractum illud matrimonium in Vrbe coram Parocho coniugum, qui supponuntur Romani, cum satisfuerit contractū fuisse in loco vbi habitabant, & coram Parocho habitationis coniugum, vel alterius ipsorum, & ita extat à Sacra Congregatione declaratum hactenus Rom.

8 Et quod ad matrimonium sufficiat, vel modica habitatio, expressè tenet Eman. Sà in Aphorism. Confessor. in verb. Parochus sub nu. 2. atque in casu super quo (tanquam super causa sibi ab Episcopo Caurien. commissa, & delegata) pro parte affirmatiua, nempè pro matrimonij validitate decreuit Io. Gutt. d. q. 63. nu. 13. fuerit habitatio tantum trimestris.

Habitatio enim D. Lauræ, de qua est sermo, non fuit momentanea, vel interuallata, sed permanens, & assidua per spatium quatuor mensium, & dierum, Petr. Ledesm. in tract. de matr. quæst. 45. art. 5. vers. aliud dubium sub 3. dicto concludit, quod non fœmina est alienigena, & habitat permanēter in aliquo Oppido, proprius Parochus ad interessandum illius matrimonio erit Parochus Parochiæ, in qua illa habitat permanenter.

Et ex prædictis etiam manifestè conijcitur tam declarationem Sacræ Congregationis, quam decisionem Rotæ Romanæ, nec non & præallegatos Doctores intelligi debere de alienigenis quocumque modo habitantibus, & in quibus non requiritur qualitas domicilij, ad tex. in l. 1 §. habitare ff. de his, qui deiecer. vel effuderint, & ad tradita per Napod. super vltima consuet. Ciuitatis Neap. in verb. habitatoribus Afflict. in cōst. Regn. l. 3. Rubr. 6. de reuoc. transeunt. ad alien habitat. nu. 6. Vrsill. in annot. ad Afflict. decis. 384. nu. 6. Gramat. dec. 87. nu. 4. Menoch. præsumpt. 41. nu. 2. lib. 6. vbi quod dicitur habitare quicunque pro tempore ex aliqua causa in loco commoratur.

Satis igitur fuit corporalis illa habitatio D. Lauræ in Oppido Graniani, cuius ratione actu tunc subdita erat Parocho illius Parochiæ, in qua habitabat, ad finem, vt ille Parochus validè, ac iuxtà Concilij mentem præfatos Felicem, & Lauram matrimonio coniūgere potuerit, & nihil deferendum ei, qui aliter præsumit, cum sit illud gratis inficiare.

Denique compertum est, alias, vt in facti contingentia id diffinitum fuisse per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam, vt post varias in hoc articulo recensitas Doctorum opiniones, testor Ego ipse in decis. 108. part. 2. hanc Curiam inclinasse ad deciden lum sufficere domicilium habitationis bona fide susceptæ ad contrahendū matrimonium coram Parocho habitationis coniugum, vel alterius personæ.

Et ponderan lo verba illa videlicet (bona fide susceptæ) quæ maximè verificantur in præsenti facto, quandoquidem D. Laura nō motu proprio vel data opera, seú aliquo quæsito colore, seú Ciuitatis Parochum reliquit ad effectum acquirendi nouum Parochum, qui in illius præiudicium ipsam matrimonio iungeret, sed in id Oppidum se recepit vrgente Magistratus mandato, cui obtemperandum erat, quod cessare fecit omnem dolum, & fraudem.

9 Quod si in dubio semper pro matrimonij validitate pronunciandum est, cap. fin. & ibi Doct. de re iud. Abb. in cap. fin. de spons. impub. in fin. & secundum Hostiens. cum suis sequacibus in cap. si vir de cognat spirit. opinio Doctoris singularis vbi agitur de matrimonio sustinendo præfertur, ac præualet communi opinioni, ita vt ille stetur contra communem, quanto magis cum simus in claris, & in fauorem præsentis matrimonij habeamus in terminis declarationem Sacræ Congregationis qua audita, & cognita tot graues Doct. superius cōmemorati sine aliqua discussione præsenti matrimonio suffragantur, & fauent, & meritò quia declarationes præfatæ Congregationis, tanquam decisiuæ habent vim legis, & vt leges recipiuntur vtpotè latè excommunicatione Summi Pontificis apparet ex Bulla Sixti Papæ V. incip. Deo autem Patri, &c. fol. 614. in Bullario nouissimè impresso to. 2 & quas Rot. Rom. absque vlla controuersia, & disputatione amplectitur, vt praxis ostendit, cuius Rotæ auctoritas etiam quam maxima sit, nemo ignorat, & ideo nullus remanet dubitandi locus, quibus maturè discussis, fuit iuxta prædicta decisum, & declaratum prædictum matrimonium fuisse ritè, rectèq; celebratum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non gaudent immunitate Ecclesiastica.*
2 *Monacus an gaudeat immunitate Ecclesiæ.*
3 *Regula illa quod confugiens ad Ecclesiam gaudeat immunitate ipsius non patitur distinctionem, nisi in criminibus exceptuatis.*
4 *Monacus ad instar serui iudicatur.*
5 *Ecclesia multo magis tuetur subditos suos quam alienos.*
6 *Consuetudine introductum est, vt Iudices Ecclesiastici possint extrahere suos subditos ab Ecclesia.*
7 *Prælati Regulares sunt veri Iudices.*
8 *Immunitas Ecclesiastica non templis, sed personis est concessa.*

M 2 An

An Monachus gaudeat immunitate Ecclesiæ.

DECISIO CLXXXII.

1 VAldè dissentire videntur Doctores circa quæstionem, an clerici gaudeant immunitate Ecclesiæ, & cum sit iam expeditum in Iure, clericos non gaudere immunitate Ecclesiastica, aliam quæstionem tractabo hic ab ipsa etiam dependentem, & similem, vnde cum in Curia nostra Archiepiscopali accidisset quod quidam Monachus habitum dimiserat, & intus claustra cuiusdam Monasterij vestibus laicalibus indutus artem coquendi panem exerceret, fuit dubitatum, an possit à dictis claustris extrahi, & an gaudere deberet immunitate Ecclesiastica, & prima facie fuit dictum non posse præfatum Monachum inde
2 extrahi absque licentia Summi Pontificis, cũ non sit de criminibus exceptuatis, & ideo omnes absq; penitus distinctione immunitate Ecclesiæ gaudere, ab eaq; inuitos extrahi non posse bis consuluit Rom. cons. 224. cuius opinio his præsertim confirmari potest rationibus, prima per text. in cap. inter alia de immunitat. Eccles. & in cap. fin. eod. tit. & in l. præsenti, & tot. tit. C. de ijs, qui ad Ecclesiam
3 confugiunt, & indefinitè confugientem ad Ecclesiam tutum esse, nec distinguitur, ergo nec nos distinguere debemus l. de pretio ff. de public. in rem act. & viget pro hac opinione textus in cap. nullus clericorum 17. q. 4. vbi dicitur, quod nullus clericorum seruum suum, vel discipulum fugientem ad Ecclesiã extrahere audeat, vel flagellare præsumat, ergo à simili non pôt Prælatus Regularis ex-
4 trahere Monachũ ab Ecclesia qui ad instar serui iudicatur, habet. n. nec velle, nec nolle, & suum arbitrium in manibus Superioris est repositum vulgatis Iuribus, & tot. tit. de stat. monach. imò fortius, quia si non licet clerico Domino seruũ suum ab Ecclesia extrahere, eo magis non licebit Prælato Regulari Monachum suum inde extrahere,
5 cum Ecclesia multo magis tueatur subditos suos quam alienos, vnde priuilegium datum laicis debet in maiori Religiosorum fauore redũdari arg. text. in cap. t. de nat. ex liber. Zerola in praxi Episcopali part. 1. §. immunitas vers. 8. subdit ideo Religiosos debere gaudere hac immunitate, quia non sunt deterioris conditionis, quam laici.

Nihilominus contrariam sententiam sectati fuimus, & fuit decisum in nostra Curia Archiepiscopali præfatum Monachum vllo modo gaudere posse immunitate Ecclesiastica, tum primo quia receptissimum est in Iure clericos, seu religiosos non posse hac immunitate frui, Abb. in cap. inter alia nu. 13. de immun. Ecclesiæ, & de communi testatur Boer. decis. 109. num. 3. vers. scilicet in clerico, quos allegat Guttierrez practicarum lib. 3. q. 3. nu. 1. Villadiego ad forum Iuzgo lib. 9. tit. 3. l. 1. nu. 10. Paz in praxi to. 1. 5. par. c. 3. §. 3. nu.
6 141. fol. 148. asserens moribus, & consuetudine receptum esse Ecclesiasticos Iudices posse suos subditos pro quocunque delicto ab Ecclesia inuitos traducere ad locum punitionis, & in huius opinionis confirmationem Abb. loco cit. adducit sex fundamenta, quæ corroborat Couar. lib. 2. variar cap. 20. nu. 16. & licet possint aliqui contradicere Superiores Regulares non esse Iudices, nã respondetur huiusmodi Prælatos esse veros Iudices, qui cognoscunt de primis causis clem. & si principalis
7 de rescriptis, & dum Doctores nõ distinguunt de Iudicibus, possunt igitur Prælati Regulares suos subditos ab Ecclesia extrahere, tum etiam quia intrepidè seruatur in praxi hæc opinio, de qua Bonadil l. lib. 2. cap. 14. ex nu. 57. Rodriguez to. 2. q. regular. q. 9. Sot. art. 4. tãto magis, quia hæc immu-
8 nitas non templis, sed personis à Canonibus concessa est propter honorem, & reuerentiam, quæ ipsis debetur Couar. lib. 2. variar. resol. cap. 20. in princip. lib. 6. cap. 26. nu. 1. & cum præfatus Monachus habitum dimiserit, & vilibus artibus se immiscuerit non debet hoc priuilegio præfulciri, & suus error non debet in fauorem retorqueri Farinac. quæst. crim. quæst. 28. num. 7. Decian. lib. 6. cap. 26. num. 1.

SVMMARIVM.

1 *Eques calcaris aurei dicitur nobilis.*
2 *Nobilitas ab vno acquisita descendit ad alios.*
3 *Nobilitas dicitur claritas maiorum.*
4 *Si pater acquisiuit nobilitatem Sedilis, transit ad filios.*
5 *Beneficium Principis est latissimè interpretandum.*

An descendens à stipite Equitis Calcaris Aurei, vulgò *di speron d'oro*, dicatur nobilis, ita vt possit pœna nobilium puniri.

DECISIO CLXXXIII.

VT alias dictum fuit solet nostra Curia Archiepiscopalis diuersas pœnas imponere Nobilibus, quam Ignobilibus, de quo nouiter memor fuit Nouarius in suis reportatis decis. ad Pragmaticas Regni Neapolitani, quare dum esset imponenda pœna cuidam ob delictum patratum, qui asserebat se tanquam Nobilem, ex eo quod descendebat ex stipite cuiusdam Equitis Calcaris Aurei, & sic non posse condemnari ad Triremes, dubitatum fuit, si posset hoc de Iure procedere, & affirmatiuè conclusum fuit, nam non est dubium quin Eques Calcaris Aurei dica-
1 tur Nobilis, ergo descendens ab eo, nobilitas enim
2 ab vno acquisita descendit ad alios ex suo stipite venientes arg. l. 1. cum ibi notatis per Bart. nu. 49. & Plat. sub nu. 11. C. de dignitat. lib. 12. Luc. de Penn. in l. mulieres col. 2. C. eod. tit. Isern. in Constit. Regni prosequent. & ibi Afflict quæst. 7. num. 16. quos refert, & sequitur Nouarius in sua praxi
3 electionis, & variationis fori quæst. 50. nu. 10 sect. 1. & Nobilitas est claritas maiorum, & æquè principaliter competit descendentibus ex stipite, & ipsi stipiti l. in genere ff. de statu hominum l. 3. ff. de interdictis, & Releg. & propter hoc si pater acqui-
4 siuit Nobilitatem Sedilis competit omnibus filijs Anna cons. 17. Valenzuel. cons. 92. num. 66. & 68. vnde sententia lata in fauorem vnius fratris consangui-

fanguinei prodeft alte ri fratri confanguineo, fi hi fratres fint nati ex eodem patre, & ftipite qui primus acquifiuit Nobilitatem Capua. de Regimine Reipublicæ cap. 1. num. 30. pagin. 61. col. 1. honor enim afcendentis, debet refulgere in perfonam defcendentis.

5 Item dicebatur, hanc Militiam, fiuè, vt his vtar verbis, Cauallerìam fuiffe conceffam à Carolo V. Imperatore primo ftipiti, ex quo ifte, de quo nunc agebatur defcendebat, & beneficium Principis latiffimè eft interpretandum Nouarius in tractatu de electione, & variat. fori quæft. 5. à nu. 7. vfque ad finem, maximè quando interpretatio tendit ad fauorem rei, pro quo eft in dubio iudicandum, vt reftringantur odia ad tex. in cap. odia de regul. iur. in 6. & fauores amplientur.

SVMMARIVM.

1 *Ecclefia comprahenditur fub tit. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. contrarium nu. 2.*

3 *Cafus in l. congrui C. eod. tit. eft fpecialis in prædijs fifcalibus.*

4 *Statuta difponentia, quod dominus non poffit locare apotecam cui voluerit, funt contra difpofitionem iuris communis.*

5 *Intellectus ad cap. ad aures de reb. Ecclef. non alienand.*

6 *Effet maximum onus Ecclefiæ fi femel locando amplius conductorem expellere non poffet.*

An Ecclefia poffit cogi relocare primo conductori bona Ecclefiæ pro eodem pretio.

DECISIO CLXXXIV.

IN caufa vertente inter Hebdomadarios noftræ Cathedralis Ecclefiæ, & aduerfarios inter alia fuit dubitatũ, an præfati Hebdomadarij poffent cogi finita locatione ad relocandum quoddam rus primo conductori idem pretium offerenti, magna fuit inter Nos altercatio pro decifione prædicti articuli, & caufabatur ex difcordantibus textibus in l. ne cui C. locati, & l. congruit C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. nam textus in l. ne cui difponit, vt cuiuis fit libera poteftas res fuas finita locatione cuiuis relocare, textus vero in l. congrui C. de locat. prædi. ciuil. lib. 11. vult vt fifcus teneatur relocare eidem conductori fua prædia, & licet hic textus loquatur in fifco, nihilo-
1 minus procedit etiam in Ecclefia, titulus. n. ille de locat. præd. ciuiliũ fub quo dicta lex pofita eft procedit tã in locatione prædiorum fifci, quam Ecclefiarum, vt rubrica fonat, & poftquam d. l. pofita eft fub rub. prædict. intelligitur etiam de rebus Ecclefiæ, adducebatur etiã contra dictos Hebdomadarios text. in cap. ad aures de reb. Eccleſ. non alienand. vbi antiquus conductor pro eodẽ pretio præfertur fecundo fequitur Bart. in l. 1. §. permittitur ff. de aq. quot. & æft. de quo meminit de Franchis in decif. 113. Lu Ii ric. decif. Par. fl. 57. n. 11. Viuius in fuis com. opin. opin. 243.

2 Cæterum fupradictis minimè obftantibus fuit contrarium refolutum, poffe fcilicet prædictos Hebdomadarios dictum rus alteri locare, & expellere antiquum conductorem, ex regula generali in d. l. ne cui C. locat. cafus autem d. l. congruit eft
3 fpecialis in prædiis fifcalibus, vt firmat Ann. Iun. conf. 77. & fic in hoc tantummodo cafu limitatur d. l. ne cui, quod aduertit glof. iam in l. congruit, quam in C. locati, igitur regula pofita in l. ne cui à qua excipitur cafus prædiorum fifcalium debet generaliter intelligi, vt exceptio fit de regula l. 1. § 5 excipiuntur ff. de fer. Ifern. a in cap. 1. nu. 5. qui fucceff. teneãn. quam ponderationem fecit Aponte conf. 13. nu. 12. fequitur Ann. d. conf. 77. num. 13. & quemadmodum non poteft cogi primus conductor perfiftere in conductione l. iniuitos C. locat. eodem modo non debet cogi dominus ad relocandum ratione æqualitatis feruandæ, vt aduertit de
4 Franchis in decif. 406. num. 5. fubdens ftatuta difponentia quod dominus non poffit alteri locare apotecam, donec voluerit primus conductor in conductione remanere effe contra difpofitionem iuris communis, & effe ftrictè intelligenda allegat Angel. in d. l. ne cui, nec obftat textus in d. c. ad au-
5 res, quia loquitur quãdo fuit facta promiffio vni de concedendo rem Ecclefiæ, qui hac occafione illa meliorem reddidit, nec reperitur in Ecclefia prouifum, quod teneatur relocare primo conductori effet enim onus Ecclefiæ, vt eius bona non poffet locare cui vellet per auth. caffa, & irrita C. de fa-
6 crof. Ecclef. imò maximum onus effet fi femel locando nunquam poffet expellere colonum offerendo tantumdẽ, ita vt confiderat de Franch in citat. decif. 406. in fine, vbi refert fuiffe in fauorem Ecclefiæ, & clericorum decifum.

SVMMARIVM.

1 *Dominus Antonius Penta Vicarius Generalis Abellinen. laudatur.*

2 *Verbum (affiftant) fignificat affiftentiam perpetuam.*

3 *Dictio (dummodo) fignificat perpetuitatem.*

4 *Affiftere dicuntur qui Deo affiftunt in orationibus.*

5 *Dictio (dummodo) inducit modum.*

6 *Si modus in contractu apponitur, & non feruatur contractus non refcinditur.*

7 *Summus Pontifex quid voluerit intelligere per claufulam (dummodo affiſtant feptem Sacerdotes)*

8 *Gratia conceffa altari priuilegiato non poteft trahi pro fundanda collegiata.*

Claufula, dummodo affiftant feptem Sacerdotes, appofita à Summo Pontifice in conceffione altaris priuilegiati, quomodo intelligatur.

DECISIO CLXXXV.

IN Ciuitate Abellinen. fuit impetratum à Summo Pontifice altare priuilegiatum in Ecclefia Sanctæ Mariæ Conftantinopolis eiufdem Ci-

 uitatis

uitatis, quæ regebatur per Magistros laicos, eratq;
in dicta concessione clausula (dummodo assistant
septem Sacerdotes) cum vero in dicta Ecclesia
erant prædicti Sacerdotes amouibiles ad nutum
dictorum Magistrorum, nec ibi residebant, imò
Missarum celebratione peracta Ecclesia prædicta
1 claudebatur, nec recitabantur diuina D. Donatus
Antonius Penta eiusdem Ciuitatis Vicarius Ge-
neralis meritissimus ab omnibus quidem ob inna-
tam humanitatem honorandus renitebat exequi
dictam concessionem, intendens, prædictam clau-
sulam intelligi debere, vt dicti septem Sacerdotes
in dicta Ecclesia continuè assisterent, nec non ibi-
dem diuina, & alia peragere debuissent, nec ad nu-
2 tum dictorum Magistrorum essent amouibiles, &
mouebatur, vt me consuluit, ex verbo illo (dum-
modo assistant) quod verbum significat assisten-
tiam in loco, seù mauis residentiam continuam
Paris. conf. 95. nu. 44. vol. 2. & conf. 17. nu. 19. vol. 1.
Aym. conf. 201. nu. 10. hinc est quod si testator re-
linquat vxori suæ centum singulis annis dummo-
do castè vixerit, si vxor in casu prædicto steterit
vidua per triennium, & perceperit fructus trien-
nales, & postea nupserit tenetur restituere fructus,
quos percepit illo triennio quo steterit in vidui-
tate Caualc. de vsufruct. mulier. relict. cap. 9. num.
117. per totum, vbi hoc nititur probare, & num.
3 119. fol. 281. quia dictio illa, dummodo, qua vsus
est significat perseuerantiam, & perpetuitatem, &
ita consuluit Ruin. conf. 65. num. 1. & 6. vol. 5. &
4 assistere dicuntur, qui Deo assistunt orationibus,
& officijs diuinis Azo in sum. §. penult. & §. nunc
autem auth. de non alienand. nec dicitur quis as-
sistere ex sola Missarum celebratione tantum cap.
si quis rapuerit 27. q. 1.
Contrarium tamen determinaui, & ita audio
exequutum in Curia dictæ Ciuitatis Abellinen.
vbi fuit latū decretū pro exequutione dictæ con-
5 cessionis, ex quo censui illud verbum, dummodo
induxisse modum Bart. in l. quibus diebus §. fin.
num. 4. ff. de condit. & demonstrat. Bald. in cap.
dudum col. 6. vers. & hæc faciunt de elect. Decius
conf. 327. col. 2. in princip. vnde si modus in con-
6 tractu appositus non adimpletur, contractus non
resoluitur l. ea conditione C. de rescindend. ven-
7 dit. Corneus conf. 102. num. 24. lib. 2. nec Summus
Pontifex intendit per dictam clausulam Sacerdo-
tes debere esse perpetuos, sed Missas perpetuas,
vnde si amouentur per Magistros laicos tenentur
ijdem Magistri alios imponere, vt Missæ continuè
celebrentur, & licet illa dictio, dummodo, signifi-
cet perpetuitatem, tamen adhæret Missis, quæ
possunt esse perpetuæ, & si per illa verba, dummo
do assistant septem Sacerdotes, volumus intelligi
debere esse perpetuos, vt ibi assistant, & diuina
8 celebrent, esset fundare collegiatam, vnde gratia
præstita, super concessione altaris priuilegiati non
trahitur ad fundandam collegiatam, gratia enim
est stricti Iuris, nec trahitur ad non specificata, sed
strictè intelligitur, vt dicimus de assensu, qui præ-
stitus in vno contractu ad alium non trahitur La-
nar. conf. 28. nu. 2. Ann. conf. 84. nu. 12. quos allegat
Masull. ad Capyc. in decis. 51. sub num. 7.

SUMMARIUM.

1 *Refertur dispositio l. curabit C. de act. empt.*
2 *Contra bonam fidem est, vt emptor percipiat fructus absque solutione pretij rei emptæ.*
3 *Emptor ob fructuum perceptionem tenetur ad interesse.*
4 *Emptor qui constituit se debitorem in pretio rei emptæ dat fidem de pretio.*

An dispositio l. curabit C. de act. empt. procedat, quando emptor nullos fructus exegit, vel constituit se debitorem in pretio.

DECISIO CLXXXVI.

IN materia l. curabit C. de act. empt. de duo-
bus contingit dubitare in Curia nostra Ar-
chiepiscopali, & primo, an dispositio dictæ l.
procedat, quando emptor nullos fructus exegit
secundo loco an procedat quando constituat se
debitorem emptor in genere; vnde vt facilius hos
1 articulos breuiter (vt mos est) elucidemus, dispo-
sitio dictæ legis curabit vult, vt emptor qui dif-
fert reddere pretium rei emptæ teneatur ad vsu-
ras tanti temporis vsquequo distulit tale pretium
2 reddere, quia contra bonam fidem est, quod em-
ptor percipiat fructus absque solutione pretij rei
emptæ, vt in l. bona fides ff. de act. empt. Bald. in l.
fin. in fin. de iureiurand. & notat glos. in l. socius
qui in eo ff. pro socio, & firmat Alexand. in conf.
96. in fine vol. 1. sequitur Afflict. decis. 20. num. 4. ex
quo in puncto primo loco proposito videtur di-
cendum ex doctrina Bal. in l. 2. C. de vsuris, etiam
si emptor nullos fructus percepisset teneri ad in-
teresse pretij non soluti, eum secuti sunt Paulus in
d. l. curabit Anchar. in reg. peccati venia col. 8. de
reg. iuris Anania in cap. conquestus col. 1. de vsu-
ris Socc. conf. 88. lib. 4. num. 8. Paris. conf. 60. lib. 1.
num. 18.
Contrariū tamen iudicauimus, moti ex ratione
textus in d. l. curabit illis verbis (qui nactus posses-
sionē fructus percepit) si enim textus requirit fru-
3 ctuum perceptionem, & ob id teneri ad interesse
emptorem, quomodo igitur emptor qui non per-
cepit fructus tenebitur ad interesse? hoc quidem
esset addere afflictionem afflictis, contra textum
in cap. ex parte cum vulgat. ext. de cleric. ægro-
tant. & ob id hanc opinionem censuimus verio-
rem contra Bald. secuti Salicet. in d. l. 2. Socc. conf.
199. lib. 1. col. 2. Castrens. in l. Iulian. §. ex ven-
dito ff. de act. empt. Corneum conf. 59. aduertatur
enim vera ratio decidendi Cagnol. in d. l. curabit
nu. 26. quam ob rem vsuræ quarum mentio fit in
d. l. curabit non debentur vbi emptor re non tra-
dita, vel alia ex causa fructus non potuisset perci-
pere, & hanc vti magis communem sequitur Co-
uar. var. lib. 3. cap. 4. nu. 3. circa finem.
In secundo articulo iudicauimus pro vendito-
4 re, nam emptor qui constituit se debitorem in
pretio rei emptæ non est dubium, quin det fidem
de

de pretio, & ideo transfertur dominium §. venditæ inst. de rer. diuis. l. quod vendidi ff. de contrahend. empt. ex quo cum faciat fructus suos, procul dubio tenetur ad interesse ob perceptionem fructuum Couarr. loc. citat. nu. 4. Nec obstat doctrina Vrsill. in addit. ad d. decis. Afflict. 20. nu. 4. vbi interesse per vẽditorem pōt peti ratione pretij nō soluti in tempore vsque ad fructuum quãtitatem perceptam, & non pretij promissi, nam ipsi refragantur verba textus supra posita (& fructus percepit, quæ verba cum verificentur in emptore, qui constituit se debitorem omninò cogunt ipsum ad soluendum ad laté tradita per Couarr. loc. cit. per totum, & hæc pro materia d. l. curabit.

SVMMARIVM.

1 *Nemo decipi debet sub fide, & auctoritate Principis contrarium nu. 5.*
2 *Subreptio vitiat gratiam ipso iure.*
3 *Bannitus restitutus vigore gratia subreptitia potest à quolibet impunè occidi.*
4 *Gratia redditur subreptitia ex taciturnitate qualitatum aggrauantium delictum.*
5 *Impetrantibus gratiam subreptitiam accidit illud quod solet accidere vulnerato, qui nolens vulnus Chirurgo ostendere vitam perdit.*

Gratia subreptitia pro litteris dimissorialibus falsis, an suffragetur in vtroq; foro.

DECISIO CLXXXVII.

PLuries in nostra Curia Archiepiscopali præsentantur ij, qui cum falsis dimissorijs ordinati gratiam in vtroque foro à Sũmo Pontifice obtinuerunt, exprimentes alij, quod deuotionis zelo ad præsbyteratum aspirát, alij verò ob seueritatem Episcopi, & alij ex alijs causis, quas ad eorum criminum exoneratiõe Summo Pontifici proponunt, Nos igitur videntes, quod aut defectu patrimonij, aut causa fugiendi forum sæculare, vel ex graui ignorantia, ita male sunt ordinati, multoties tentauimus hos tales punire, & multi fuerunt ob id carcerati stante gratiæ subreptione ipsi replicabant fore relaxandos priori obnoxios con-
1 demnationi, ex regula, quod nemo decipi debeat sub fide, & auctoritate publica, de qua in l. 1. in fin. C. de his qui ven. ætat. impet. Alber. in l. eos C. eod. & in l. præsenti C. de his, qui ad Ecclesiã cōfugiunt, Boss. in tit. de remed. ex sola clementia Principis nu. 42. vers. est verum Clarus in pract. §. fin. q. 59. Vulpel. respons. 19. nu. 12. & 13.

Contrarium verò fuit resolutum, instante Reuer. fisco, qui allegauit Clarum in pract. d. q. 59. quem vidi, ibique post multos Doctores, quos allegat testatur in facti cōtingentia aliquos, qui subreptitias exhibuerunt gratias fuisse decapitatos,
2 & laqueo suspensos, nam subreptio gratiam non solum vitiat, sed eam vitiat ipso Iure cap. ad audientiam il secōdo, & ibi laté Fel. ext. de rescriptis
3 Hinc est quòd bannitus, & restitutus vigore gratiæ subreptitiæ potest etiam à quolibet impunè occidi Alex. cons. 114. nu. 2. vers. quia dicta impetratio Bert. cons. 104. cum igitur dicti clerici prius fecerint se ordinari, deinde ad Sedem Apostolicam recurrentes gratiam impetrauerint non faciendo mentionem de causis veris, ob quas falsis litteris fuerint coacti ordinari, sequitur quod eis nullo pacto suffragetur, cum certissimi Iuris sit
4 gratiam reddi subreptitiam ex taciturnitate qualitatum grauantium delictum Iaf. in l. nec damnosa nu. 2. & ibi Bald. & alij C. de precib. Imperat. offer. Gomez de delictis rub. de tortura reorum num. 38. Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 203. num. 30.
5 sequitur Clar. d. q. 59. Nec obstat regula in l. 1. C. de his qui ven. ætat. impet. quod. s. nemo debeat decipi sub fide, & auctoritate Principis, quia qui subripiendo, vel obripiendo gratiam extorquet non decipitur à Principe, sed ipse decipit Principem patet ad sensum, nam si supplicans veritatem expressisset Princeps gratiam non concessisset, ergo in concessione gratiæ Princeps fuit deceptus, & non subripiens, & propterea non immerito, Iure cautum est, quod propter talem deceptionem impetrans non solum caret impetratis, sed etiam punitur pœna falsi l. si quis obrepserit ff. ad l. Corn. de falsis, & consequenter qui per subreptionem gratiam extorquet si deiecta veritate vitæ periculum subit non potest de alio conqueri, nisi de se ipso, qui dolosè, & mendaciter cum Principe age-
6 re voluit Aym. cons. 68. nu. 11. vnde eidem accidit illud propriè, quod vulnerato accidere solet qui vulnus detegere nolens Chirurgo ob id non tutus est, sic in terminis considerat Aym. d. cons. 68. nu. 10. quamobrem de mense Iunij 1621. condemnauimus ad triremes quattuor clericos ordinatos cum litteris falsis dimissorialibus, obtenta gratia subreptitia à Summo Pontifice.

SVMMARIVM.

1 *Refertur casus Decisionis.*
2 *Liquidatio instrumentorum nunquam sortitur effectum, nisi seruata forma Ritus M. C. V.*
3 *In contractibus attenditur statutum loci, in quo fit.*
4 *In contractibus semper initium est inspiciendum.*
5 *Clausula in instrumento apponi solita, vt possit liquidari via Ritus, apponitur pro maiori cautela contrahentium.*
6 *Inducta ad fauorem, non debent in odium retorqueri.*
7 *Stilus Curiæ habet vim legis.*
8 *Stilus Curiæ tollit solemnitatem citationis.*
9 *Regula, quod prouisio hominis faciat cessare prouisionem legis, quando procedat.*
10 *Dispositio hominis debet intelligi prout de stilo seruatur.*
11 *Fauore dotis, per prouisionem hominis non cessat prouisio legis.*
12 *Stilus Curiæ attenditur in liquidatione instrumentorum.*

An contra laicum obligatũ iuxta formam Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, deinde effectum clericum possit liquidari instrumen-

mentum reassumptum in carta bombacina, vt est Ritus Curiæ Archiepiscopalis, & non in carta pergamena, vt est Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ.

DECISIO CLXXXVIII.

1 Clericus Natalis Caso de Neapoli tempore quo erat laicus de anno 1599 vendidit annuos ducatos septem, vel circa in beneficiũ Aureliæ Caso suæ sororis pro capitali ducatorum 114. quos confessus fuit recepisse per medium Banci Sancti Eligij ex pretio domus dotalis dictæ sororis, promittendo solutionem ipsorum in fine anni, mediante asserto instrumento cum pacto expresso, quod si ipse Natalis defecerit à solutione per annũ, & mensem possit contra ipsum præsentari, & liquidari instrumentum seruata forma Ritus M.C.V. disponentis, instrumenta reassumi debere in carta pergamena in forma probanti alias erit nullum instrumentum, licet Curia nostra Archiepiscopalis admittat instrumenta reassumpta in carta bombacina, cum autem esset elapsum multum temporis spatium dicta soror institit in Curia Archiepiscopali pro liquidatione dicti instrumenti, quod fuerat reassumptum in carta bombacina, ex quo fuit dubitatum an contra laicum effectum clericum possit liquidari instrumentum reassumptum in carta bombacina, &
2 pro parte negatiua dicebatur, liquidationem de qua hic nunquam sortiri posse eius effectum, nisi seruata forma dicti ritus M.C.V. licet in alieno fo
3 foro quis conueniatur, postquam in contractibus semper attenditur consuetudo, vel statutum loci, vbi fit ex Reg. l. si fundus ff. de euict. ex eo, quia quis contrahendo sortitur forum ibi cap. 1. §. contrahentes de for. compet in 6. cap. 1. de prec. & in contractibus pariter veniunt quæ sunt moris, & consuetudinis Regionis l. quod si nolit §. quæ assiduos ff. de ædilit. edict. Alexan. consl. 73. nu. 9. vol. 2. Rom. consl. 11 t. de Franch. decis. 72. nu. 5. vnde si dicta Aurelia soror vult prosequi instrumẽti prædicti liquidationem contra ipsum Natalem clericum confecti tempore quo erat laicus seruãdum est statutum circa liquidationem dicti instrumenti, quod erat tempore obligationis, cuius contemplatione contraxit Afflict. decis. 216. per totam etiam si alieno iudi.io, & coram Ecclesiastico Iudice conuenitur, attenta mutatione status per clericatum prædictum post dictam obligationem assumptum, ex quo non status quo conuenitur, sed tempus obligationis, & initium ipsius contra-
4 ctus inspicitur Rouit. in com. in Prag. 1. in tit. ad sent. conf. Maced. nu. 15. & sequent.

Contrarium tamen, & maturiori Dominorum Consilio fuit resolutum, posse scilicet dictam Aureliam in carta bombacina liquidare dictum instrumentum, ex eo quia clausula instrumentis apponi solita, vt possit liquidari via Ritus, & submissionem hanc quam faciunt contrahentes dicto ritui non est de necessitate, sed pro maiori cautela creditoris, cum ritus sit ius commune, in tantum quod potest instrumentum liquidari via ritus de Franch. decis. 366. vnde si hæc clausula non esset apposita, & tractaretur de liquidatione d. instrumenti in hac Curia quod possit liquidari via ritus in carta bombacina, sed quando apponitur ad maiorem cautelam creditoris eundem debet operari effectum ac si non esset apposita alias esset contra regulam iuris, quod inducta ad fauorem non debent in odium retorqueri l. quod fauore C. de legibus, Imò dictus ritus M.C.V. fuit approbatus in nostra Curia præter dictam reassumptionem in carta de pergameno igitur talis stilus est obseruan-
7 dus cum habeat vim legis, & eius obseruantia sit de substantia Balbus decis. 29. imò sententia lata contra stilum est ipso Iure nulla Ego ipse in col-
8 lect. 1206. & si stilus potest tollere sollemnitatem citationis Osas. h. decis. 22. multo fortius poterit tollere sollemnitatem reassumptionis instrumenti in carta de pergameno, stilus enim semper debet attendi Maynard. decis. 11. sed sic est quod dictus Ritus M. C. V. non fuit receptus in dicta Curia Archiepiscopali respectu reassumptionis in carta de pergameno, igitur hoc modo erit obseruandus, & sic liquidatio bene procedit in carta bombaci-
9 na idem voluit Genuens in pract. Archiepiscopali cap. 16. & licet arguí posset, quod prouisio hominis tollat prouisionem legis, & sic cũ sit dictum in instrumento, quod possit liquidari via ritus, talis prouisio seruanda est, & cessabit prouisio legis, tamen hoc procedit, quando prouisio hominis venit ad nouandam prouisionem legis Cyn. & Iaf. in l. 2. C. de iur. emph. sed in hoc casu prouisio hominis non venit ad nouãdam prouisionem legis, nam vtrumque potest esse, & quod instrumentum liquidetur via ritus, & quod id fiat in carta bombacina, & sic seruetur stilus Curiæ Archiepiscopalis,
10 imò dispositio hominis intelligenda est, prout de stilo solitũ est fieri Puteus decis. 353. lib. 1. Ego ip-
11 se in collect. 394. Nec ex parte dicti Natalis negatur hanc quantitatem esse dotalem, vnde fauore dotis, etiam per hominis prouisionem non receditur à prouisione legis Glos. & Bald. in l. fin. C. de pact. conuent. Bald. Nouel. in tract. dotis in 6. part. priuileg. 68. & ideo non videtur recessum à prouisione legis, sed per illam liquidatio potest fieri in carta bombacina, imò secundum Frecc. de
12 liquidat. inst part 14 q. 1. debet attendi stilus Curiæ in liquidatione instrumentorum, & sic in carta pergamena debeat scribi de ritu Magnæ Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones appositæ in iurispatronatus fundatione non possunt reuocari.*
2 *Lex apposita in fundatione inducit formam.*
3 *Præsentatio est vnus ex effectibus iurispatronatus.*
4 *Fundator potest reuocare conditiones appositas in fundatione iurispatronatus.*
5 *In generali dispositione nunquam intelligitur persona loquentis.*

Fundans Iuspatronatus cum aliqua conditione, an possit illam reuocare post multum temporis spatium in testamento.

DE-

DECISIO CLXXXIX.

EPifcopus Tropien. cõmifit mihi caufam, pe-
tijtq; quid in ea fentirem, cafus.n.erat, quod
quidam cum fundauerat Iufpatronatus, &
in ea fundatione appofuiffet conditionem, vt in di-
cto Iurepatronatus præfentaretur Sacerdos, poftea
verò in teftamento reuocauit prædictam conditio-
nem, & ordinauit, vt poffint præfentari clerici in
minoribus in dicto Iurepatronatus, quare fuit du-
bitatum, an teftator potuiffet dictam cõditionem
1 reuocare, & dicebatur, regulariter cõditiones ap-
pofitas in fundatione Iurifpatronatus non poffe
2 reuocari; lex enim pofita in fundatione inducit
formam, cuius omiffio vitiat actum cap. quæritur
§. Epifcopum 22.q.2. Felynus in cap. cum dilecta
de refcript. Gram. decif. 79. Viuius decif. 335. &
3 maximè attendi debet, cum præfentatio fit vnus
ex effectibus Iurifpatronatus Seraph. decif. 457. &
in prouifione Iurifpatronatus forma contenta in
fundatione feruari debet, & conditiones in ea ap-
pofitæ funt diligenter cuftodiendæ, vt refoluit Ro
ta in vna Cęfaraguft. Cappellanię 16. Martij 1587.
coram Seraphino, & hinc euenit vt omiffio formę
in fundatione Iurifpatronatus præfcripta ipfam
præfentationem annullet, vt voluit Rot. tefte eod.
Seraph. decif. 1270. Franc. Marc. decif. 493. &
1133. part. 1.
4 Contrarium tamen cẽfui, & ita audio exequu-
tum in dicta Curia Tropien. quare amplexus fui
hãc opinionem ex eo, quia fundans Iufpatronatus
cum conditione, quod præfentari debeat aliquis
de familia ipfius, non cenfetur voluiffe fibi ligare
manus quoad præfentationes ab ipfo faciendas,
ita vt non poffit extraneum præfentare, vt fuit re-
folutum in vna Fauentina Iurifpatronatus 13. Ia-
nuarij 1589. coram Orano, & alias in vna Gerun-
denf. beneficij 26. Octobris 1615. vbi fuit dictum
non obftare tenorem fundationis, quia fundator
nullum grauamen videtur imponere, ita vt non
fit ad libitum ipfius reuocare conditiones in fun-
datione appofitas ex eo, quia non eft verifimile
quod voluerit fibi ligare manus Menoch. de præ-
5 fumpt. præfumpt. 44. lib. 3. & in generali difpofi-
tione femper intelligitur excepta perfona loquen-
tis l. inquifitio C. de folut. Surd. conf. 47. num. 20.
& fequent. Gabriel. conclu. 9. de verb. fignificat.

SVMMARIVM.

1 *Ecclefia polluta reconciliatur expenfis illius, qui eam polluit, quod limita fi non eft foluendo nu. 2.*
3 *Prælati Regulares habent poteftatem à Summo Pontifice reconciliandi Ecclefias fuas pollutas.*
4 *Solus Sacerdos cum aqua benedicta poteft reconciliare Ecclefiam pollutam.*

Prælati Regulares, an poffint reconciliare eorum Ecclefias pollutas.

DECISIO CXC.

1 INquirebatur quidã Prælatus Regularis, quod
reconciliauerat eius Ecclefiam fanguine pol-
lutam, quare commiffa mihi caufa ab eius Re-
uerendiffimo Generali, vt quidquid de Iure fen-
tirem iudicarem dicebam primo pro introdu-
ctione articuli reconciliationem Ecclefiæ volun-
tariè, illicitè, iniuriosè, & publicè pollutæ per ma-
gnam effufionem fanguinis, aut feminis humani
debere fieri expenfis illius, qui eã violauit, fi eft fol-
2 uendo, alioqui fi Ecclefia effet curata, & violator
effet pauperculus reijceretur onus in Parochum,
quatenus eius reditus effent idoneo oneri ferendo,
nifi oppofitum iuberet confuetudo, aut ftatutum,
At vbi Parochus, & ipfe pauper effet, tũc fumpti-
bus Parochianorum, & poft eos in fubfidium, fci-
licet in defectum omnium debet Epifcopus fuis
expenfis Ecclefiam reconciliare cap. Ecclefijs di-
ftinct. 68. c. ecclefijs de confecr. diftinct. 1. c. aqua,
& cap. propofuifti, vbi Ioann. Andr. & Abb. de
confecr. Ecclef. vel alt. cap. vnico vbi Glof. eod. tit.
in 6. Nauarr. Manual. cap. 27. nu. 256. cum fequent.
Thefaur. for. Ecclef. par. 1. cap. 5. nu. 18. vbi eadem
vtitur diftinctione, quando ignoraretur author
pollutionis, quod fi Ecclefia polluta effet regula-
ris fine cura animarum, atque ignoraretur quis
violaret Ecclefiam, vel etiã fciretur, fed is non ef-
fet foluendo, tunc nec populus, nec Epifcopus te-
netur, poftquam Prælati Regulares, ẽt quoad Mi-
3 noritas de obferuantia, & quoad alios mendican-
tes habent à Pontifice Maximo poteftatem, & di-
plomata ad Ecclefias fuas pollutas reconciliandas,
vt patet ex Bullis Pontificijs fuperinde editis tum
ab Eugenio IV. conceffis Congregationi Caffi-
nenfi, tum etiam à Leone X. Fratribus Minoribus
de Obferuantia iuxta traditionem Fr. Emanuel
Roderic. fuis quæft. Canon. feù Regularibus to. 1.
quæft. 19. art. 6. & Graff. conf. 2. nu. 14. cum feqq.
lib. 3. de confecr. Ecclef. Gregor. Say. Thef. caf.
confcient. lib. 5. cap. 16. nu. 31. vt latius continetur
in lib. nuncupato (monumenta ordinũ) vbi quoq;
de priuilegijs conceffis Fratrib. Carmelitis, & Au-
guftinianis in hoc argumento, & circa cõfecratio-
nes Ecclefiarum, vel Altarium, quæ omnia funt
intelligenda, indulgenda, ac abftergenda pollutio-
ne Ecclefiæ iam confecratæ, non etiam fi Eccle-
fia polluta non effet adhuc confecrata, quando-
quidem in hac recõciliatione nullus ferè fumptus
exquiritur, poftquam folus Sacerdos in fe poteft
4 eam reconciliare cum aqua benedicta d. cap. aqua
& Glof. in cap. vlt. verf. lauetur de confecrat. Ec-
clef. vel alt. Ecclefiam autem confecratam folus
Epifcopus cum aqua à fe, vel ab alio Epifcopo
benedicta debet reconciliare Gregor. Sayr. The-
faur. cafuum confcientiæ lib. 5. d. cap. 16. nu. 9. vfq;
adeo vt nec Vicarius Generalis poffit reconcilia-
re Ecclefiam confecratam, nifi & ipfe fit Epifco-
pus, habeatq; mandatum fpeciale, cum reconcilia-
tio Ecclefiæ fit, de referuatis Epifcopo, fitq; ordi-
nis Epifcopalis, idcirco ceffante priuilegio fit inde-
legabilis quoad non habentes iurifdictionem Epi-
fcopalem Didac. var. refolut. lib. 3. cap. 20. num. 3.
Sbroz. de vic. Epifc. lib. 2. quæft. 10. & Graff. d. cõf.
2. nu. 15.

2. nu. 15. cum sequentibus solet tamen frequentius fieri per Episcopum viciniorem de cõsensu Dioecesani sicuti quando in loco non reperitur Officialis, defectus omnis suppletur per Officialem in loco proximo existẽtem Bart. ad l. 1. C. de can larg. tit. lib. 10. Dec. in cap. proposuisti num. 20. & 23. de probat.

Cæterum dignoscitur Ecclesia consecrata, vel ex scriptura, seu instrumento donationis, vel ex antiquis libris Ecclesiæ, veluti columna, seu saxo, aut tabula marmorea, vel ex crucibus rubeis pictis ad parietes Ecclesiæ, vel ex dicto testis etiam si vnicus sit, vel de visu, vel de auditu, cum non agatur de præiudicio alicuius, sed de comodo multorum, quo casu recipitur dictum vnius testis Innoc. ad rubr. de consecr. Ecclef. vel Alt. Abb. in d. cap. vlt. Sayr. dicto loco nu. 31. vltra quod scribit Frãc. Leo Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 29, nu. 27. Ecclesiam non consecratam gaudere eodem priuilegio quo consecrata, vt in Oratorio, in dubio autem non præsumitur consecrata Ecclesia, etiam per diuturnitatem tẽporis cap. Ecclesiæ, & cap. sollẽnitates de consecr. distinct. 1. & Mascard. de probat. conclus. 415. & 582. vbi in extremo distinguit inter Chatedrales Ecclesias, quæ præsumuntur consecratæ, & inferiores, sicuti diuturnitas tẽporis nil praestat ad præsumendam sollemnitatẽ extrinsecam cui partes non possunt renunciare, multo minus quando ageretur de magno præiudicio tertij, & sollemnitas requireretur post perfectionem actus Bart. in l. sciendum nu. 3. cum seqq. ff. de verb. oblig. Osasch. decis. 175. nu. 6. cum adductis per Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 132. in fi. Gabr. suis cõmunibus tit. de præsumpt. conclus. 1. nu. 53. cum seq. & Mascard. de probat. conclus. 1315. nu. 13. cum sequenti.

SVMMARIVM.

1. *Potestas Conseruatoris non extenditur extra casus iniuriarum.*
2. *Officium Cõseruatoris est tueri à manifestis iniurijs.*
3. *Iurisdictio Conseruatorum non potest prorogari de consensu partium.*
4. *Conseruator non potest decidere causas Religionis.*
5. *Clausula (quibuscunque causis) apposita in commissione Conseruatoris, quomodo intelligatur.*
6. *Iurisdictio ordinaria dicitur fauorabilis.*
7. *Conseruatoriæ sunt odiosæ.*
8. *Conseruator non potest tueri iniuriam simplicem, sed qualificatam.*
9. *Iudicium vbi cæptum est, ibi determinari debet.*

An Conseruatoris Religionis potestas extendatur ad causam cæptam coram Ordinario, ante quam eligeretur Conseruator.

DECISIO CXCI.

1 Firma est conclusio, Cõseruatoris potestatem non posse extendi extra casus iniuriarum, & manifestarum violentiarum, quia Cõseruatoris

2 toris officium solum est tueri à manifestis iniurijs, & notorijs violentijs cap. 1. vbi Ant. de Butrio num. 1. de elect. in 6. dicens, quod ad dubia iudicialem imaginem requirentia non est extensa Conseruatorum potestas cap. 1. & fin. de off. delegat. in 6. Vrsill. ad Afflict. decis. 264. nu. 7. Innocent. in cap. statuimus de off. delegat. in 6 nu. 1. Guid Pap. sing. 152. & 433. Conseruatores enim dicuntur contra notorias iniurias seruatores, & apud Hispanos sunt leges Regiæ 1. & 2. tit. 5. lib. 2. vbi disponitur, quod Conseruatores dati per suam Sanctitatem non possunt se intromittere in cognoscendo, nisi de iniurijs manifestis, & notorijs, quæ fieri solẽt Ecclesijs, Monasterijs, ac personis Ecclesiasticis, secundum ea, quæ Iura communia disponunt, non obstantibus quibusuis commissionibus, aut facultatibus illis concessis Gutt. pract. qq. c. 9. nu. 11. Valasc. consultat. 152. nu. 2. qui nu. 4. resol-

3 uit, quod in tantum est limitata iurisdictio Cõseruatorum quod etiam de consensu partium prorogari non potest ex l. 1. §. fin. ff. quod quisque Iuris l. solemus §. latrunculator ff. de iudic. l. 2. §. fin. ff. de pœnis las. in l. si per errorẽ nu. 1. ff. de iurisd. omn. iudic. Hypolit. in l. fin. nu. 197. eod. tit. Bald. in l. fin. num. 3. C. de except. Marant. de ordin. iudic. part. 4. dist. 12. nu. 18. vnde cum in hac Ciuitate Neapolis Reuerendi Patres N. elegissent in Conseruatorem Illustrissimum Dominum N. & cum haberent litem quandam in nostra Curia Archiepiscopali, antequam dictus Conseruator esset à Summo Pontifice Conseruator deputatus quærebant dictam causam ad Tribunal sui Conseruatoris traducere ex generalitate clausulæ (in quibuscunque causis) existente in commissione Præfati Illustrissimi D. N. quibus cum se opposuisset Reuerendissimus Vicarius pro retentione dictæ causæ in nostra Curia, fuit dubitatum, an dicta causa potuisset ad Tribunal Cõseruatoris auocari, ita vt ipse potuisset cognoscere, & decidere præ-

4 fatam litem, & iudicauimus negatiuè, tum primo, quia licet in commissione Illustrissimi D. N. sit

5 clausula (in quibuscunque causis) tamen per illam generalitatem non ampliatur conseruatoria, sed restringitur ad clausulam, pro manifestis iniurijs, & violentijs, ne à Iure communi recedatur d. cap. 1. & fin. de offic. delegat. in 6. Guttierrez d. cap. 9. nu. 17. Valasc. loc. citat. nu. 8. & 9. vbi ait quod iurisdictio conseruatoria est delegata, & non debet

6 ampliari in præiudicium iurisdictionis ordinariæ, quæ fauorabilior est, vt in cap. P. & G. de offic. delegat. & resoluunt Doct. in rub. ff. de off. eius cui est mand. iurisdictio Menoch. lib. 2. præsumpt. 16. num. 13. præsumpt. 15. nu. 1. & 2. & præsumpt. 17.

7 eod. num. 1. eo maximè, quia conseruatoriæ sunt odiosæ, & strictè interpretandæ, vt inquit Rot. decis. 164. n. 4. par. 3. lib. 3. diuers. vnde Io. Monac. in

8 cap. statuimus nu. 4. de off. delegat. in 6. ait, quod Cõseruator non habet potestatem defendẽdi iniuriam simplicem, sed qualificatam ex cap. vlt. in fi. eod. tit. tum denique quia ex regula clara l. vbi cæptum ff. de iudicijs, vbi cæptum est iudicium ibi

9 determinari debet, nec ad aliud Tribunal est auocandum, vt latè ibi Doctores omnes.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Refertur casus decisionis.*
2 *Litteræ Apostolicæ semper sunt ostendendæ pro titulo beneficij, nec sufficit mandatum de manutenendo.*
3 *Referens se ad instrumentum, debet probare in ipso contenta.*
4 *Textus in l. cogi C. de petit. hæred. non habet locum in beneficialibus.*
5 *In beneficialibus non datur possessio sine Canonica Institutione.*

An producens mandatum de manutenendo in possessione alicuius beneficij, possit cogi ad exhibendas litteras Apostolicas prætensas subreptitias.

DECISIO CXCII.

1 CVm in Ciuitate Ischæ vacasset beneficium
Iurispatronatus, & ad illud fuissent presētati duo clerici, alter quorum cum fuisset in-
stitutus ab Episcopo Ciuitatis prædictæ per sen-
tentiam à qua cum appellasset alter eorum ad
Metropol. Archiepiscopum Neapolitanum ,
qua appellatione pendēte institutus fuit immissus
in possessionē, postea verò impetrauit litteras Apo
stolicas vna cum mandato de manutenendo Au-
ditoris Cameræ, vnde cum in dicta Curia Metro-
politana Appellans instaret, vt dictas litteras Apo
stolicas ostenderet, prætēdendo ex parte impetran
tis esse subreptitias, fuit dubitatum, an sufficeret
dictum mandatum de manutenendo, vel esset ne-
cessarium exhibere dictas literas Apostolicas, ad
effectum, vt appellans possit fundare suam exce-
ptionem, scilicet, quod possessio fuit attentata, &
communi Dominorum consensu fuit resolutum
2 esse cogendum dictum institutum ad exhibendas
litteras Apostolicas, & verificare omnia in eis
narrata, alias possessio reuocabitur, vt attentata
Iasin l. fin. C. de edendo Caputaquens. decis. 294.
part. 1. Abbas, & Felynus in cap. ex epistolæ verbis
num. 26. de probat. Baldus in l. fin. C. de precib. im-
perat. offerend. Mars. sing. 271. maximè cum in-
strumentum possessionis habeat relationem ad
dictas litteras Apostolicas, & sic teneatur edere
omnia in illo contenta Decius in l. edita C. de
edendo Alexander cons. 3. nu. 1. lib. 2. Aym. cons.
3 112. nu. 15. & referens se ad instrumentum debet
ostendere omnia quæ in ipso continētur l. final. C.
de fid. instrum. Rota. cons. 83. Capyc. decis. 40.
4 Nec obstat text. in l. cogi C. de petit. hæredit. vbi
habetur, quod nemo tenetur docere de titulo suæ
possessionis, quia ista regula non procedit in be-
5 neficialibus, vbi non datur possessio sine Canonica
institututione cap. 1. de regulis Iuris Oldrad. cons.
1. num. 20.

SVMMARIVM.

1 *Inter alias species ciuilitatis est illa, quæ fit per allectionem.*
2 *Ciues allecti fruuntur ijsdem priuilegijs quibus gaudent originarij.*
3 *Facultas allectandi in ciues est concessa Ciuitati Neapolis per priuilegium.*
4 *In Curia Archiepiscopali non admittuntur ad ordines ciues allecti.*

An exterus allectus in Ciuem in Ciuitate Neapolis possit ab Illustrissimo Archiepiscopo ipsius Ciuitatis ordinari.

DECISIO CXCIII.

QVidam exterus Ciuitatis Neapolis (depen-
debat enim à Diœcesi Capaccij ex origi-
ne) petebat in Curia Archiepiscopali
ordinari posse ab Illustrissimo nostro, stante, quod
esset declaratus Ciuis Neapolitanus, quare dubi-
tabatur quid Iuris, pro parte ipsius petentis addu-
cebatur Nouar. de elect. & variar. fori quæst. 39.
1 sect. 2. nu. 18. vbi firmat vnam speciem ciuilitatis
esse illam, quæ fit per allectionem ex textu in l. ci-
ues C. de incol. ibi ciuem facit allectio, quæ assum-
ptionem ad ciuilitatem significat, & ibi dicit Luc.
de Penn. in princip. & Bart in l. 1. col. 4. vers. posset
etiam ff. ad municip. ita quod secundum eundem
2 Nouar. d. quæst. 39 n. 7. tales ciues allecti fruuntur
eisdem commodis, quibus fruuntur originarij ci-
ues, cum, & incommoda ferre debeant Barr. in l. 1.
nu. 16. ff. ad municip. Boer. decis. 262. nu. 13. imò
quod ciuis taliter creatus, taliter nomen ciuis ob-
tinet, vt leges omnes loquentes de ciue, & hunc
comprehendant, vt post Bart. & Are in. quos al-
legat scribit idem Nouarius vbi supra nu. 10. con-
tra decis. Fabr 17. C. de verb. significat.
3 Quod hæc autem facultas allectandi, vel assu-
mendi in ciues exteros competeret huic Ciuitati
adducebatur particulare priuilegium cap. Regis
Federici de anni 1496. in cap. 15. fol. 32. virtute
cuius capituli non est dubium, quod tales ciues al-
lecti gaudent, prout cæteri originarij in honori-
bus, & muneribus Ciuitatis, quod etiam est de
Iure per textum in l. si accepti ff. de Iur. fisci, notat
Bart in l. si is qui pro emptore ff. de vsucap. vbi
DD. & præcipuè Iason col. 6. Angel. de Malefic.
in §. Bononia versic. quero quis dicatur forensis
eos refert, & sequitur idem Nouar. d. quæst. 39.
nu. 20.
4 Ex his igitur petebatur, & allegabatur ex parte
volentis suscipere ordines posse ipsum ordinari ab
Illustrissimo huius Ciuitatis Archiepiscopo; sed
totum contrarium fuit dictum in hoc casu, &
sic quotidie seruamus in nostra Curia Archiepi-
scopali, vbi non admittuntur ordinandi hi qui sūt
allecti in ciues Neapolitanos, nisi litteris dimisso-
rialibus eorum Ordinariorum mediantibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fines mandati sunt diligenter custodiendi, limita nu. 5.*
2 *Acta contra mandati formam sunt nulla.*
3 *Concessa iurisdictione, censentur concessa ea sine quibus explicari non potest.*
4 *Plus est Procurator constitutus ad exigendum quam ad agendum.*

Procurator constitutus ad exigendum, an possit comparere in iudicio, & cogi facere debitores ad soluendum, iuris, & facti remedijs opportunis.

DECISIO CXCIV.

CVm de hoc hæsitatum esset coram Reuerendissimo D. Petro Antonio Ghiberto, tunc Generali Vicario Neap. ac Locumtenente Delegato Sedis Apostolicæ in causa Procuratoris Alonsi Sayas olim Secretarij Regis nostri, eo quod dictus Procurator ad exigendum constitutus, dum in iudicio comparendo quẽdam Prælatum debitorem ad soluendum condemnari expostulasset, compilato demum processu, & sententia inde promulganda erat compertum fuit dictum Procuratorem non habere potestatẽ comparendi in iudicio, sed tantum ad exigendum, ob quod iuxta Iuris dispositionem non poterat in iudicio comparere, cum fines mãdati sint diligenter
1 attendendi, nec excedendi vulgat. l. diligenter ff. mandati l. cum mandati C. eod. tit. cap. cum dilecta extra de rescriptis Rota in nouis decis. 428. Surdus decis. 209. Magon. decis. 3. quos refert, & sequitur Nouar. in coll. ad Prag. 1. sub rub. de procurat. Alexander cons. 21. nu. 4. vol. 6. & cons. 90. nu. 2. vol. 3. & mandati verba potissimum diligenter consideranda sunt Afflict. dec. 91. post num 9.
2 adeo quod acta contra mandati formam nulla sunt, quin etiam si fuerint præter mandati formam Litem eorum §. sed si ita vbi Bart. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. vt post Mar. Iun. cons. 22. num. 14. vol. 3. tenuit Gabriel in cons. 155. nu. 30. vol. 1. dicens idcirco Dominum minimè obligari ex facto Procuratoris fines mandati excedentis Bellon. decis. 174. nu 6. Bursat. cons. 395. nu. 13. vol. 3. nouissimè Nouarius in d. collect. decis. ad Pragm. 1. sub Rubrica de Procuratoribus.

Verum cõtrarium fuit resolutum, & exceptione prædicta non refragãte processum fuit ad prolationem sententiæ, & per eam condemnatus de-
3 bitor ad soluendum dicto Procuratori, nam concessa iurisdictione, intelliguntur concessa omnia ea sine quibus explicari non potest Carauit. in rit. 295. num. 28. & concesso vno, videtur etiam concessum illud sine quo illa concessio expediri non potest Fel. cons. 18. nu. 10. quemadmodum enim Procurator ad agendum, censetur etiam ad defendendum Iod. in praxi ciuil. cap. 85. nu. 7. & sic pariter in mandato generali ad exigendum censetur concessa facultas comparendi in iudicio, nã mandatum ad exigendum importat, quod in iudicio agat, quia in iudicio ab inuito extorquet l. fideicommissa §. si rem de legat. 3. Bart. communiter sequutus in l. hoc Iure ff. de solut. idem Bart. in l. solum ff. solut. matrim. vbi latissimè Alexand. qui in tantum voluerunt hoc esse verum, quod fecerunt quæstionem, an à sponte soluente, possit Procurator ad exigendum solutionem recipere, ponderando Iura, quæ voluerunt, hoc verbum propriè comprehendere à quo inuito per viam iudicij fit exactio, idem tradit Io. de Platea in l. 2. C. de can. largit. tit. lib. decimo, & plus est Procurator
4 constitutus ad exigendum quam ad agendum, nam primo casu potest agere, & solutionem recipere d. l. hoc Iure, & postquam potest agere internuncius, ad finem vt exigat, licet etiam sit agens constitutus, poterit etiam suum principalem defendere tãquam necessarium antecedens exactionis faciendæ, quia nisi defendat non poterit exigere, & ad finem vt exigat cẽsentur mandata omnia ea per quæ ad illud peruenitur, prout in propria materia sunt Iura vulgaria in l. ad legatum, & in l. ad rem mobilem ff. de procurat. in l. 2. ff. de iurisd. omnium iud. & ob id habens mandatum ad agendum tantum, intelligitur habere etiam ad defendendum, & si in illet defendere denegaretur actio ad text. in l. 1 actionem C. de procurat.

5 Non obstat quod fines mandati sint diligenter seruandi, nam respondeo illam conclusionem esse veram, & procedere quotiescunque non tenderet ad beneficium principalis, sed secus si excessus esset ad vtilitatem, & beneficium domini, vt in casu nostro arg. text. in l. præterea in princip. cum l. seq. ff. mandati vbi Bart. & voluit Castrens. in cons. 230. vol. 1. & vide Alexand. cons. 216. vol. 6. quos sequitur Magon. d. decis. Florẽt. 3. nu 13. 14. & 15. relatus per Nouar. in d. collect. decis. ad d. Pragm. 1 sub rub. de procurat. & facit posse procuratorem
6 fines mandati excedere vbicunque præcisè, & in forma specifica illa adimpleri non possunt, in isto enim casu sufficit illud adimpleri, vt possibile est Panormit. cons. 25. sub num. 2. vol. 2. Crauett. cons. 65. nu. 2. & 3. Roland. à Valle cons. 93. n. 37. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Permutationes sine iusta causa coram Ordinario fieri non possunt.*
2 *Permutationes sunt odiosa.*
3 *Necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ sunt iusta causa permutationis, vel etiam vtilitas permutantium num. 4.*
4 *Constitutio Pij V. prohibens resignationes, & permutationes, donec detur ab ipso modus refertur.*
6 *In alia constitutione datur modus, & prohibentur resignationes, sed permutationes permittuntur.*
7 *Permutationes per Bullam Pij V. versic. ad hac, restituuntur ad ius commune, & num. 8. & 9.*
10 *An solum in manibus Papæ hodie fieri possint permutationes.*
11 *Quid sit faciendum, quando beneficia quæ permutantur sunt in diuersis Diæcesibus remissiuè.*
12 *Et an in permutatione beneficiorum inæqualiorum possit imponi pensio ab Ordinario, remissiuè.*

Exa-

Examinatur, & reprobatur doctrina Parisij de resign. benefic. lib. 5. q. 6. nu. 231. asserentis in permutatione requiri vnam ex causis in Bulla Pij V. expressis, ad hoc vt ab Ordinario admittatur.

DECISIO CXCV.

IN puncto quaerebatur, an ad hoc vt Ordinarius possit admittere resignationem ex causa permutationis requiratur vna ex causis Bullae Pij V.

1 Ad cuius articuli intellectum necessario praemittendum putaui, non esse dubitandum etiam de Iure communi non esse concessum, permutationem fieri coram Ordinario sine iusta causa, quam ipse Ordinarius, siue Episcopus disquirere, & cognoscere debet cap. quaesitum de rerum permut. & ibi DD. Card. in clemen. vnica num. 15. de rerum permut. Anchar. cons. 279. Rot. decis. 8. in antiq. de procur. nu. 4. Staphil. de litt. gratiae tit. de modo, & forma impetrand. 6. de iurispatr. permut. nu. 2. Dec. cons. 141. Aymon cons. 81. & alij, & super his Calder. cons. 2. de rerum permut. nu. 2. vbi
2 ait, quod permutationes sunt odiosae, & ideo restringendae, quia sunt contra Concil. cap. maioribus de praeb. ideo requiritur causa, vt contra illud Episcopus dispenset Thuscus conclus. 303. nu. 1. & 365. nu. 2. & 5. litt. P. Verum causa legitima non
3 alia est, nisi necessitas, aut vtilitas Ecclesiae, vt colligitur ex d. cap quaesitum vers. si autem Episcopus, & tradunt Anchar. Bell. Paris. & alij, quos refert Garz. de benef. cap. 4. de permut. nu. 45. tom. 2.
4 vel sufficit etiam vtilitas ipsarum personarum permutantium, vt tenet glos. 2. per text. ibi in cap. cum vniuers. de rerum permut. & ibi Abb. nu. 7. & in d. cap. quaesitum n. 6. & alij quos refert idem Garz. vbi supra nu. 46.

Ex quibus positis, & praemissis veniêdo ad propositum articulum, videbatur, quod hodie ex constitut. Pij V. in Bulla 58. die 10. Aprilis 1568. fol. 1014. non sufficiant solum hae causae relatae de Iure communi, sed sint attendendae causae ibi in Bulla positae per id qd dicit Paris. de resign. benef. lib. 5. q. 6. nu. 231. qui dubitat in hac re, & se vidisse dubitari ait, cû Pius V. in constit. 42. die 18. August.
5 1567. incip. officium creditae suspendit facultates Ordinariorum recipiendi resignationes, & permutationes beneficiorum, donec detur modus, & postmodum in d. constit. 58. dat modum resignationibus, ergo suspensio durat etiam in permutationibus, maximè cum in permutatione etiam debeat praecedere resignatio.

Quae quidem opinio vtique haberet locum si in hac secunda constitutione nulla esset facta mentio de permutatione, sed miror de Flam. Parif. cum in d. const. 58. cuius tenorem in principio illius quaestionis ponit in vers. At haec eius Bullae expressè concedatur Ordinarijs admittere beneficiorum
6 permutationes, quae canonicis sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur, & ita rectè aduertit Fusch. de visit. lib. 2. cap. 28. nu. 22.
7 dicens, quod permutationes beneficiorum fieri possunt coram Ordinario ex d. vers. At haec, sed tamen seruata forma canonicarum sanctionum (licet per primam Bullam 54. fuerant abrogatae) rectè etiam Zerol. in praxi prima par. verbo renunc. seu permutat. §. 3. primo dub. dicens, quod d.
8 Bulla admittit beneficiorum permutationes iuxta canonicas sanctiones d. cap. quaesitum de rerum permut. & cap. vnic. eod. tit. in 6. & Flores de Mena quaest. 24. nu. 21. dicens quod in d. versic. at haec concessum est admittere permutiones simpliciter
9 secundum Ius commune, & sic concludendum est, nullam requiri causam Bullae, sed solum esse necessariam vnam ex duabus causis Iure communi expressis, quas supra in principio recensuimus virtute d. dispositionis vers. at haec, quem versiculum non consideratum à Paris. etiam perpendit Quar. in Bullar. verb. benef. permutatio, & sentit etiam Vgol. de simon. cap. 22. §. 3. nu. 2. & Zecch.
10 de repub Eccle siast. de benef. nu. 8. Et cessat etiā quod dicit Mandos. in tit. de permut. ad finē, quod permutationes in manibus Papae tantum hodie fieri possint, prout in d. prima Bulla Pij V. & contra Paris. nominatim tenet Gonzal. glos. 14. nu. 33. & Azor. lib. 2. instit. moral. cap. 16. q. 5. circa fin. & c. 19. quaest. 15.
11 Et quid sit faciendum, quando beneficia, quae permutantur sunt in diuersis Dioecesibus vide opt. glos. in d. cap. vnico de rerum permut. in 6. Franc & alios, & Formularium instrumentorum mihi fol. 354. vbi ponitur collatio ex causa permutationis, & quidem sententia glosae est cômuniter approbata, quam sequuntur Bellam. Petr. de Perus. Gambar. Azor. & alij quos refert idē Garz. vbi supra nu. 66.
12 Et an in permutatione beneficiorum inaequalium in valore coram Ordinario possit authoritate ipsius reseruari pensio, seu refundi pecunia ad coequandos fructus, vide dicta per eund. Garz. de benef. prima par. cap. 5 à nu 334.

Et sic secundum supradicta fuit iudicatum in Curia Archiep.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest dispensare super irregularitate deducta in foro contentioso, intellige, vt num. 2.*
3 *Si reos d. prauatis medys causam vicerit, adhuc delictum dicitur occultum, & potest promoueri.*
4 *Fama non probat delictum.*

Inquisitus de homicidio, & absolutus, & in totum liberatus, an possit impediri, ne sumat ordines.

DECISIO CXCVI.

CVm quidam Iuuenis terrae Vallatae Dioecesis Bisacien. fuisset inquisitus de homicidio, & carceratus, & coram Iudice laico causa cognita fuisset in totum absolutus, Postmodum cum vellet ad ordines se promoueri facere ab Ordinario suae Dioecesis, Dubitabat Dominus Vicarius illius Episcopi, an eum propter talem inquisitionem deberet promouere, qui qui-

M dem

dem Vicarius cum mihi impofuiffet, vt dicerem quid de Iure in tali cafu fentirem, refpondi, quod quamuis Epifcopus difpenfare non poteft circa
2 irregularitatem propter delictum deductum ad forum contentiofum ex Conc. Trid. feff. 24. de reformatione cap. 6. tamen non eft intelligendum
2 accufatione ceffante, & reo liberato, fed ea pendente Thefaur. caf. confcient. lib. 7. cap. 7. vnde fi quis vel denunciatus fuerit Iudici de aliquo delicto graui, quod irregularitatem inducit, vel de eodem inquifitus fit, vel etiam de tali delicto accufetur, difpenfare non poteft Epifcopus, fed folus Papa vt pendente denunciatione, inquifitione, aut accufatione promoueri poffit argum. cap. omnipotens, & ibi glof. de accufat. & arg. cap. tantis dift. 81. & Specul. tit. de difpenf. §. iuxta verf. item denunciatur, & verf item accufatus Maiol. lib. 3. c. 17. nu. 8 Henriq. lib. 14. cap. 17. §. 3. in text. in annot. litt. H. & cap. 18. §. 1. in fine, & cap. 20. §. quod intelligitur, ergo fi prohibetur accufatione, vel inquifitione pendente non intelligitur reo abfoluto, vt in cafu noftro, pro quo facit quod dicit idem Henriq. vbi fupra §. quod intelligitur, vbi dicit quod ex Maioli doctrina fupradicta non intelliguntur de reo abfoluto, quia tunc vtpote delictum delictum nõ debet impedire, quo minus promoueri poffit ex glof. in princip. diftin 49 in verbo fi adhuc, & licet ille qui neque inquiritur, neque accufatur, fed ei in modum exceptionis, tale crimen obijcitur, promoueri non debeat, donec fuper exceptione fuerit plenè difcuffum, tamen hoc fallit in cafu noftro, cum de crimine erat abfolutus, & liberatus: Et tempus datum ad litem terminãdam in ordinibus fufcipiendis pro Epifcopis eft trimeftre, ꝓ alijs Epifcopis inferioribus annus expectatur, infra quod tempus fi denunciatio, inquifitio, accufatio, vel exceptio non expediatur, poterit Epifcopus talem ordinare, vt notat glof in cap. tantis in verbo oriepfit dift. 81. & citat Auth. de Sanctis Epifcop. §. 3. coll. 9. & glof. in cap. omnipotens in verbo nunciatur de accufat. & idem docet Maiol. vbi fupra num. 9 Et infuper fecundum Sayr. The-
3 faur. caf. confcient. vbi fupra nu. 12. fi reus medijs etiam deprauatis caufam vicit, & abfolutus fit, ita vt ceffet ratio deducti criminis ad forum contentiofum, nunc delictum cenfetur occultum, & fic non prohibetur ordines recipere, vt tradunt Vivald. tract. de excommunic. nu. 41. vbi ait grauiffimos Doctores Salmaticenfes, ita cenfuiffe, & Henriquez lib. 14. cap. 20. §. 4. citans ad hoc Nauar. in manual cap. 27. nu. 241. verf. 1. in fin. vbi fauere videtur huic fententiæ. Addunt autem Maiol. lib. 3. cap. 17. nu. 10. & Henriquez lib. 14. cap. 17. §. 3. in annot. littera H. quod fi delictum, de quo accufatur, aut denunciatur tale fit in quo Epifcopus preueniendo poteft difpenfare, tunc quidem etiam caufa pendente poterit Epifcopus in irregularitate illa difpenfare.

Nec obftat, quod prædictus Dominus Vicarius dicebat, fcilicet, quod talis delinquens erat diffa-
4 matus, quia fama non probat delictum gloff. & communis in cap. veniens de teftibus, nec vnus teftis de vifu fufficit, & quatenus non effet omninò occultum, non poteft negari quin faltem dicatur penè occultum, cum difficulter probari poffit & etiam quod fcitur à quinque dicitur occultum quamuis plenè probari poffit iuxta fupra citatos.

SVMMARIVM.

1 *Affiftentia proprij Parochi contrahentium exigitur de neceffitate Sacramenti ad valorem matrimonij, quod amplia, vt nu. 2. limita nu. 3.*

4 *Matrimonium contractum in præfentia Sacriftæ abfque Parocho eft annullandum, & ita decifum.*

Matrimonia puellarum exiftentium in Cõferuatorio, an à Sacrifta Ecclefiæ, vel Parocho fint celebranda.

DECISIO CXCVII.

1 ASfiftentia Parochi proprij contrahentium exigitur de neceffitate Sacramenti ad valorem matrimonij, vt patet ex cap. 1. in decreto de reformat. matrim. feff. 24. Sacri Concilij Tridentini in verf idcirco Sacri Lateranenf. Concilij, ibi antequam matrimonium contrahatur ter à contrahentium proprio Parocho tribus continuis diebus feftiuis in Ecclefia inter miffarum folēnia publicè denunciet, &c. & iterum inferius ibi quod fi quis Parochus, vel alius Sacerdos Regularis, fiue fecularis fit, &c. alterius Parochiæ fponfos fine illorum Parochiæ licentia, matrimonio coniungere, aut benedicere aufus fuerit, ipfo Iure tamdiu fufpenfus maneat, quamdiu ab Ordinario eius Parochi qui matrimonio intereffe debebat, feu à quo benedictio fufcipienda erat abfoluatur, verba igitur illius eiufdem Capituli in medio pofita ibi, qui aliter quam præfente Parocho, &c. de proprio Parocho contrahentium intelligenda funt, præcisè iuxta præcedentia, & fubfequentia, quod etiam probatur ex cap. 13. in fin. de reformat. eiufdem feff. 24. ibi, & à quo folo, fcilicet proprio Parocho licet Sacramenta fufcipiant, & in terminis ita tenent, & docent Menoch. plures referens conf. 398. volum. 4. Nauarr. lib. 4. in prima editione tit. de clandeft. defponf. conf. 2. nu. 1 & in manual. latin. cap. 25. nu. fin. in fin. & ita fuit decifum Rotæ fententia, vt patet ex decifione nouiff. 643. & 656. & feq. tom. 1. fequitur Spin. in fpecul. teftam. glof. 15. num. 37. Salzedo in pract. crim. can. cap. 37. in noua editione verf. 14. Dauallos in direct. Iud. Ecclef. par. 2. cap. 15. nu. 46. Rodriquez in fua fum in 2. edit. tom. 1. cap. 219. nu. 4. Petrus de Ledefm. de matrim. q. 45. artic. 5. punct. 3. dub. 3. conclus. 1. quos refert, & fequitur Sanchez de matrim. lib. 3. difp. 19. num. 2. eftquè vera procul dubio hæc fententia.

2 Quo fit vt in Hyfpania licet virtute Bullæ Cruciata poffit eligi quilibet Sacerdos approbatus ab Ordinario ad recipienda Sacramenta, non tamen poterit eligi alienus Parochus, vel alius Sacerdos ad celebrationem Sacramenti matrimonij, non
3 enim in Bulla hoc cenfetur conceffum, nifi de licentia Ordinarij, vel Parochi, vt tam in benedictionibus nuptialibus, quam in coniunctione matrimonij exprefsè cautum eft in d. cap. 1. de reformat.

mat. matrim. sess. 24. in vers. statuitq; vt benedictionem, ibi vel priuilegio, & statim infra ibi etiã si id sibi ex priuilegio, & in terminis, ita tenet Spin. d. glos. 15. num. 43. & alij relati per Sanchez loco cit. num. 3.

4 Ex quibus omnibus, cum fuisset contractum matrimonium puellæ cuiusdam Conseruatorij in quo assistit Sacrista eiusdem Conseruatorij absq; Ordinarij, vel proprij Parochi licentia, determinauit Curia Archiepiscopalis, tale matrimonium esse annullandum cum non fuerit contractum in præsentia Parochi, nec Sacrista de Iure posset dici proprius Parochus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ad effectum obtinendi absolutionem in foro contentioso debet prius satisfacere si possit, aut saltem iuratoriam cautionem præstare.*

2 *Dici non potest satisfacere, qui non potest commode satisfacere.*

3 *Paria sunt aliquid non posse fieri, & incommode posse fieri.*

4 *Textus in auth. hoc nisi debitor C. de solutionibus, quando procedat.*

Excommunicatus in foro interiori propter offensam publicam potest absolui cum proposito restituendi cum poterit.

An paria sint, non posse pactis satisfacere, & posse, sed incommode, ad effectum absoluendi ab excommunicatione contracta in foro contentioso.

DECISIO CXCVIII.

1 Clara est Iuris conclusio, quod excommunicatus ad effectum obtinendi absolutionem in foro contentioso debet prius satisfacere si possit, aut saltem iuratoriam præstare cautionem si aliam non possit dare cap. ex parte de verb. signif. cap. solet de sentent. excomm. in 6. glos. in clemen. 2. de hæret. Nouarius in sua praxi dationis in solutum necessariæ q. 8. nu. 4. & ante eum Nauar. in suo manuali cap. 26. num. 7. &

2 cap. 27. nu. 48. vbi addit eum etiam dici non posse satisfacere qui non potest commode, vt quia non potest satisfacere, nisi notabiliter vendendo bona sua, potestq; differre satisfactionem absque magno damno alieno, & sic in quadam causa mihi delegata à quodam Reuerendissimo Antistite huius Regni iudicaui in facti contingentia contra opinionem Guttierrez Canonicarũ quæstionum cap. 5. nu. 19. & motus fui, quia paria sunt aliquid

3 non posse fieri, & incommode posse fieri, vt etiam paria sunt, emptorem non reperiri, vel iustum rei pretium non offerri, teste Baldo in l. 2. in fin. C. si in causa Iudex, relatus per Nouarium in d. sua praxi dationis in solutum q. 11. numero 2. vbi firmat

4 regulam dispositionem text. in auth. hoc nisi C. de solut. procedere quotiescunque bona debitoris reperirentur vendi, sed non iusto pretio, pretium reperiri enim non dicitur vbi reperitur, sed non iustum, & fieri non posse dicitur, quod cum incõmodo fieri potest, vt non esse annuit Nouarius vbi supra, quod inutiliter est qua de causa colligitur intellectus ad cap. 12. sess. 25. Sacri Conc. Trident. quatenus prohibet absolui subtrahentes decimas, nisi plena restitutione sequuta, quod scilicet poterit eos absoluere Parochus sine d. præuia satisfactione si eam nullo modo, aut nõ commodè facere possunt, vt notat Nauar. cap. 17. num. 59. §. 4. in fin. & cap. 21. nu. 32. & post eum Enriquez de excommunicatione c. 28. §. 1. litt. K. nec requiritur quod saltem recipiat iuratoriam cautionem, sed sufficiat quod pœnitens promittat, vel proponat eam quamprimum poterit facere, sat enim est firmum propositum pœnitentis si non potest dare aliam satisfactionem teste Nauarro in cap. 25. num. 152. ad finem, quem refert, & sequitur Enriquez in tit. de Indulgentijs cap. 13. §. 2. litt. I. & cap. 28. §. 3. litt. A. Adeo quod secundum Nauarr. vbi supra cap. 26. nu. 7. vers. nuper autem addimus etiam si quis

5 esset excõmunicatus propter offensam publicam nihilominus posset absolui in foro interiori cum solo proposito restituendi cũ poterit, licet ibidem nu 37. & cons. 75. de regularib. dub. 11. num. 36. & cons. 6 & 11. de sentent. excommunicat. limitet nõ procedere in cõfessario delegato, qui virtute Bullæ Cruciatæ, vel alicuius Iubilæi, seu priuilegij habet potestatem absoluendi satisfacta parte, vt etiam sequuntur Caiet. in summa in verb. absolutio cap. 4. Med. in sum. lib. 2. cap. 12. fol. 303. Suarez disput. 7. sect. 8. nu. 24. pag 173. & Enriquez de excomm. cap. 28. in princip.

SVMMARIVM.

1 *Citatio debet fieri de facie ad faciem.*

2 *Quando persona citanda ignoratur vbi moretur potest citari per edictum.*

3 *Requisita citationis per edictum remissiuè.*

4 *Citatio per edictum debet fieri ex causa necessitatis.*

5 *Exterus potest citari per edictum.*

6 *Citatio per edictum est remedium subsidiarium.*

An exterus possit citari per edictum.

DECISIO CXCIX.

1 Qvamuis citatio debeat fieri de facie ad faciem, quam de persona, siue personaliter dicimus in hoc Regno, vel ad domum l. scire oportet §. qui autem ff. de excusat. tut. l. 4. §. prætor ait vbi Bart. ff. de damno infecto, latè Nouarius in suis reportatis ad pragmat. quæ incipit quilibet agere volens in tit. de ordine Iudiciorum, vbi declarat Nũcium debere facere suum posse, & diligentiam si possit citandum facie ad faciem, seu personaliter citari, & posse, ac diligentia factis, si non reperit illum domi citari arg. cap. 1. qui mat. fac. poss. ibi sed litteris tuis quæsiuis non dum potuit inueniri Gaball. milleloq. 843. Crescent. decis. 7. de dol. & contumac.

2 Tamen quotiescunque persona citanda ignoratur vbi sit, nec sciatur, aut sciri possit, vbi moretur, tunc potest citari per edictum, vt est videte in

clemen 1. de Iud. & penes Gail. obſer. 57. lib. 1. &
latè penes Coſt de remed. ſubſi liar. remed 13. vbi
3 refert requiſita ad hoc, vt habeat locum iſta cita-
tio, & appellat illam remedium ſubſidiarium, quia
4 vt citatio per edictum liget, debet fieri ex cauſa
neceſſitatis, ideſt deficiente omni alio meliori mo-
do quo citius, & certius vt ad notitiam in citatione
compræhenſorum deuenire poſſit c. fin. de elect.
in 6. Signor. conſil. 57. Angel. conſil. 289. Oldrad.
conſ. 93.

5 Quam concluſionem Nos ampliauimus in Cu-
ria Archiepiſcopali, procedere, & habere locum,
etiam contra exterum. nam cum in quadam cau-
ſa (quam honeſtatis gratia taceo) eſſet citandus
quidam Siculus, à noſtra Curia cumque de man-
dato ipſius Curiæ fuiſſet per noſtros Curſores, &
Nuncios perquiſitio facta in loco in quo habitare
ſolebat, & in multis alijs partibus in quibus erat
ſolitus commorari, & nullatenus reperiretur, man
dauimus ipſum eſſe citandum per edictum, pro-
6 ut realiter fuit citatus, nam cum citatio per edi
ctum ſit remedium ſubſidiarium, vt per Decian.
in conſ. 23. lib. 5. Becc. conſ. 12. Surd. conſ. 181. vol.
2. in caſu quo is non reperitur, ita debet procedere
in extero, ſicut in ciue, diuerſitatis enim ratio ra-
tionabiliter aſſignari nequit, vnde ſubintrat regu-
la idem Ius hic debere cadere iuxta text. in l. il-
lud ff. ad leg Aquil. & relata per Nouarium in ſua
praxi elect. & variat. for. q. 53. ſect. 1.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio mandatarij non facit inditium, niſi ad in-
ſtructionem.*
2 *Socius criminis non admittitur in teſtem contra ſo-
cium, nec pro ſocio, limita nu. 4.*
3 *Socius criminis non admittitur ad accuſandum
alterum ſocium.*
5 *Dictum mandatarij nunquam facit inditium, niſi
in tortura contra mandantem.*

An dictum Mandatarij probet cõtra mandantem ab ipſo inculpatum, & nominatum.

DECISIO CC.

1 REgulariter confeſſio mandatarij non facit
inditium, niſi ad inſtructionem, vt tradunt
Bald. in conſ. 429. vol. 3. & in conſ. 97. vol.
5. Bertacch. in ſuo repert. in verb. mandatarius, ſe-
quitur Marſilius in l. 1. §. Diuus Antoninus ff. de
quæſtionibus in ſua pract. in §. diligenter num. 60.
cum ſequentibus Gram. deciſ. 28 nu. 9. qui in cõſ.
crim. 38. nu. 20. aſſeuerat, quod non valet etiam
ad formandam inquiſitionem, & merito, cum
2 mandatarius ſit ſocius criminis, & in teſtem non
admittitur ſocius criminis contra ſocium, nec
pro ſocio, ſi in eodem crimine ſocius eſt l. fin. C.
de accuſationib. & ita firmauerunt per illũ text.
gloſ. Bart. Bald. Salicet. & Paul. Caſtrenſ. in l. quo-
niam liberi C. de teſtibus Bonifac. in tract. de ma-
lefic in rub. de teſtib. Decius conſ. 189. adeo quod
non eſt teſtis idoneus ipſe ſocius criminis, etiam
ad formandum inquiſitionem, ſecũdum commu-
nem opinionem omnium Doctorum, quam citat
& ſequitur Decius in d. conſ. 189. nu. 9. & in conſ.
133. n. 2. imò quemadmodum ſocius criminis nõ
recipitur in teſtem contra ſocium, ita nec admit-
3 titur ſocius eiuſdẽ criminis ad accuſãdũ ſocium,
& ſic ab accuſando, & denunciando repellitur,
vt per gloſ. & Bart. in l. qui accuſare nu. 8. ff. de ac-
cuſat. Dec. in d. conſ. 133. nu. 2. & per alios latè cõ-
geſtos per Nouell. in tract. ad defenſam in rubrica
quæ perſonæ accuſare non poſſunt nu. 33. & ſeq.
vbi hoc limitat, & declarat in tribus caſibus, vt
4 ibi per eum, licet ſocius criminis admittatur, vbi-
cunque veritas ex natura negocij aliter haberi, ac
ſciri nequeat, puta in coniuratione, vel tractatu fa-
cto inter aliquos, ad quem probandum recipiun-
tur teſtes alias inhabiles, cum ſecreto fiant ſecun-
dum Iaſ. in l. 1. col. penult. C. de Sum. Trinit. & Fid.
Catholic. ita quod in tali caſu dictum ſocij crimi-
nis adminiculatum facit inditium ad torturam
iuxta com. illam concluſionem de qua in cap. fin.
de teſtibus cogend. & per But. & alios in cap. quo-
niam de teſtibus, & per Aret. in conſ. 61. vltra alios
quos conſulto omitto.

5 In Curia autem noſtra Archiepiſcopali iudica-
tum eſt, dictum mandatarij nunquam facere in-
ditium, niſi in tortura.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtata dicitur is qui relicto habitu ſuæ Religio-
nis ad ſeculum redijt.*
2 *Apoſtaſia eſt retroceſſio à ſtatu ordinis Sacri ad
ſtatum ſæculare propria authoritate.*
3 *Clericus ſecularis committit Apoſtaſiam ducendo
vxorem.*
4 *Miles Hieroſolymitanus profeſſus qui dereliquit
habitum dicitur Apoſtata.*
5 *Milites Hieroſolymitani ſunt propriè Religioſi.*
6 *Statutum loquens de Religioſis extenditur ad iſtos
Milites.*
7 *Milites Hieroſolymitani non ſuccedunt in feudis.*
8 *Milites Hieroſolymitani quicquid acquirunt, Reli-
gioni acquirunt quoad proprietatem.*
9 *Milites Hieroſolymitani debent gaudere beneficio
electionis fori ſicut cæteri Religioſi.*

An Miles Hieroſolymitanus, qui contrahendo matrimonium reliquit habitum dicatur Apoſtata.

DECICIO CCI.

1 APoſtata irregularitatis, ſeu Religionis dici-
tur is qui ab ordine ſine habitu aſſumptæ
Religionis, ad ſæculum redijt Alber. in
rub. C. de Apoſtat. verſ. de Iure Bart. in eadem
rub. vbi nos quotidie egredientes ex Religione

Apoſta-

Apostatas appellamus, est text. in cap. 1. & 2. q. 3. c.
omnes 27. q. 1. per quæ Iura communiter tradi-
derunt Canonistæ in cap. 1. de Apostatis, vt ibidé
videre est apud Innocent. num. 1. vers. tertia Ir-
regularitas Hostiens. nu. 1. eodem vers. Boic. nu. 2.
vers. Irregularitatis scilicet & vers. hoc autem fit
multis modis, & nu. 7. Anchar. nu. 1. vers. Innoc.
hic dicit. Antonin. in sum. part. 2. tit. 12. cap. 6. in
princ. vers. contingit ergo, vbi tamen dicit non
iudicari Apostatam, seù fugitiuum eum, qui ad
longinqua diù vagatur, nisi postquam sic viuit,
quod animum redeundi se deposuisse ostendat
Angel. in verb. apostasia in princip. vers. propria
verò & ibi addentes nu. 1. litt. G. in verb. quod sic
Afflict. in const. Regni de hæret. & patarenis cap.
1. nu. 3. rub. 3. de Apostatis, Decian. in tract. crim.
lib. 5. cap. 71. nu. 3. Mascard. de probationibus lib.
1. conclus. 112. nu. 1. Menoch. de arbit. Iudic. lib. 2.
centur. 6. cas. 146 nu. 27. & 28. Zecch. in sum part.
1. tit. de fide cap. 24. Rub. de Apostasia num. 7. vbi
2 propterea dixit, Apostasiam esse retrocessionem
à statu ordinis sacri ad statum sæcularem propria
auctoritate Nauar. cons. 1. de Apostatis lib. 5. vbi
plura notanda ad hanc materiam, & præsertim
de ijs, qui vigore Breuium Penitentiariæ, seú alias
à Summo Pontifice impetratorum foris steterũt,
vel ex licentia suorum Superiorum, seù alias quo-
uis modo extra claustra vixerunt Bannes in com-
mentar. ad D. Thom. 2. 2. q. 12. art. 1. vers. pro de-
cisione ergo, vbi dixit apostatam à Religione dici
omnem illum, qui dimittit habitum suæ Religio
nis quam vouit sollemniter animo nunquam ad
illam redeundi.

3 Et multo magis in Religioso, seù clerico secu
lari, qui dimisso habitu, seù etiam non dimisso
vxorem duxerit, is enim quod apostata dicatur
tradunt communiter Canonistæ in cap. 1. ext. de
Apostatis, vt ibi videre est apud Innocent. num. 1.
vers. hoc autem fit multis modis Hostiens. in sum.
de Apostatis §. quæ species nu. 2. in fin. vers. fit er-
go hoc pluribus modis, Goffred. in ead. sum. rub.
de apost. nu. 2. in fin. vers. vxorem ducẽdo Diaz in
pract. crim. canon. in verb. apostatæ cap. 115. num.
2. post vers. pœna insuperimò contra istos cleri-
cos, seù Religiosos vxorem ducentes possunt In-
quisitores prouidere, vt voluit Graff. lib. 4. suarũ
decisionum c. 18. n. 17. Quod Nos diximus in Cu
4 ria Archiepiscopali id esse verum in militibus
Hierosolymitanis, qui si fuerint professi, & dere-
linquunt habitum debent dici etiam apostatæ, &
hoc fuit in causa Fratris D. Simeonis Hieronymi
de Aragona, qui erat Eques Hierosolymitanus, &
renunciauerat de facto habitum dictę Religio-
nis, D. Helenam Alegambe, & de hoc mi-
5 randum quippe non est, cum milites Hierosoly-
mitani sint propriè, & vere Religiosi, Nouarius in
sua praxi elect. & variat. for. quæst. 37. sect. 1.
vbi num. 3. dicit quod milites dictæ Religio-
nis, sunt de ordine clericali, & extra legem
matrimonij, & habent certum viuendi mo-
dum, & dicunt horas Canonicas, iuxta Pontificiã
institutiones clementin. 1. de relig. domibus Mol.
de primogenit. Hispaniæ lib. 1. cap. 13. nu. 98. vn-
de videmus, quod inferens manus in istos milites,
acsi in Religiosos manus iniecisset est excommu
nicatus, vt post glos. in cap. quisquis §. sacrilegi &
in verb. Ecclesiastici 17. q. 4. Nauar. cons. 11. de
regular. tradit idem Nouarius in d. quest. 37. nu.
8. vbi meminit de resolutione nostra prima tom.
6 2. praxis, & hinc euenit, quod statutum loquens
de professis, & Religiosis, extenditur ad huiusmo
di milites, vt per Fab. decis. 27. C. de Episcop. &
clericis, & ideo per ingressum talis Religionis
dissoluitur matrimonium non consumatum Na-
uar. consil. 2. de conuers. coniugatorum, quem re
fert, & sequitur Nouarius vbi supra numero 6.
7 qui numero 9. dicit istos milites non posse suc-
cedere in feudo requirente seruitium personale
iuxta opinionem Doctorum relatam per Me-
noch. de arbit. Iudic. cas. 230. lib. 2. num. 29. in ad-
dit. qua de causa videmus, quod prædicti Equi-
8 tes quicquid acquirunt, Religioni acquirunt
quo ad proprietatem, vt habetur in constit. dictæ
Religionis tit. 16. rubr. de contractibus, & alienat.
9 cap. 10. & sic tales milites Hierosolymitani gau-
dere debent beneficio electionis fori, sicut cæteri
Religiosi.

SVMMARIVM.

1 *Apostatarum tres species, cum earum differentia*
num. 2.
3 *Apostatarum pœna.*

Regulares Apostatantes, an excusentur, si clerici sæculares efficiantur.

DECISIO CCII.

1 APostatę in triplici sunt differentia, nam qui
dam recedunt à Religione, retento habitu
quidam habitu dimisso, & alij habi-
tu retento, sed cooperto, omnes isti conueniunt
inter se, quoniam sunt verè apostatæ à Religione
& subijciuntur apostatarum pœnis, ac incidũt in
casum reseruatum in Bulla Clement. Octau. con-
tentum. Bene verum est, quod clericus, seù Reli-
giosus, vt supra apostata incidens, licet in habitu
laicali, & laicorum more viuens, si honestè viuat,
nõ ita grauius puniẽdus est, sicut hi qui inhonestã
agunt vitam, qui ipso Iure amittunt priuilegia
clericalia, honestè verò viuens nõ amittit, nisi tri-
na præcedente monitione, ex Menoch. & alijs
2 docet Farinacc. de apostatis num. 82. differunt
autem supradicti apostatæ inter se, quoniam qui
à Religione recedũt retento habitu in excommu-
nicationem non incidunt, nisi alicuius priuile-
giati Ordinis essent Religiosi, vt est Religio Cler.
Regul. cuius Religiosi eo ipso quod sine licentia
Prælatorum, è domibus, & ex eorum obedientia
recedunt, quamuis habitum non dimiserunt,
suntipso facto excommunicati, & recedentes
absque sui Prælati licentia in scriptis obtenta nul-
lus potest excipere, aut retinere, & temere exci

pientes sunt similiter ipso facto excommunicati, vt patet in comp. ipsorum priuileg. tit. apostata ab ordine §. primo. Vnde deueniendo ad casum propositum Refero, Curiam Archiepiscop. Neapol. non excusasse quendam Regularem, qui per plures annos apostatauerat, quamuis clericalē habitum sumpsisset, & celebrasset diuina cum licentia dict. Cur. licet ignoraretur, quod esset apostata, vt in proprijs terminis voluit Odoard. super capit. primo Bullæ Cœnæ quæst. 17.

3 Apostatarum vero pœna prima est, vt possint à Iudice quoque laico carcerari citra metum alicuius censuræ, vt in capit. primo de apost. Decian. in tract. crim. lib. 5. capit. 73. num. 19. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 6. casu 546. num. 32. & Farin. loco citato nu. 19. Secundo efficiũtur infames, & irregulares cap. fin. & ibi Doct. de Apost. super quam irregularitatem solus Papa dispensat, etiam post peractam pœnitentiam, vt docent benè Gemin. & Archi. in cap. fin. 50. di. Non tamen Moniales apostatę efficiuntur irregulares, quia cũ sint Ordinum incapaces irregularitatem contrahere non possunt, cum per eam quis impediatur ab vsu suscepti ordinis, & ad nouos ordines promoueri, vt habetur ex Sayr. & alijs, quos ipse refert lib. 6. Thes. tom. primo capit primo. Tertio incidunt in casum reseruatum, de quo in supradicta Bulla Clemen. Octau. & est quod ad Religionem reuerranatur sunt priuati voce actiua, ac passiua, Iure suæ primogenituræ, prædicandi, ac audiendi confessiones, itaut nec per Capitulum Prouinciale, aut Generale habilitari possunt, donec per quadriennium ad munus sub correctione, & disciplina formæ patienter, & humiliter vixerint, item tempus quo extra Religionem manserunt, intra professionis annos non computatur, sunt publicè absoluendi à censuris, & pœnis à Iure cõmuni, ac Prælatis cõtra ipsos statutis, item etiam post peractā pœnitentiam non possunt eligi in Abbates capit. legi 6. quæst. 1. debent decem annis pœnitentiam agere capit. deuotam 12. quæst. prima, potest Superior huiusmodi Apostatas sub graui custodia carcere, victũ in pane, & aqua ad solius vitæ substentationem eis ministrando si dimissum habitum resumere nolint, vt in comp. ipsorũ de apost. à Relig. capit. primo, efficiuntur denique de hæresi suspecti, & possunt ab Inquisitoribus hereticæ prauitatis citari de fide responsuri, maxime si matrimonium contraxerint, & si non compareant elapso anno postquam fuerint excommunicati, tanquam heretici condemnantur, & sic in foro saltē exteriori incidunt in excommunicationem.

S V M M A R I V M.

1 *Cædulonum affixio, quando facienda.*
2 *Excommunicatio fert secum executionem, ideoque quamuis excommunicatus appellet, possunt affigi cedulones, & nu. 3.*

An lata excommunicatione in aliquo, possint ante decennium affigi cedulones.

DECISIO CCIII.

SAepissimè in Curijs Archiepiscopalibus, ac in omnibus Ecclesiæ Tribunalibus contingit dubitari circa supradictum articulum, & quia quotidianus, & practicabilis est, propterea dicam multa, primo si Iudex excommunicaret aliquem
1 eumque sic declarare decernit, potest lata sententia declaratoria statim facere affigere cedulones, etiam durante decennio, ratio est, quia licet excõmunicatus posset appellare, tamen non propter hoc potest impediri denunciatio per Cedulones, quia illa Cedulonum affissio nihil aliud est, quam illius sententiæ manifestatio, siue potius executio-
2 nis promulgatio, & non executio, quia excommunicatio fert secum executionem capit. Pastoralis §. verum glos. in cap. non solum in verb. innouata de appellat. lib. 6 glos. in cap. venerabilibus §. porro in ver. appellatum de sententia excommunic. lib. 6. Couarr. practicarum quæst. cap. 23. num. 3. ver. illud Mara. 6. part. tit. de appellat. nu. 177. ratio rationis est, quia appellatio à sententia excommunicationis non impedit illius executionem, nec minus Cedulonum affissionem impedire debet. Secundo si Iudex vellet declarare aliquem incurrisse sententiam excommunicationis illumque citaret ad dicendum causam, quare non debet declarari excommunicatus, tũc illo non cõparente Iudex debet dare dies decē, ratio est, quia declara-
3 toria, & affissio Cedulonum, & illa appellatio impediret sententiam declaratoriam, si appellaretur ante, sed non post declaratoriam Felyn. in cap. cũ non ab homine colum. fin. de iud. Tertio quando essemus in notorijs, vt in persecutione publica clerici, vel notorio adulterio, & similibus, licet quis appellaret à declaratoria, non tamen propter hoc deberet impediri executio, & Cedulonum affissio cap. peruenit il. de appellat. Abbas in clem. 1. nu. 6. de pœn. & hoc etiam sentit Couar. in cap. Alma Mater prima par. §. 1. nu. 9. Quarto, quia sic videtur seruare Curia Romana, nam Auditor Cameræ eadem die publicauit excommunicationem, & affissit Cedulonem in acie Campi Floræ recitat Caputaquens. decis. 324. prima parte, in qua etiā habetur, vniuersitatem posse excommunicari, quod etiam sentit Nauar. multis in locis cons. 7. 8. & 9. de sentent. excommunicat.

S V M M A R I V M.

1 *Decisio Curiæ Archiepiscopalis in affirmatiuam Ampliatur si fuerit publicatus processus num. 2.*

An reus, qui habuit testes pro ritè, & rectè examinatis, & repetitis, possit petere, vt iterum repetantur.

DECISIO CCIV.

REgulariter non ſufficit, Iudicem habuiſſe teſtes pro ritè,& rectè examinatis,niſi reus expreſsè ſic eos habuerit Honded.cóſ.101. numero trigeſimo tertio,vbi etiam quod non ſufficit reum inſtetiſſe pro copijs, & obtuliſſe habere teſtes pro ritè, & rectè examinatis, niſi expreſsè eos ſic habuerit, quia vt dicit Gabriell. in conſilio 178. num.17. lib.1.aliud eſt offerre me habere teſtes pro ritè, &c. & aliud eſt habere illos, &c. Vulpel. conſ. 32. num. 18. vbi propterea quod non ſufficit decretum Iudicis copias decernentis habitis teſtibus, &c. ſed neceſſe eſt, quod reus in earum traditione expreſsè ſic eos habeat, & idē dixit in conſilio 32. numero 6. Cartar.in practic. interrog. reorum capit. 3. numero 63. verſic. & animaduertant Iudices iuncto num. 61. ad fin. vbi propterea quod hæc declaratio debet fieri, vel ab ipſo reo, vel à Procuratore habente hoc ſpeciale mādatum,his ſic præmiſſis deueniēdo ad caſum in Curia Archiepiſcop. propoſitū,ſi reus, qui habuit teſtes pro ritè rectèq; examinatis,ac legitimè repetitis poſſit adhuc illos iterum repeti facere
1 cum ſuis interrogatorijs, fuit namque reſolutum in dicta Curia pro opinione affirmatiua ex doctrina Farinac. in tractat. de teſtibus in tit. de oppoſitione contra dicta teſtium quæſt.72.nu. 151. vbi licet teſtes fuerint habiti pro ritè, rectèque examinatis, adhuc tamen poteſt reus illos repeti facere
2 cum ſuis interrogatorijs, etiam publicato proceſſu, vt pluribus probat idem Hond.conſ. 101.num. 26. & ſeq. vſque ad num. 29 vbi alios refert concordantes, & num 28. teſtatur, ita ſeruari in praxi etiam in Curia Peruſina, & num.36. vbi defendit Simanc. idem tenentem, Cathol. inſtit. titul. 64. nu. 25. ab impugnatione, & reprahenſione Grabriel.in conſ.178. nu.18. vbi dixit opinionem Simanc.poſſe intelligi,vt procedat re integra,& ante habitas copias, re aūt non integra minimè verum dicat cū talis declaratio valida ſit,& per eā conualidetur nullitas examinis facti parte non citata etiā quod vlterius non repetantur,inquit enim ibi Hōded.bene verum eſſe, quod etiam ſine alia repetitione ſtante declaratione prædicta teſtium examina ſunt vàlida, nec ad illa conualidandum eſt neceſſaria repetitio cum interrogatorijs, ſed non per hoc ſequitur, quin iterum debeant repeti cum interrogatorijs rei, vt veritas detegatur pro ſua defenſione cui nullatenus renunciare poteſt, & eo magis procedet,quādo reus in declaratione quam facit de habendo teſtes pro ritè, & rectè examinatis expreſsè Ius repetendi ſibi reſeruat, vt ibidem per Honded.nu.28.in fin.& nu.33. in fine, & ſeq; vſque ad num.36.

Quæ quidem declaratio paſsim, & indiſtinctè admittitur in ſtatu Eccleſiaſtico, & præſertim in Vrbe in qua etiam quandoq. rei habent teſtes pro ritè,& rectè examinatis licet ad id minimè cogantur,quicquid in contrarium cum verborum multitudine dicere conatus fuerit Baiard. in add. ad Clar.in pract.§.fin.q.40.nu.34.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *In generali diſpoſitione, non venit iuſpatronatus laicorum,niſi expreſsè mentio fiat,Redditur ratio num.2.*
3 *Limitatur in Iurepatronatus Eccleſiaſtico.*
4 *Per ſimplicem collationem factam a Papa, an cenſeatur derogatum Iuripatronatus clericorum.*

An Bulla Pij V. diſponens, vt negotium reſignationis debeat infra mēſem reijci vel admitti locum habeat in reſignatione iuriſpatronatus laicorum.

DECISIO CCV.

FVit deciſum in Curia Archiepiſcopali,diſpoſitionem Bullæ Pij V. in eo præſertim colloquitur in verſ. cæterum.minime ſibi locum vendicare in iurepatronatus laicorum, ratio eſt
2 ſecundum Achil. de Graſſ. in deciſ. 3. de iurepatronat.quoniam in generali diſpoſitione nunquam venit iuſpatronatus laicorum, niſi de eo ſpecifica fiat mentio, vt animaduertit pariter multa ad hoc cumulans Cened. lib. primo canonicarum quæſt. q.17. hinc eſt, quod prædicta iurapatronatus non cadunt ſub alijs reſeruationibus generalibus,gloſ. verb.collatio in cap. 2. de præbendis libro 6. vbi Geminian.nu.11.& Franch.nu.8. Cardinalis cōſ. 117.incipit caſus talis nu.2.verſ.item ex alio, & in clement. prima quæſt. 7. in fin. de iurepatronat. Alexand. conſ. 75. incipit viſis, & ponderatis in princip. nu.1. volum. 4 Gaſpar de Peruſ.in tract. de reſeruat. 6. quæ autem beneficia reſeruantur num. 5. vbi veriorem opinionem affirmant Fely. in tract. quando literæ Apoſtolicæ in principio limit.2. Roccus de Curte de iurepatronatus verb. honorificum quæſt.4 num.22. & 23.& quæſt. 24. nu.25. Lambertinus in eodem tract.libro ſecundo prima parte quæſt principali 9.artic.22.Æneas de Falconibus de reſeruationibus quæſt.3.principal. num.6.Ioann. Selua de beneficio 3.part. quæſt.21. Simonet. de reſeruationibus quæſt. 9 per totam Caſſador. deciſ.6. num.5. de iurepatronatus, Rebuff.in tractat. nominationum quæſt. 8. num.22. & in praxi beneficiali 3.par. ſignaturæ verbo,nec non iuriſpatronatus nu. 20. Gomeſius in regul. de annali q.7.ante nu.5. Couarr.in practicis quæſtionibus quæſt.36.ex nu.3.& 4.Gābarus in tract. de legat.lib.3.nu.242.fol.mihi 72.Anton.Gabriel. tit. de clauſulis concluſ.2.illatione 5.nu.32.Mādoſius in regula prima Cancellariæ quæſt.8. à nu.2. cum ſequentibus,& in regula 32. quæſt.4. per totam, & in Addictione ad Lapum allegat. 84. ſub litera N. Alphonſus Hoieda de incompatibilitate beneficiorum par.prima capit.24. num. 109. facit Rota deciſ.46. in princip. de conceſſ. præbend.& deciſ.3. de iurepatronatus in antiquis, & expreſsè tenet Rota deciſ.304 num.1.par.2.diuerſorum.

Et in terminis noſtræ regulæ eſt deciſio Putei 319.eadem die num.1.& per totam lib. 1.& deciſ. 308.nu.2.lib. 3. Achilles de Graſſis deciſ.3. de iurepatronatus,Simonetta iuncta addictione de reſeruat.

feruat. quæst. 9. nu. 4. & alias pluries tenuit Rota, & qu⟨o⟩tidie seruatur.

3 Ratio huius conclusionis est, ne laici retrahantur à fundatione, constructione, vel dotatione Ecclesiarum, seu beneficiorum, vt omnes memorati Doctores recensent, & quia vt dicit Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 9. de reformat. in princip. patronorum iura tollere, piasque fidelium voluntates in eorū institutione violare æquū nō est.

4 At secus dicendum in iurepatronatus Ecclesiastico, videlicet quando ex bonis Ecclesiæ beneficium fundatur, seu dotatur, aut à laico donatur Ecclesiæ, aut ratione Ecclesiæ cōpetit alicui, iuxta glos. in clementina 2. verb. præsent. de iurepatronatus glos. verb. in concessione in capit. dilectus 6. de officio delegat. vbi tradunt omnes capit. primo de iure patronatus in 6. Rocchus de Curte de iurepatronatus verb. ius quæst. 7. Rebuffus de nominationibus quæst. 8. num. 21. Lambertinus de iurepatronatus lib. 1. artic. 5. per totum Couarr. in pract. quæst. quæst. 36. nu. 5. vers. secundo, Flaminius Parisius de resignatione lib. 2. quæst. 4. ex num. 93.

In hoc itaque casu proculdubio reseruatio nostræ Regulæ locum habet, ac comprehendit beneficia iurispatronatus Ecclesiastici, ratio est, quia facile huic iurispatronatus præiudicat ir capit. cū dilectus, & ibi Abb. & reliqui de offi. io legati Felynus in tractatu, quādo literæ Apostolicæ limitatione 3. Aeneas de Falconibus de reseruationibus quæst. 4. principali effectu 14. vers. idem & multo fortius procedit Alphonsus Hoieda de incompatibilitate beneficiorum par. prima cap. 24. nu. 112. Mandosius in regula 1. quæst. 8. num. 5. Cassador. decis. 4. nu. 2. de iurepatronatus Couarr. in practicis quæstionibus cap. 36. num. 5.

4 Per solam enim simplicem collationem factam à Papa censetur derogatum iurispatronatus clericorum absque alia derogatione Cassador. decis. 4. nu. 11. de probation. & decis. finali num. final. de iure patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Ex delatione habitus per multum temporis spatium inducitur tacita professio.*

2 *Professio tacita Militum Hierosolymitanorum non est sublata per Conc. Trid.*

3 *Ex actibus in quibus solum professi interueniunt iudicatur quis professus.*

4 *Est statutum inter Milites Hierosolymitanos, vt nomine fratris veniant tantum professi.*

Professio in ordinibus militaribus, ex quibus tacitè censeatur facta.

DECISIO CCVI.

IN causa Fratris D. Simeonis Hieronymi de Aragona Equitis Hierosolymitani, qui renunciauerat de facto habitum dictæ Religionis in manibus Fratris D. Fuluij de Falco in hac Ciuitate Neapolis dictæ Religionis Generalis Receptoris declarando nolle amplius frui priuilegijs dictæ Religionis, ad effectum contrahendi matrimonium cum D. Helena Hi⟨l⟩degambe in nostra Curia Archiepiscopali proponebatur pro parte Excellentissimi Ducis Terræ Nouæ sui Fratris primo, quod in anno 1603. dictus Frater Simeon recepit habitum Equitis Hierosolymitani in domo professa Sanctissimi Nominis Iesu Ciuitatis Messanens. præcedente dispensatione Magni Magistri circa eius minorem ætatem, quem habitum dictus Frater Simeon à d. anno 1603. vsq; ad præteritum annum 1620. semper gessit tam in hac Ciuitate Neapolis, quam in Ciuitate Panormi, qua de causa subintrat in dubio reuocari non licere, quod dictus Frater Simeon sit tacitè professus præfatæ Religionis Hierosolymitanæ, ex de-

1 latione habitus per tantum temporis spatium, quod intercessit, præsertim ab anno suæ ætatis decimo sexto ætatis requisitæ ad sollemnem professionem iuxta Sac. Conc. Trid. sess. 25. cap. 15. de regular. cui adhæret statutum dictorum militum, quod fuit productum in processu fol. 85. & meminit Sacra Congregatio Concilii, ac Doctores notati in remissionibus ad d. decretum vers. an milites vsque ad annum ætatis suæ 23. vnde intrat dispositio text. in clemen. eos qui de regul. iuxta glos. ibid. vers. portauerint, & doctrina Io. Andreæ quam sequitur Panormitanus in cap. vlt. de regularibus, & lapso anno cum perseuerantia tridui, gestatio prædicta tacitam inducat profes-

2 sionem, quæ tacita professio per dictum decret. Concilij non est sublata, vt eadem Sac. Congreg. censuit declarat. 2. in ordine, tum etiam quia dict. Frat. Simeon multoties interuenit in multis actibus, & votauit in multis alijs assembleis hieri solitis à dictis militibus, in quibus non possunt interuenire, & votare, nisi professi dictæ Religionis, vnde ex delatione habitus, & actibus professorum exercitis per d. Fratrem Simeonem, qui in dictis

3 assembleis votauit cum ceteris professis in quibus non alij quam professi votare possunt, & debent, ex quibus deduci tacitam professionem docet Panormitanus ex Butrio in d. cap. vidua de regularibus nu. 1. nec obstat si opponeretur de glosa magna in d. clem. eos qui, scilicet gestationem habitus, & actus prædictos factos esse extra claustra, & consequenter nō inducit tacitam professionem, vt docet Innocentius, & Io. Andreas in cap. porrectum de regularibus per illū textum, quia loquuntur de regularibus proprijs, seu claustralibus, nos vero loquimur de militaribus, qui

4 extra claustra vitam ducunt, tertio dicebatur, quia ex statuto prædictæ militaris Religionis, quod fuit productum in processu fol. 66. sub nomine fratris non comprehenduntur, nisi professi, vt ex pluribus scripturis authenticis tali nomine à Magno Magistro appellatur, vt patet ex processu fol. 81. 84. 86. & 93.

Quarto, quia sciens se tacitum professum, & renunciationem habitus de facto fecisse, & non de iure post illius dimissionem ex scriptura publica, quæ fuit producta in processu fol. 9. se fratrem militem Hierosolymitanum appellauit iurauitque per Crucem quam gestat.

Ex quibus omnibus fuit dictum, prædictam renunciationem fuisse nullam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Non potest fieri resignatio ad fauorem corā Episcopo limita nu. 1.*

3 *Declaratur extrauagans Pij V. circa resignationes faciendas.*

4 *Quid obseruandum in resignatione in manibus Papæ facta ad fauorem.*

Significatio personæ in resignatione facta in manibus Episcopi, an sit simonia.

DECISIO CCVII

1 COmmissa mihi causa à quodam Reuerendissimo Antistite in qua coram me fuit opposita exceptio simoniacæ prauitatis, dicebam quod resignatio beneficij si fiat coram Ordinario, non potest nominari persona in cuius fauorem fit, nec potest ante resignationem supplicari Episcopo, vt dignetur conferre verb. g. Petro beneficium resignandum, sed debet fieri purè & liberé, ita vt sit in manibus Episcopi conferre illud cui voluerit, alias est simoniaca in foro exteriori cap. ordinationes 1. q. 1. cap. tua de simonia glos. 1. cap. dilecto de præbend. alias in cap. ex parte in verbo dimittere de off. deleg. cōmuniter recepta teste Rodrig. verb. simonia cap. 60. nu. 1. & docet Nauarr. cap. 23. num. 107. verb. ad 10. & nu. 110. vbi refert ad id duas extrauagantes Pij V. vnam, quæ incipit quanta, & alteram quæ incipit intolerabilis.

2 Verum in foro animæ, etiam post dictas extragantes licita est, & à simonia immunis resignatio facta cum designatione personæ in cuius gratiam, & fauorem fit, dummodo persona sit digna, & Episcopus suam fidem expressè non dederit de conferendo illi pro quo sibi supplicatum fuit, licet illi postea conferat beneficium resignatum ratio est, tum quia obtentio beneficij ad preces alicuius tunc est simoniaca cum ex illis precibus aliquod commodum pecuniarium, vel pecunia estimabile prætenditur, vt pulchrè resoluit D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 5. Victor. de simon. nu. 30. vel cum fiunt, vt apertè indignus admittatur, & excludatur dignus, vt declarat Gomez. dicens communem reg. de trienn. q. 12. & Iul. Clar. §. simonia in principio quæ omnia hic cessant, tum quia talis resignatio nō desinit esse libera ob dictam nominationem personæ, & supplicationem factam collatori, & ita tenet glos. fin. d. cap. ordinationes, dicens non esse simoniam abrenunciare beneficio, vt alteri detur nisi deducatur in pactum sequitur Sot. lib. 9. de iust. & iur. q. 7. art. 3. Couarr. lib. 1. variar. cap. 5. nu. 5. & à resignante beneficium coram Ordinario posse significari successorem, modo non illi resignet sub conditione Cassad. decis. 5. de simonia nu. 2. Staphil. delitt. gratiæ tit. resignationis modus nu. 7. Redoanus de simonia mentali 1. part. cap. 9. nu. 1. & cap. 25. nu. 4. & 12.

3 Ex quibus potest deduci singularis declaratio ad prædictas extrauag. Pij V. videlicet cum significatio voluntatis facta sine conditione, & pacto sit licita, nec ex ea obligetur Episcopus ad conferendum beneficium illi, de quo est sibi supplicatum, vel significatum inferri non fuisse de mente Pij V. in prædictis extrauangantibus hanc resignationem saltem in foro conscientiæ, reprobari, sed tantum illicitas, & sub pacto tacito, vel expresso fidei alicuius commissas, quæ tene menti, quia propter eorum ignorantiam vidi quemdam alium Episcopum vere pium nolentem vllo modo conferre beneficia coram se renunciata.

4 Obseruandum etiam puto post dictas extrauagantes de stylo Curiæ Romanæ cum resignatio fit in manibus Papæ in supplicatione, fieri liberam resignationem sine vlla conditione, & pacto, & ad finem eius, vel cum altera supplica supplicari, vt dignetur illud beneficium resignatum conferre tali, licet ante dictas extrauag. id fieret cum pacto, & conditione, vt conferretur, nimirum tali, & non intendere aliter, nec alio modo resignantem renunciare, nisi in fauorem illius.

SVMMARIVM

1 *Ad separandas Parochias debet concurrere iusta causa, eiusq. probatio, item consensus alterius Curati. Vt nu. 2. item auctoritas Episcopi nu. 3. item consensus maioris partis Parochianorum nu. 4.*

5 *Alimenta nouo Parocho à quo populo sunt præstanda in casu separationis Parochiæ.*

Alimenta nouo Sacerdoti in casu separationis Parochiæ deputando, à quo populo debeantur in casu necessitatis.

DECISIO CCVIII.

FVit in quadam Diœcesi erecta alia noua Parochia ob nimiam difficultatem itineris, & distantiam ab alia Parochia, quamobrem sæpius cōtingebat nōnullos homines perire absq; debitis Sacramentis cum fuisset constitutus Parochus in illa noua Parochia, & peteret coram Episcopo alimenta, quia altari seruiens de altari viuere debet cap. cum secundum de præbend. fuit mihi commissum a d. Antistete, vt ei breuiter exponerem à quo nam huic nouo Parocho alimenta essent præstanda, & dixi, quod quando Ecclesiæ Parochialis ob nimiam distantiam, vel itineris difficultatem vniuerso anni tempore Parochiani in diuinis patiuntur, scilicet senes, debiles, & infantes, tum ob sacri baptismatis fontem, tum ratione aliorum Sacramentorum piè introducta est Parochiarum separatio cap. ad audientiam il primo

1 de Eccles. ædificandis, ad quam separationem cōcedendam concurrere debent allegatio iustæ causæ, & eius probatio Innocent. in cap. Pastoralis de priuilegijs Lapus allegat. 68. Oldrad. cons. 161.

2 Paris. cons. 36. lib. 4. etiam consensus Curati, siue Parochi primæ Ecclesiæ, alioquin inferretur ei præiudicium quo ad ea, quæ concernunt debitam, & sufficientem eius sustentationem Abb. in d. cap.

ad

ad audientiam col. 3. quem refert Rebuff. prax. benef. tit. de erect. in cura, & Paroch. nu. 4. nec non
3 est necessaria Episcopi authoritas, & eius decretum, quia in eius arbitrio residet causæ iustitia, scilicet difficultas, vel loci distantia in eundo ad curatam Ecclesiam Rebuff. praxi beneficial. tit. de translat. Ecclesiæ num. 4. á quo decreto vti facto per Apostolicæ Sedis Delegatum licet quidem appellare, sed solum ad Pontificem, nisi ea ordinatio facta fuerit in visitatione, præcipuè sine figura Iudicij, quoniam ab ordinibus factis in visitatione per Ordinarium non appellatur saltem quo ad effectum suspensiuum, vtpote ab executione constitutionis conciliaris cap. 7. sess. 21. de ref. Henriquez conf. 80. nu. 16. Anton. lib. 1. resolut. 85. num.
4 10. & resolut. 110. numero 14. denique requiritur consensus maioris partis Parochianorum instantium circa separationem, & si sunt plures plebes, vel terræ sub vno Rectore, aut Curato Matricis Ecclesiæ, quæ tamen sint tanquam corpora separata debent consentire saltem duæ partes ex tribus singulorum corporum Fely. in cap. cum omnes num. 10. de constitutionibus Ias. in l. Iurisgentium §. hodie nu. 9. ff. de pactis Bertrand. conf. 145. nu. 1. vol. 2. part. 2. Franciscus Marcus decis. 124. part. 1 Bim. conf. 184. num. 23. & seq. nam decretum Tridentini paulo ante relatum sensit æquissimè semper requirendos esse Parochianos, & Parochum, quia hac in re vertitur vtriusque interesse.
5 se. Qua de causa resolui d. Episcopo, quod quando Concilium in loco citato vult alimenta à populis subministrari Sacerdoti de nouo præficiendo in casu necessitatis, & in subsidium Matricis non intelligitur à populo quem separari contingit qui habebat partem reddituum oblatorum Matrici, sed ab vniuerso populo tam propinquiore Matrici cui magis expedit curam administrari quam longinquiore, cui multa imminent pericula ob repentinos casus quibus prouideri non sinunt abruptæ, & inuiæ montis viæ, & hybernorum temporum sæuitia, inclementia cœli cum animarum detrimento Bimius prædicto loco n. 14. ad finem & iuxta votum meum fuit per dictum Episcopum exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Præsbyter an possit ab alio Sacerdote facere celebrari Missas pro minori mercede, quam ipse accepit.*
2 *Missa ex opere operato non crescit, nec decrescit quoad eius valorem.*
3 *Parochus cui sunt relictæ multæ Missæ celebrandæ an possit illas ab alio facere celebrari.*
4 *Parochus dans Missas alijs celebrandas pro minori mercede, quam est consuetum, non est tutus in conscientia.*
5 *Vbi per statutum non est determinatum salarium Missæ potest præsbyter dare minus salarium quã accepit.*
6 *Quærens Missas cum praua intentione faciens illas celebrari pro minori mercede, quam accepit committit furtum.*

Missas plures habens dicendas, an possit eas committere alijs dicendas pro minori mercede, quam ipse acceperat.

DECISIO CCIX.

1 PRæsbyter habens multas Missas dicendas, est dubium egregium, si non potest omnes illas per se celebrare, & vult dare alicui Sacerdoti aliquas dicendas teneatur eidem dare omnem stipem, & Eleemosynã, quam pro ipsis acceperat an vero possit secura conscientia retinere penes se partem illius, & conducere Sacerdotem pro minori Eleemosyna, quam acceperat v. g. vt si habebat duo regalia argentea pro qualibet Missa possit dare vnum regale tantum, & aliud penes se retinere.

Et quidem quod possit id facere in foro exteriori, nulli dubium est, nam ita multi faciunt sine vllo scrupulo, quorum ratio, & fundamentum esse potest. Primo, quia nõ videtur fieri aliqua fraus danti dictas eleemosynas pingues, cum principale intentum ipsius sit, vt prædictæ Missæ celebrentur. Secundo, quia Missa non videtur esse minoris valoris, & meriti si celebretur minori mercede quam si magna, & pingui; sicut videmus in conductione aliorum operã, parum enim refert quoad effectum operis quod quis v. g. conducat operarium pro stipendio quatuor regalium qualibet die, vel pro tribus si opus faciendum non erit minoris valoris si fiat ab isto, vel ab illo, aut missa
2 ex opere operato non crescit, nec decrescit quantum ad eius valorem si fiat à bono Sacerdote, vel à malo iuxta text. in cap. vtrum de consecr. distinct. 2. vbi de ea dicitur in Mysterio Corporis Christi nihil à bono maius á nihil malo minus perficitur Sacerdote. Tertio, quia is qui accepit stipẽ pro missa eo ipso instanti fit dominus ipsius, sicut quilibet Officialis, & artifex fit dominus illius stipendii, quod accepit pro conductione alicuius operis faciendi, vt Faber Lignarius verbi gratia si accipiat scutum pro facienda arca, poterit sanè dare eandem faciendam alteri artifici, seu Fabro æquè perito in arte, sicut est ipse pro octo regalibus, & reseruare sibi reliqua tria, ergo similiter Præsbyter poterit idem facere circa missas.

Hæ sunt rationes, & fundamenta, quibus prædicti se tueri possunt, & vide Fr. Manuel. Rodrig. in summ. verb. missa cap. 131. conclus. 7. eos excusare, etiam quoad forum cõscientiæ tribus concurrentibus, primo quod præfatas Missas non acceperint intentione faciendi cum eis negotiationem, scilicet vt eas postea dent dicẽdas minori stipe, & lucrentur reliquum. Secundo, quod sint pauperrimi. Tertio, quod is qui vltimo accepit dicendas Missas, & sic conductus liberè consentiat, vult dicere quod sciat maiorem stipem fuisse datam pro ipsis, & nihilominus gratuito, & liberè illud plus quod alius sibi retinet remittat, alias enim ignorans non dicitur consentire, sicut nec dormiens cap. maiores §. itẽ quæritur de baptism.

Ex quibus verbis, & conditionibus colligatur, quod in foro conscientiæ non est tutus, qui huiusmodi Missas dat dicendas alicui, qui paupertate, & ne-

& neceffitate preffus, eas accipit cum minori ftipe,quam mandanti dederunt.

Sed pro vera,& clariori refolutione huius notabilis differentiæ, has, quæ fequuntur conclufiones apponam.

8 Prima conclufio Parochus, vel Monafterium quibus relictæ funt à Defunctis Miffæ aliquæ dicendæ cum falario maiore ordinario, tunc fi non poffunt, nec nolunt eas per fe celebrare, poffunt alijs eas dare cum minori ftipe, quam acceperunt, fed tamen confueto, ratio eft,quia eas relinquunt dicti defuncti contemplatione Parochiæ, & Monafterij, & ratione eleemofinæ eorum, vnde non tenentur totam eleemofinam refundere, fed tantum confuetam,ita tenet Soto lib.9.de Iufti.quæft. 3.artic.1.Nau.cap.21.nu.9.Beia cafu 12.p.1.

Secunda conclufio, cum eleemofina Miffarum eft data per perfonam confanguineam, vel amicã Præsbyteri,poterit fimiliter ipfe Prçsbyter retinere penes fe quod excedit confuetum ftipem, & dare alteri pro ipfis celebrandis cõfuetam eleemofinam, quia illud plus cenfeatur ei datum ob confanguiuinitatem, vel amicitiam, & ratione eleemofinæ.

4 Tertia conclufio,Parochus,vel Conuentus dans Miffas alijs dicendas ftipe minori confueto non eft tutus in confcientia, quamuis is cui eas committat dicendas videatur in eo confentire, tum quia eft illicita negotiatio, & auaritia, tum quia iuftum pretium vt ita dicam ipfius Miffæ eft confuetum, & fic non poteft ipfam defraudare, tum quia ob neceffitatem,& paupertatem credendũ eft confenfiffe dicere minori ftipe, & confequenter talis confenfus non eft fufficiens ad forum animæ faciunt notata à Maiore in 4.dift. 45. quæft.3. & à Beia fupra citat.

5 Quarta conclufio, vbi eleemofina Miffarum non eft per ftatutum Epifcopi, neque per confuetudinem loci certa, & determinata, fed incerta vt quia vnus foluit regale, & dimidium, alius duo, alius tria,alius regale tantum,alius regale,& quartam partem alterius,tunc benè poterit Præsbyter, vel Conuentus dare ftipem minorem, feù inferiorem,puta regale arg.eorum,quæ tradunt DD.circa pretium iuftum minimè taxatum, quod nõ eft in puncto indiuifibili, fed habet latitudinẽ,fcilicet tres gradus infimum,medium, & fupremũ, & inter hanc latitudinem dicitur iuftum, vt per D. Tho.2.2.q.77.art.1.& Nauarr.in fumma.c.23.nu. 78.Soto lib.6. de iufti. quæft.2. art.3. & alios quos congerit Rodrig. in fumma verb. vendas cap. 77. in princ.

6 Quinta conclufio,quærens Miffas cum praua intentione dandi poftea eafdem alijs pro minori ftipe,quam acceperat furtum committit, & fic tenetur ad reftitutionem illius quantitatis, quam apud fe retinuit,quia nullo Iure,vel ratione poteft illud plus apud fe retinere, imò venit grauiter puniendus, quippe quia facit mercaturam, & genus negotiationis in re tam facra, & veneranda, alias fi poffet illud retinere multi non dubitarent præfatam mercaturam exercere,non obftante peccato, feù crimine,at obuiandum eft malis,& hominibus peruerfis, & auaris tollenda eft omnis occafio, & anfa peccandi, præterea negari poteft fieri fraudẽ illis miffis, feù eleemofinis earum dando minus pro illis quam porrectores earum pro illis dederunt,quamuis enim valor Miffæ non minuatur ex eo, quod minor eleemofina pro ea datur, fraudatur tamen is, qui eam dedit, vel faltem is qui retinet fraudatum,ficit contra iuftitiam nõ dando integrè quod acceperat pro ftipe Miffæ, & ideo tenetur ad reftitutionem ipfius, ficut famulus, qui non porrigit pauperi integram eleemofinã, quam herus, feù dominus illi dedit tenetur reftituere id quod retinuit, efto quòd dominus non defraudetur,meritò, & fatisfactione illi eleemofinæ integrè quam dedit famulo debitis.

Sexta conclufio,Præsbyter quærẽs Miffas cum bona intentione, ne fcilicet infra annum fibi deficiant fi aliquæ eidem fuperfint, vel quia plures acceperat,quam poterat celebrare, vel quia infirmitate detentus non potuit eas dicere, fi eas alicui dederit tenetur omnem eleemofinam quam acceperat eidem largiri, ratio eft, quia alias defraudaret illum non dando illi integram eleemofinam dictarum Miffarum,vt fupra proxima conclufione probauimus,præterea ifto in cafu non datur vlla præfumptio de qua in 1. & 2. concluf. loquuti fumus, nempè quod largitor eleemofinarum voluerit facere liberalitatem cum ipfo primo Præsbytero ob amicitiam, vel confanguinitatem, aut eleemofinam vltra confuetam,& fic tenebitur totum ftipem dare ipfi celebranti dictas Miffas, alias tenetur de furto, ficut famulus teneretur de eodem fi ftipendium datum à domino pro mercede,verbi gratia Petri ad aliquod opus conducti ipfe conduceret eum minori pretio, & reliquum fibi referuaffet.

Septima conclufio, Præsbyter pauper habens aliquas Miffas dicendas, quas tamen propter infirmitatem, vel aliud iuftum impedimentum non potuit celebrare,fi eas velit alteri Præsbytero dare poteft licitè minori ftipe, quam ipfe acceperit alterum conducere, dummodò ei rem manifeftet, & conductus liberè cõfentiat fecundum Rodrig. loco fuperius citat.

His fic præenarratis, fuit iuxta primam fententiam iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non adimplementi dicitur litis finitæ.*
2 *Locator tenetur rem tradere, & patientiam præftare.*
3 *Contrauentio obftat agenti, ad obferuantiam contractus.*
4 *Succedens in locum alterius,tenetur ea omnia adimplere, ad quæ tenebatur is,cui fucceffit.*
5 *Agens tenetur docere de obferuantia contractur.*
6 *Promittens factum alienum excufatur ab adimplemento quando ipfe agit.*

An exceptio non adimplementi impediat liquidationem inftrumenti.

DE

DECISIO CCX.

COmmunis, & trita est Iuris conclusio, quod volens agere ex contractu vltro citroque obligatorio in primis docere debeat se adimpleuisse pro parte sua, si ex aduerso opponatur de non adimplemento l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. l. ædiles in fine, & ibi glos. ff. de ædil. edict. Socc. cons. 273. nu. 2. lib. 2. Aym. cons. 151. n. 8. 9. & 10. & cons. 192. nu. 15. Gozzad cons. 94. nu. 4. cum duobus sequentibus Roland. cons. 53 nu. 27. lib. 1.
1 Decis. Perus. 50. nu. 1. & seq. nam exceptio ista non adimplementi dicitur litis finitæ, & impedit ipsius litis ingressum Castrens. in d. §. offerri Ias. in §. actionum nu. 131. instit. de act. Aym. cons. 127. nu. 14. & cons. 248. col. fin. vers. nō obstat, & nunquam per statutum sublata censetur, cum oriatur ex ventre instrumenti, ex quo oritur petitio Rom in cōs. 244. sub nu. 5. vers. breuiter, & ibi Mandos. in Addit. sub litera E. Aym. dict. cons. 127. num. 14. Alexand. cons. 119. nu. 2. lib. 1. Cæphal. cons. 402. num. 19. lib. 3. & sufficit in modico non fuisse adimpletum, ad hoc, vt actor in totum repellatur, Bald. in l pacta conuenta nu. 1. ff. de contrahend. empt. & l. fin. C. cnmmod Ias. cons. 28. col. 2. nu. 1. vers. in tantum lib. 2 Rub cons. 30. num 4. Neuizan cons. 50. nu. 9. & 10. Rol ind. dict. cons. 53. nu. 21. & 29. & cons 69 nu. 6. & 7. lib. 4. Bero. cons. 25 nu. 14. lib. 3.

2 Hinc est, quod cum locator de iure teneatur rem tradere, & successiuam patientiam præstare l. ex conducto in princ & ibi Bal l. ff locat. l. si quis domū vbi Bart. not. ff. eod. tit. Calder. cons. 5. tit. de locat. Socc. cōs 166 sub nu. 10. vers. primo enim lib. 2. si excipiatur de re non tradita, vel patientia non præstita tenetur ipse probare huiusmodi factum, non autem excipiēs non factū, per regulam supra positam, & in terminis tradit Papien. in for. lib. qua agit ad fiat præstat. vers. recusauit num. 3. Natta cons. 360. num. 1. lib. 2. Osasc. decis. Pedem. 50. nu. 8. & seq.

3 Hinc est, quod cōtrauentio obstet agenti ad obseruantiam contractus Mathesil. not. 50. vbi Addictio allegat plures concordantes, & ita fuit tentum per Rotam in vna Mediolanen. frumenti 16. Octobris 1587. coram Orano, fundatur hæc conclusio in dicta l. si quis maior C. de transact. cuius tamen dispositio est valde rigorosa, & rarissi oē practicatur in iudicijs, vt alias dictum fuit in vna Cornetana bonorum 26. Iunij 1579. coram fel. record. Clemente Papa VIII. tunc Auditore, quæ habetur in impressis diuers. decis. 583. par. 1. imo nunquam recipitur quoties unq; cessat læsio, seú interesse partis, & obest dolus Cassador. decis. 2. num. 7. de Iudic. & fuit dictum in vna Romana Vineæ 3. Martij 1598. coram Orano, & in illa Romana transactionis 16. Iunij 1603. coram Litta Hinc est contractum rescindi posse ob defectum adimplementi Alexand. in l. si Insulam nu. 43. & ibi Ripa nu. 16. de verbor. oblig. Grat. cons. 93. nu. 61. lib. 1. Cæphal. cons. 25. nu. 26. Puteus decis. 66. in princip lib. 3. Caputaquens. decis. 135. par. 2. Rota diuers. decis. 572 nu. 3. par. 1. & ita fuit decisum in Curia Archiepiscopali in causa D. Didaci de Tufo, qui ad impediendam liquidationem cuiusdam instrumenti in dicta Curia liquidandi allegabat defectum ratificationis, quod, inspecto instrumento minimè apparebat, & propterea fuit processum ad liquidationem.

4 Amplia conclusionem principalem, vt etiam succedens in locum alterius tenetur ea omnia adimplere, ad quæ ipse actor se obligauit ad l. si ei cui §. si quis ff. de euict. l. si cum §. iniuriarum ff. si quis caut. quamobrem Cessionarius etiam tenetur, vt dixit Rota in vna Romana pretij fundaci prima Iunij 1607. coram Manzanedo, exceptio namque quæ cedenti obstat repellit quoque ipsum cessionarium Bero. cons. 32. num. 46. lib. 2. latè Surd. cons. 2. num. 6. & sequent. lib. 1.

5 Secundo amplia, vt agens teneatur docere de obseruantia contractus quandocunque, etiam in secunda, & tertia instantia, cum exceptio non implementi opponi possit etiam post sententiam, & in illius executione Aym. cons. 151. num. 10. Menoch. cons. 1. nu. 367. & cons. 65. nu. 4 lib. 1. & fuit dictum in dicta Romana pretij Fundaci.

Tertio amplia, quia Actor, ne dum probare debet factum proprium, sed etiam factū alienum,
6 si illud promisit, quia promittens factum alienum excusatur ab implemento, quando ipse agit, licet secus videatur, quando per viam exceptionis vult euitare pœnam, vt per Rolan. dict. cons. 69. nu. 12. lib. 4.

Declara, nisi constet ipsum adhibuisse omnem diligentiam, vt adimpleret, nec potuisse adimplere, quia tunc satis dicitur adimpleuisse pro parte sua, & ei non obstat exceptio non adimplementi, etiam ad effectum, vt possit agere, iuxta decis. Afflict. 295. nu. 3. Ruin. cons 67. in fine lib 4. præsertim si se obligauit ad damna, & interesse, quia tunc non tenetur precisè adimplere, sed tantum ad damna, & interesse, etiā si fuerit dictum, quod faciendo omnem diligentiam, & promittendo factum alienum se excusare non possit, etiā ex causa impossibilitatis, quia nihilominus soluendo interesse liberatur, vt per Dec. cons. 2. nu. 8. Paris. cons. 110. sub nu. 24. per tot. lib. 1. Purpur. cons 561. post num. 2. Rip. in l. quod te num. 46. in fine ff si cert. pet.

Et hæc declaratio procedit, quamuis contractus fuerit iuratus, quia licet regulariter stante iuramēto nō possit, obligat facta adimpleri per æquipollens glos. in l. si pecunia in princip. ff. de cond cau. dat. cū alijs per Couarr. in c. quamuis par. 1. §. 4. nu. 6. de pact. lib. 6 tamen hoc intelligitur, quando factum est possibile, & quando is qui promisit potest facere, alias liberatur præstando interesse, vt ibi per Couar. post Aym. cons. 12. nu. 1. Gabr. de Iureiur. conclus. 8. in fin. & ita pluries Rota tenuit nempè coram Bubalo in vna Romana Palanij 7. Maij 1590. & coram Penia in alia Romana Census 17. Aprelis 1598. & in vna Perus. ratificationis 6. Martij 1606. coram Ludouis. in qua fuit reuocatum mandatum Auditoris Cameræ, qui mandauerat talem promittentem carceri non relaxādum donec fecisset illum ratificare, quem ratificaturum promiserat.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens asportationem armorum comprahendis seruum asportantem ea nomine, & de mandato Domini.*
Prohibitus asportare arma. prohibetur illa asportare etiam nomine alieno ibid.
2 *Fraus nemini debet patrocinari.*
3 *Beneficium auth. hoc nisi de solut. non habet debitor dolosus.*
4 *Mandatum Domini excusat, sed declara, vt nu. 5.*

Edictum Curiæ Archiepiscopalis circa delationem armorum, an compræhendat asportantem illa sub nomine, & mandato Domini.

DECISIO CCXI.

FVit repertus à nostris Cursoribus quidam clericus asportare arma, quare captus, & ductus in præsentia Reuerendissimi D. Vicarij dicebat se illa asportare sub nomine, & mandato Dñi sui cui inseruiebat, & quē sequebatur tempore ex quo fuit captus, & ita pariter affirmabat Dominus ipse, dicens talia arma esse sua, & illi dedisse, vt asportaret pro eius comoditate, & seruitio.
1 Hinc orta est dubitatio, quid Iuris, & Domini
resoluerunt incidisse in pœnā edicti, iuxta ea quæ
dixit Nouar. in Pragmatica Regni 23. sub rubrica de armis, vbi in terminis ita tenet, asserens, quod prohibens portare arma censetur prohibitus illa asportare, etiam nomine alieno.
Et facit, quod si aliter diceremus, vtique daretur occasio fraudibus, nam omnes clerici, quandō reperirentur cum armis dicerent se asportare illa nomine alterius laici, & sic edictum esset frustra-
2 torium, fraus autem nemini debet patrocinari l,
itaque fullo ff. de furt. cap. dictum 30. q. 1. cap. intelleximus de iudicijs cū alijs adductis per Tusch. conclus. 474. litera F, & vide Nouarium in praxi elect. & variationis fori quæst. 42. sect. 2. & in suo tractatu de datione insolutum quæst. 2. par. 2. vbi
3 refert, beneficium authentic. hoc nisi de solut.
non competere debitori doloso.
4 Non obstat, quod mandatum Domini excusat
l. is damnum dat ff. de regul. iur. vbi quod is damnum dat, qui iubet damnum dare, eius verò nulla culpa est cui parere necesse sit, nā respondeo hoc
5 procedere vbi mandatum versatur circa licita, &
non circa prohibita, prout in casu nostro.

SVMMARIVM.

1 *Arma defensiua comprahēduntur sub statuto prohibente asportationem armorum.*
2 *Pectoris tutamen non comprahenditur sub edicto Curiæ Archiepiscopalis Neap. circa delationem armorum.*
3 *Appellatione armorum in stricta significatione quæ veniant, & nu. 4.*
5 *Argumentum à fortiori valet.*

Edictum Curiæ Archiepiscopalis contra arma asportantem, an compræhendat illum, qui vtitur pectoris tutamine, vulgo *petto à botta*.

DECISIO CCXII.

CVm casus accidisset, videbatur prima consideratione in præfati edicti pœnas esse cōprahensum asportantem pectoris Tuta-
1 mēn vulgo *petto à botta* ex eo, quia sub statuto ar-
morum prohibitiuo compræhenditur etiam asportans arma defensiua, vt latè per Scribentes cōmuniter in l. 1. C. vt armorum vsus lib. 10. & in cap. 1. §. quis rusticus de pace tenenda Marsil. in pract. crim. §. pro complemento num. 1. cum seq. Paris. cons. 171. nu. 17. vol. 4. Tiraquel. de nobilit. q. 20. nu. 69.
2 Verum contrarium fuit decisum, & absolutus
reus, quia Curia habuit pro vero, asportantes similia arma non compræhendi sub edicto suo, vt in specie de pectoris tutamine loquitur in termi-
3 nis Nouarius in collect. decis. ad pragm. Regni 2.
sub rubrica de armis nu. 23. appellatione. n. armorū in stricta significatione veniunt tantum ea, quæ naturaliter sunt ordinata ad offendendum, vt diximus supra decis. 158. hac eadem parte, & refert & sequitur Nouarius vbi proximè nu. 29. & illa tantummodo arma compræhenduntur sub statuto, quæ sunt apta ad nocendum Mandel. cons. 29. Borrell. de Magistratuum edictis lib. 3. cap. 1. facit text. in l. armorum appellatio ff. de verb. signific. vbi sic legitur, armorum appellatio, non vtique scuta, & gladios, & galeas significat.
4 Quæ opinio eō magis procedit, nam nō solum
pectoris tutamen principaliter non est inuentum ad offendendum, quo casu similia non veniunt appellatione armorum, vt tenent Amod. de sindic. nu. 88. versic. aduertat tamen Coct. in suis memorabil. verbo armorum circa principium Clar. in pract. crim. quæst. 32. vbi refert, ita tenuisse Senatum Mediolanensem Cabal. resolut. 63. nu. 4. nā
5 neque sunt apta ad nocendum, quod est maius, ar-
gumentum autem à fortiori validum est vulgar. tex. in auth. multo magis C. de sacros. Eccles.

SVMMARIVM.

1 *Sacrificium Missæ debet cum maxima veneratione ministrari.*
2 *In Missa Sacerdos non potest vti candelis de seuo.*
3 *Pro spiritualibus pretium exigi non potest.*
4 *Episcopus non potest contra sacros Canones dispensare.*

An Episcopus possit impartiri licentiam Præsbytero, vt propter capitis infirmitatem celebret Missam capite velato vulgo *con il coppolino*.

DECISIO CCXIII.

EX Concilio Trident. sess. 22. cap. 4. 5. & canon. 6. & 7. Ecclesia instituit omnes Ritus, & cærimonias ob maiestatem tanti sacrificij, ibi, vt enim maiestas tanti Sacrificii commendaretur nobis, & honore, & reuerentia debitis tractaretur, & propterea in cap. 8. eiusdem sess. habetur Sacerdotem teneri deuotè, & decenter Missam
1 celebrare, vnde meritò Scortia de sacrificio Missæ lib. 3. c. 13. quem refert, & sequitur Molfes. in summa lib. 1. tract. 3. c. 13. dixit non posse Sacerdotem ob reuerentiam tanti sacrificij vti candelis ex seuo contra Graff. contrarium tenentem lib. 1. decis. c. 43. nu. 1. spiritualia enim in maxima debent esse veneratione Balb. in decis. 71. & in decis. 319. quod non esset si celebraretur capite detecto, & facit ad hoc quod regulariter abusus euitari debet glos. in l. nam absurdum ff. de bonis damnatorum, & ab omni dispositione reijciendum probatur in cap. dudum de præbēdis Prob. ad Monach. in cap. generali de electione Valasc. in decis. 174. nu. 11. absurdum enim semper vitādum Monach. in decis. 11. nu. 63. Tusc. to. 1. litera A. conclus. 66.
2 & ad illud euitandum in statuto omnis interpretatio est admittenda Monach. in decis. 64. num. 30. maximè in spiritualibus scribit Mainard. Rota Tholos. in decis. 2. lib. 1. quod verum est etiā consuetudine in contrariū existente c. nuda 8. distinct.
3 cap. frustra eadem distinct. & non dubitatur, quin si per loci Ordinarium concederetur licentia celebrandi capite detecto esset abuti sacrificio, merito nullo pacto concedi potest iuribus supra citatis, & rationabiliter cautum est ne pro sacrificio Missæ pretium, aut salarium exigi possit, vt per Mainard. in decis. 1. Coppin. lib. 2. cap. 1. de sacra
4 politia, & ad comprobationem prædictæ principalis dubitationis facit, quod Episcopus non potest dispensare contra sacros Canones cap. proposuisti de concessione præbendæ latè Triuis. in decis. 41. par. 2. Rot. Venetæ vbi ex nonnullis per eum adductis firmat, constitutionē Episcopi non tollere cōstitutionem Summi Pontificis, vel alicuius Concilij à Summo Pōtifice approbatam, & Missam celebrare capite velato esse à sacris Canonibus prohibitum non dubitatur per text. expressum, qui hoc in proprijs terminis decidit in cap. nullus de consecratione distinct. 1. propterea fuit in Curia resolutum non potuisse concedi licentiam per Illustriss. Dominum celebrandi Missam capite velato.

SUMMARIUM.

1 *Electio facta de digno, omisso digniori quoad prælaturas valet in foro exteriori.*
2 *Dupliciter quis potest dici dignior alio.*
3 *Multæ sunt causæ quibus potest excusari eligens dignum, omisso digniore.*
4 *Eligentes dignum omisso digniori licet peccēt mortaliter, tamen ad nullam tenentur pœnam.*

Electio de digno, omisso digniore, an valeat.

DECISIO CCXIV.

1 ELectio facta de digno, omisso digniore quoad prælaturas valet, & sufficit in foro exteriori cap. cum olim c. cum dilecti, cap. cum inter Canonicos de elect. Couar. in reg peccatum 2. part. § 7. nu. 3. idque statutum est propter tranquillitatem, & pacem Reipublicæ, alias daretur occasio ad multas lites, & quæuis electio posset impugnari, & calumniam pati, propter quam rationem, ne dum in foro exteriori, sed etiam in foro conscientiæ valet electio digni, relicto digniore, vt est com munis op nio secundum Couarr. vbi supra n. 3. & 4. est tamen magnum discrimen inter vtrumque forum in hoc, nempè in foro exteriori non punitur reliquens digniorem, in foro tamen animæ punitur, quia peccat mortaliter, vt probat Concilium Tridentinum sess. 24. c. 1. de reformat. docet etiam Rocchus de Curte in verb. Honorificum nu. 42. Couar. in loco citat. Rebel. in 1. par. de obligat. iustitiæ lib. 3. q. 4. nu. 11. & facit text. in c. penult. de elect. in 6.
2 Aduertendum est, dupliciter quem posse dici digniorem alteri, vel secundum se, & simpliciter, vel in ordine ad bonum commune, secundum se, vt quia vnus est magis sanctus, vel magis doctus, quam alius, In ordine vero ad bonum commune potest minus sanctus, vel minus doctus dici melior doctiore, & sanctiore, quia scilicet est magis industrius, aut magis potens ad defendendum iura Ecclesiæ, vel quia cum eo erunt subditi magis pacifici, & magis hilares, & consolati, & consequenter erit vtilior. Vt ergo eligens non peccet mortaliter sufficit quoad forum cōscientiæ eligere meliorem. vel secundum se, & simpliciter, vel in ordine ad bonum cōmune, ita singulariter D. Tho. quolibet. 8. art. 6. D. Ant. 2. part. tit. 1. cap. 20. §. 1. vbi dicit illum digniorem, qui excussis omnibus conditionibus melior est ad tale officium ad honorem Dei, & Ecclesiæ vtilitatem secundum iudicium eligentis, quæ est optima regula pro securitate multarum conscientiarum timoratarum
3 sunt tamen aliquæ causæ excusantes à peccato eligentes minus dignum, dummodo sit dignus, primo si minus dignus sit iam expertus, & disertus circa prælaturam, & dignior inexpertus secūdum Rodrig. in summa prima part. cap. 106. num. 5. secundo quando magis dignus est implicatus negotijs externis, vel non ita residentiam faciet, sicut minus dignus secundum idem Rodrig. ibid. cap. 108. num. 5. Tertio, quando magis dignus est de alia domo, vel Ecclesia secundum glos. 1. in cap. licet 8. q. 1. & Rodrig vbi supra nu. 8. vbi alios allegat. Quarto, quando maior pars eligentium inclinat in minus dignum, tunc quia turpis est pars, quæ non congruit toti, & se ei non conformat, potest dari suffragium minus digno, ita dixit

Syl.

Syl. ver. Elect. 1. q. 2. & Caiet. eodem verb. Salon. de Iust. quæstio. 63. artic. 2. vbi dicunt posse eligi minus dignum, quando est magis carus, & acceptus alijs, & de alijs causis videndus est Pater Sà in verb. electio nu. 9. Nauar. tom. 1. lib. 2. cap. 2. num. 162. & Caiet. in verb. electio prælati.

4 His igitur sic statibus, fuit secundu votum meu decisum, quod eligentes dignu relicto digniore, licet peccent mortaliter extra præfatos casus excepto, vt prædictum est, non tamen tenentur ad aliquam restitutionem damnorum per dictum electum forsan datorum, ita colligo ex notatis per Couar. vbi supra num. 6. ad finem, quatenus dicit conferentes Magistratus dignis relictis dignioribus nullum damnum inferre Communitati, nec ex tali electione Rempublicã vllo modo lædi, licet enim inquit fuisset sibi melius prospectum, dando ei meliorem, attamen nullum ei infertur dãnum, nec iniuria dando ei dignum, ex quibus verbis sequitur ad nihil teneri quoad resarcienda damna eligentes dignum relicto digniore, & ita tenet in terminis Sot. lib. 4. de Iust. & Iur. q. 6. art. 3. conclus. 2. Mercad. de rest. capit. 17. vers. *inde est*, & Nauar. d. cap. 2. nu. 138. 143. & 155. & cap. 17. num. 74.

SVMMARIVM.

1 *Quando equus locatus reperitur mortuus in itinere ex aliquo morbo, tunc conductor ad illius restitutionem tenetur.*

2 *Casus fortuitus nullum hominis iudicium præcedere potest.*

3 *Commodatarius tenetur ad solutionem equi mortui, quando non probat, equum fuisse mortuum ex culpa superuenienti.*

Commodatarius equi mortui commodati, quando teneatur.

DECISIO CCXV.

1 Exploratum in Iure est, quod vbi equus locatus reperitur mortuus ex aliquo morbo in itinere, tunc profecto conductor ad illius restitutionem, & emẽdam, haud quaquam teneretur qui de dolo, & culpa hoc casu solummodo obnoxius foret, vt probat text. in l. si vt certo §. nunc videndum & in l. fi. ff. commodati. Imo fit remissio etiam absque scrupulo aliquo conductori mercedis pro rata temporis quo vti equo ipso conducto nequiuit sine eius culpa, sed potius casu superuenienti, per ea quę habentur in l. sed ædes §. si quis cum in annum, & in l. qui insulam §. ędiles ff. locat. imò si pereat res ipsa conducta nulla admodum pensio soluenda est, imò soluta etiam repetenda venit l. si vno ff. locati, nam casus mortis animalis, qui sine culpa accidit à nullo præstatur, ita textus in l. contractus in fin. ff. de reb. iurat. & nihil mirum, quia re ipsa casus fortuitus non pertinet modo aliquo ad conductorem l. ex conducto §. fin. ff. locati, & facit etiam quod habetur in l. quæ

2 fortuitis C. de pignorat. act. vtpotè quia fortuitos casus nullum hominis consilium prævidere potest l. graui æstimatione ff. de administ. rer. ad ciu. pert. secus tamen si casus contigeret culpa conductoris d. l. qui insulam §. qui insulas ff. locat. & Bar. in l. si imo §. itẽ cũ quidam ff. eod. & alij vniuersaliter omnes in cap. auditis col. 17. vers. & in quãtum incidenter dicunt extra de præscript. & ideo si equo conducto ad vecturam quis imponeret valisiam, dum equus ipse conductos deputatus foret ad onus hominis ferendum, & non grauem valisiam, periculum equi tunc proculdubio spectaret ad conductorem secundum Bart. in l. qui insulam §. qui mulas per illum text. ff. locat. & idem Bart. in l. 1. C. de cursu publico li. 12. dixit, quod si conductor equi percusserit equum calcaribus, vel flagello, & equus ipse moriatur, periculum, tunc non spectaret ad eum, sed potius ad locatorem dominum, secus vero si percusserit lapide, ligno, vel fuste, tunc enim conductoris percutientis foret periculum, cuius sententiæ acquiescit Ioann. de Anania in cap. significasti, il secondo, column. 10. text. de homicidio Anna in sing. 172. & latè est videre penes Viuium decis. 1. part. 1. & Ambros. in decis. 17. qui ambo tractant de equo commodato, & mortuo, quando teneatur commodatarius, circa quem articulum fuit iudicatum in Curia Ar-

3 chiepiscopali teneri commodatarium ad solutionem pretij equi, quotiescumque non probaret ipsum equum fuisse mortuum ex morbo superuenienti, & non ex culpa sua.

SVMMARIVM

1 *Per baptismum ministratum domi contrahitur compaternitas.*

2 *Quod impedimentum ad contrahendum matrimonium oriatur ex Baptismo facto domi ob necessitatẽ.*

3 *Nunquam contrahitur cognatio spiritualis, nisi interea caueatur.*

4 *Per Catechismum datum simul cum Baptismo non contrahitur cognatio spiritualis.*

Cognatio spiritualis, an contrahatur in baptismo collato domi ob necessitatem, postea in Ecclesia sollemniter iterato.

DECISIO CCXVI.

1 Cum fuissem de hoc quæsitus à quadam Curia Episcopali, dicebam, quod tenentes puerum domi ob necessitatem baptizatum, sed postea sollemniter ad Ecclesiam ductum ad supplendum quæ ei desunt, & etiam fortè ad rebaptizandum communiter in foro exteriori reputãtur compatres, & ita fuit resolutum post longam discussionem coram Illustrissimo Card. Paleott. in simili casu coram eo proposito 28. Aprilis anno 1589. teste Beia tom. 2. casuum conscientiæ cas. 3. per tex. in cap. 1. 30. q. 1. cap. si quis ead. caus. q. 4. cap. in catechismo de consecrat. dist. 4. & cap. 2. de cognatione spiritual. in sexto; nam per catechismum qui præcedit præfatum baptismum sollemne oritur cognatio spiritualis, non quidem im-

pediens,& dirimens, vt est illa, quæ contrahitur ex baptismo, sed impediens tantum, vt dicit text. in d. cap. 2. de cognat. spirituali in 6. & notat Nauarr. c. 22. nu. 40. & 72. vbi aduertit, multos in hoc errare credentes, in secundo baptismo sollemni non autem in primo domi facto contrahi cognationem spiritualem cum contrario res se habeat, vt docet idem Nauar. cons. 1. de baptismo Rebuff. in praxi benef. In reg. dispensat. in gradu prohibit. glos. 5. nu. 4. & Beia super pag. 255. vers. ex his colligitur,
2 & vers. quod si subinde. In primo enim contrahitur impedimentum impediens, & dirimens matrimonium, & in secundo propter catechismum, & alias cærimonias, & sollemnitates in primo omissas contrahitur impedimentum impediens tantum, & non dirimens, idem docet Sot. in 4. q. 20. artic. 3. Carrer. lib. 2. de sponsalib. cap. 6. & 7.

Contrarium tamen fuit resolutum per motum proprium Pij V. in anno 1564. vt docet Ledesma de baptism. c. 13. conclus. 5. dub. 2. & ita esse de Iure constat, quia ad hoc, vt prædictum impedimentum impediens tantum, & non dirimens, siue prædicta cognatio spiritualis ex catechismo de qua in dict. cap. 2. oriatur, duo requiruntur primum, vt catechismus præcedat baptismũ, alias si subsequatur eum vt in nostro casu nulla contrahitur cognatio spiritualis, & per consequens nullum impedimentum impediens oritur ex tali catechismo facto in Ecclesia post celebratum baptismum, & ita fuit conclusum Romæ inter Dominos Abbreuiatores teste Paul. in pract. Cancellar. posita post practicam beneficialem Rebuff. pag. 594. cõtra Fel. qui tunc erat Auditor Rotæ, idem tenet Armilla verb. baptismus nu. 35. Mãdos. de signat. grat. pag. 73. & dicit communem Vega verb. bap-
3 tismo cas. 24. nulla enim cognatio spiritualis contrahitur, nisi Iure non caueatur, vt palam est, at in toto Iure Canonico nullus est textus qui talem cognationem inducat, quando catechismus datur separatus post baptismum, sm requisitũ ad contrahendam prædictam cognationem est, vt catechismus fiat separatim à baptismo, & non simul cum baptismo, pro quo sciendum est olim esse solitũ fieri catechismum separatim à baptismo, quando veniebant adulti ex infidelitate, vel Iudaismo ad se baptizandum, nam primo instruebatur in fide per duos dies, & subsequebatur catechismus cum compatribus, & administrabatur ante ingressum Ecclesiæ, & post interuallum dierum, vel temporis administrabatur baptismus cum alijs compatribus, vt constat ex d. cap. in catechismo de consecrat. dist. 4. cuius verba sunt, in catechismo, & in baptismo, & in confirmatione vnus patrinus fieri põt si necessitas cogat nõ est cõsuetudo Romana, sed per singulos singuli suscipiant, ecce quomodo separatim, & ex interuallo administrabantur catechismus, & baptismus, & cum diuersis patrinis.

Ex quo colligit Abbas sic intelligendus in cap. dilectus nu. 10. de Cappell. Monachor. hodie non
4 contrahi cognationem spiritualem per catechismum, qui datur simul cum baptismo, quia duo illi actus, scilicet catechismus, & baptimus non reputantur, nisi pro vno actu, ex eo quod fuit simul vno contextu, & cum ijsdem patrinis, & catechismus est qui pertinens, & præambulans ad debitè administrandum baptismum, & sic recessit ab annla prædictus vsus antiquus vna cum impedimento, quod ex eo oriebatur. Quod ex eo patet, quia hodie in dispensationibus, quæ impetrãtur pro cognatione spirituali contracta ex baptismo nulla fit mentio de altera, quæ contrahebatur olim ex catechismo, quæ si adhuc maneret, & contraheretur, necessariò esset exprimenda arg. 6. affinitatis Inst. de nuptijs, & notat Paulus qui supra dicens multos ita tenuisse.

Ex prædictis collige, quando Obstretrices baptizãt domi pueros recenter natos, quod solet frequenter per eas fieri etiam sine necessitate, & male siue postea baptizentur iterum sollemniter cum conditione, prout alicubi sæpè per Parochos ignaros, & imperitos temerè fieri solet, siue tãtum suppleãtur ea, quæ desunt, vtpotè catechismi, exorcismi, & vnctiones Olei Sancti, & chrismatis nullam cognationem spiritualem contrahi inter tenentes rebaptizatum inter puerum, & parentes eius, vt notat Beia super vers. quod si subinde, nec inter assistentes præfatis cærimonijs, & catechismis, sed tantum contrahi in primo baptismo domi celebrato inter Obstetricem, puerum, & parentes eius, quia Obstetrices nullum adhibent patrinum, si vero adhiberent re vera contraheretur etiam dicta cognatio inter patrinum, pueros, & parentes eius.

SVMMARIVM.

1 *Nemo potest in se ipsum in foro exteriori Iurisdictionem exercere. limita nu. 3. & intellige num. 4. & 6.*

2 *Inter dantem, & accipientem debet esse distinctio personalis.*

3 *Prælatus ex causa legitima potest secum dispensare in irregularitate occulta.*

Episcopus incurrens irregularitatem occultam, an possit secum dispensare.

DECISIO CCXVII.

1 CONsultus respõdi, regulariter neminē posse in se ipsũ in foro exteriori exercere Iurisdictionē l. qui Iurisdiction. ff. de Iurisdict. omn. iudic. hinc est ꝙ nemo potest se ipsum excommunicare Nauarr. cap. 27. num. 6. nec potest quis suam propriam electionem confirmare cap. fin. de instit. nec absoluere, vel condemnare cap. fin. de recept. arbitr. l. ille à quo §. tempestiuum ff. ad Trebell. nec sibi conferre beneficiũ c. ad aures de excessib. prælat. nec se ipsum præsentare cap. per tuas de Iurepatr. nec se baptizare cap. de-
2 bitum de bapt. quorum ratio est, tum quia inter dantem, & accipientem debet esse distinctio personalis, vt d. c. fin. tum quia par in parem nõ habet imperium, vt d. §. tempestiuum, & l. nam Magistratus ff. de arbitr. l. præcipimus §. pen. C. de appellat. & l. digna vox C. de leg. quanto ergo minus habebit imperium quis in se ipsum, quod & confirmatur ex clem. 2. vers. quod si Episcopus de reb. Eccles. vbi habetur, quod Episcopus non po-

test

ctâ authorizare in facto proprio, sicut nec Oeconomus cap. hic vsus x. quæst. 2. nec tutor l. 1. l. pupillus ff. de auth. tut. nec pater donationem sibi à filio factâ glos. verb. rem acquirit l. 1. ff. eod. quam dicit communiter approbatam Clar. in §. donatio quæst. 6. nu. 7.

3 In iudicio tamen pertinente ad forum animæ, aliquando quis vtitur iurisdictione in se ipsum, vt in indulgentijs, potest enim Prælatus qui indulgentiam generaliter concedit eandem sibi lucrari, vt constat ex vsu, & docet D. Tho. in 4. dist. 20. art. 5. quæst. 4. Palud. ibidem quæst. 4. art. 3. Geminian. in cap. indulgentiæ de pœnit. & remission. lib. 6. Calder. in cap. in nostra eod. tit. Nauar. de Iubilæo notab. 20. num. 11. Sot. in 4. dist. 21. q. 1. art. 4. vers. postremum hic, vbi latè hoc probat contra Caiet. & respondet rationibus in contrarium facientibus, & Suarez copiosè to. 4. sup. 3. D. Tho. disput. 52. sect. 2. à nu. 14. vbi dat rationem, quia scilicet Prælati non debent esse peioris conditionis, quam inferiores, nec obstat regula in principio tradita, quia in-

4 telligitur de iurisdictione coactiua in se ipsum, vt in hac specie lucrationis indulgentiarum nulla interuenit coactio, quia conceruntur vniuersè opus tale facientibus.

5 Idem dicendum est in dispensatione, nam potest Prælatus ex causa legitima secum dispensare, sicut potest cum subdito, ita D. Tho. in Addit. ad 3. par. quæst. 27. artic. 34. ad tertium, & 2. 2. quæst. 185. art. 8. & d. quæst. 4. ad tertium Sanchez post alios lib. 8. de matrim. disput. 3. Suar. tom. 5. disput. 41. sect. 2. nu. 9. vbi dicit ita fuisse declaratum à Cardin. Concilij refert Salas vbi infra, quod in Papa, & in Principe non recognoscente Superiorem tenuit Abb. & Felyn. in cap. 1. nu. 33. de constit. & in cap. præterea, licet cũ hæsitatione nu. 20. de sponsal. Sot. lib. 1. de Iust. quæst. 6. artic. 7. ad fi. Suar. to. 4. disput. 52. sect. 1. nu. 10. Palud. Rodrig. Sanchez, & alij quos refert Salas de leg. disput. 20. sect. 12. num. 105. Caiet. 1. 2. quæst. 96. artic. 5. pro quibus facit capit. per venerabilem qui filij sint legit. vbi dicitur posse Regem dispensare cum filijs suis, eos legitimando in ordine ad temporalem hæreditatem, & alias dignitates sæculares, quæ quidem dispensatio est quædam virtualis dispensatio cum se ipso, non solum, quia filius est aliquid patris, sed etiam propter correlationem, nam dispensando cum filio, vt possit esse hæres, dispensat etiam secum vt possit illum hæredem instituere, idem dicit de inferioribus Prælatis, quod scilicet possint secum dispensare sicut possunt cum subditis, vt post Cord 15. tenet Rodrig. in summa 2. part. cap. num. 30. nu. 44. & Suarez vbi supra numero vigesimo, & 22. in quolibet enim Prælato considerantur duæ personæ, vna vt Prælatus secundum quam dispensat, vel concedit indulgentias, altera vt homo secũdum quam potest secum dispensare, & gaudere indulgentijs, præsertim, quia adminiculo diuini Iuris dictis potestatibus secum vtitur, pro quo facit cap. à collatione de appellat. in 6. vbi si collatio Canonicatus facta est à Capitulo assistente Episcopo, vt Episcopus est non potest appellari ad ipsum, quia fieret ad eundem secundum eundem, si verò Episcopus interfuit vt Canonicus, tunc bene valet appellatio, quia licet videatur fieri ad eandem personam, non tamen secundum idem munus, facit etiam quod singulariter notat Abb. in cap. sicut vnice num. 5. de excess. prælat. vbi dicit, quod licet Episcopus non possit vnire suæ mensæ aliquam Ecclesiam, etiam accedente sui Capituli consensu, quia authorizaret in facto proprio, quod faceret in facto proprio, quod facere non potest, vt in cl. men. fin. §. quòd si Episcopus de reb. Eccles. non alien. si tamen idem Episcopus esset Legatus Cardinalis posset id facere ex tali potestate, quod dictum dicit valde notandum Selua de benefic. 2. par. quæst. 3. nu. 45. non mirum ergo si Episcopus, vt egens dispensatione subdatur sibi ipsi tanquam Episcopo, possitq; dispensare ex potestate sibi à Deo data secum tanquam subdito dictæ potestati, nec abhorret etiam à naturalibus, vt sub diuersis rationibus idem sit agens, & patiens, dummodo actio non requirat coactionem.

Hinc dicit Suar. to. 5. disput. 33. sect. 3. nu. 6. posse Prælatum secum dispensare in irregularitate à se occultè contracta, verbi gratia, quia non obseruauit interdictum &c. possum etiam posse se absoluere ab excommunicatione minori contracta similiter quia communicauit cum excommunicato à se ligato, vt docet idem Suarez to. 5. disput. 33. sect. 3. nu. 6.

6 Aduersus hęc obstat plurimum ea quæ in principio diximus Resp. tamen ea procedere in foro exteriori, & quo ad iurisdictionem coerciuam, & vbi requiritur distinctio personarum, cæterum in rebus grauibus melius faciet Prælatus si à Confessario suo in actu confessionis petat, vel dispensationem, vel absolutionem & ita practicatur, & docet Maiol. de irregul. lib. 2. cap. 2. nu. 12. & lib. 3. c. 51. nu. 7. Henriqu. de irregul. cap. 18. §. 3. in glos. 3. vbi latè Suarez tom. 4. disput. 3. sect. 2. nu. 15. Rodrig. in summa 2. par. cap. 30. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Missa celebrari non potest extra locum sacrum.*
2 *Missa celebrari debet in Ecclesijs, fallem benedictis fallit nu. 3. 4. 5. 6. & 7.*
8 *Sacerdos celebrans in altari portatili, debet puniri.*

Missa, an possit hodie in altari portatili celebrari.

DECISIO CCXVIII.

1 Clara est Iuris conclusio, quod Missa celebrari non potest extra locum sacrum c. sicut cap. Missarum cap. hic ergo, & cap. nullus de consecrat. distin. 1. si enim ad panem manducãdum sunt domus, & certa loca deputata Paulus ad Corinth. quanto magis decet, vt non vbiq; & quouis in loco, sed in locis tantum Deo sacratis sacrosancta Mysteria celebrentur, & panis ille diuinus comedatur nihilominus potest dici Missa in Oratorijs publicis, siue eremitorijs, sine tamẽ licentia Episcopi, ratio est, quia talia Oratoria, sive

eremitoria publica erigi non possunt sine licentia Episcopi glos. in cap. auctoritate de priuileg. lib. 6. Cæpol. cautel. 211. & tunc cum eriguntur datur licentia ab Episcopo, vt in tali loco sub inuocatione alicuius Sancti posit constitui eremitorium, & ibi erigi altare, ex quibus colligitur quod Missa ne-
2 cessariò est celebranda, siue in Ecclesijs, tam consecratis, quã benedictis, siue in oratorijs publicis, quod recenter statutum est in Concilio Tridenti no sess. 22. cap. quanta.

3 Hæc tamen regula non semper seruatur, plures enim sunt casus in quibus extra Ecclesiam, & oratoria publica Missa licitè celebrari potest, prima ergo fallentia est in Episcopis itinerantibus Episcopi enim quia quotidie oportet eos dicere, vel audire Missam in corpore Iuris clauso possunt transeundo, & itinerando dicere, vel audire Missam in quouis loco honesto extra Ecclesiam, vt probat text. in cap. fin. de priuileg in 6. quo priuilegio, etiam hodie post Concilium Tridentinum vbi supra possunt vti Episcopi, vt respondit Congregatio Cardinalium cõtra Nauar. cons. 16. num. 1. de priuilegijs Secundo fallit prædicta regula in habentibus a Papa priuilegium dicendi, vel audiendi Missam in priuatis oratorijs cap. missarum cap. clericos de cons. dist. 1. vbi Abbas nu. 2. dicit communem, Episcopum posse in suo Episcopatu concedere licentiam celebrandi extra locum sacrum, etiam in priuatis domibus cũ altari portatili, & ita seruatur in vniuerso Terrarum Orbe, vt testatur Iul. Clar. lib. 5. q. 79. nu. 4.

5 Fallit Tertio in Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, qui ex priuilegio in altari portatili sine alia Ordinariorũ licentia posũt celebrare Missas in locis, quos degũt, & sic in locis nõ sacris, vt probat text. in cap. in his de priuilegijs, quod tamen priuilegium fuit sublatum per Concilium Tridentinum, vt docet Nauar. cap. 85. nu. 82. nihilominus Pius V. viuæ vocis oraculo confirmauit prædictũ priuilegium quoad forum conscientiæ, non obstante Concilio Tridentino, quinimo nec in foro exteriori cessat, dum Episcopi non prohibent, ne eo vtantur arg. eorum quæ notat Nauar. cons. 16. nu. 1. vers. 2. de priuilegijs.

6 Quarto fallit in necessitate, quæ legem non habet, vt cap. sicut, & in cap. concedimus de consecrat. distint. 1. & hoc sæpius solet euenire, & præcipuè quando fiunt supplicationes ad parua eremitoria, vel debent celebrari aliquæ Missæ nouæ ad quas maxima multitudo adesset, quã Ecclesia capere non potest, tunc enim ad fores Ecclesiarũ potest, & solet dici Missa apposita mensa cum altari portatili, & alijs ad id necessarijs, vt est videre singulariter apud Turrecrem. in cap. missarum de cons. dist. 1. vbi refert nonnullos alios casus necessitatis, sequitur Sylvester verb. missa, Ledesma in sum. tit. de Euchariſt. Sacramenti difficultat. 40.

7 Denique fallit in clericis itinerantibus diebus festiuis si Ecclesiæ defuerint per text. in d. cap. cõcedimus, & probat Sot. in 4. dist. 12. q. 2. tales enim præsbyteri si secum deferant altare portatile, & alia necessaria poterunt in quouis loco honesto dicere Missam, vt adnotauit Bustos Salamanticæ in anno 1592. in cap. sicut de cons. distin. 1. & est satis æquum, & rationi consonum, ne talibus diebus careat Missa.

8 Hęc autem fuerunt dicta in discursu cuiusdam causæ nobis delegatæ, vbi resoluimus Sacerdotem præter casus hic enumeratos in altari portatili celebrantẽ omnimodò puniendum, & condignam ei infligendam esse huius criminis pœnam, quia videtur in cõtemptionem tãti Sacramenti, quamobrem omnes casus volui hic inserere ne Sacerdotes audeant præter eos taliter celebrare, quia dignam quidem pœnam in eorum perniciem reportabunt.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio textus in cap. quoniam §. porro vt lit. non test. an procedat in sponsalibus.*
2 *Sponsalia sunt disposita in matrimonio.*
3 *Sponsi dicuntur coniuges.*
4 *Concilium Tridentinum prohibens matrimonia clandestina, non extenditur ad sponsalia.*

An dispositio textus in cap. quoniam §. porrò vt lit. non contest. procedat in sponsalibus.

DECISIO CCXIX.

1 CAuetur per supradictum textum, quod vbi agitur de matrimonio carnali, vel spirituali possunt contra contumacem, etiam lite non contestata testes recipi, & sententia diffinitiua ferri si vero reus est absens, sed non contumaciter, tunc in carnali nõ proceditur, sed expectatur absens, in spirituali verò si agatur de contracto stabitur Iuribus antiquis, si de contrahendo expectatur absẽs per sex mẽses, quare fuit in Curia Archiepiscopali dubitatum, an huiusmodi dispositio procedat etiã in sponsalibus, & pro parte affirmatiua adducebatur, text. in l. oratio ff. de spõsal. vbi æquiparat sponsalia matrimonio, cũ spõsalia sint disposita in matrimonio qua de causa Bald. ibid. firmat regulam, sponsam habentem fori electionem gaudere eodẽ priuilegio electionis fori sicuti eius sponsus, nam idem Ius dicit militare in vxorem, quæ gaudet fori electione sicut vir habens idem priuilegium, vt latè firmauit Nouarius in praxi quæst. 47. sect. 1. quod in sponsa, & sponso, vnde sicuti prohibetur donatio inter virum, & vxorem, sic inter sponsum, & sponsam glos. in l. ea quæ ff. ad municipalem, & facit quia sponsus sponsam de adulterio accusat sicut maritus de adulterio vxorem l. propter C. de adulterijs, vbi glos. ibi purificat spem matrimonij ipsi matrimonio per text. in l. si vxor §. diuus ff. de adulterijs, refert, & sequitur idẽ

3 Nouarius in quæst. 48. nu. 1. sponsi enim dicuntur coniuges cap. coniux 27. q. 2. vnde sponsa habet priuilegium hypotecæ in bonis sponsi, sicut vxor in bonis mariti, iuxta doctrinam Angeli in auth. de æqualibus dot. §. his consequenter ad finem collat. 7. relatam per eundem Nouarium loco superius citat. nu. 5.

Ex

Ex quibus prætendebat vna ex partibus aduersis, dispositionem præfati text. in cap. quoniam porro procedere, & habere locum etiam in sponsalibus.

Sed contrarium fuit tentum per Dominos in vna Sicula annullationis sponsaliorum delegata Illustrissimo Archiepiscopo nostro à Sede Apostolica, non extendendo dispositionem d. textus loquentis in matrimonio ad sponsalia, cum simus in odiosis iuxta vulgatum text. in cap. odia de reg. iur. in 6. ad quod facit declaratio Sacræ Congregationis Concilij, quæ voluit dispositionem text Sacri Concilij Tridentini sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim. vbi cauetur esse prohibita matrimonia clandestina non procedere in sponsalibus, vt refert Mart. in decis. 172. num. 7. vbi firmat sponsalia de futuro etiam non iurata interueniente copula carnali esse obseruanda.

4

SVMMARIVM.

1 *Beneficium obtentum per simoniam statim debet dimitti, & quid de fructibus nu. 2. & 4.*
3 *Collatio facta ex causa resignationis simoniacæ, est nulla.*
5 *Annullatio collationis simoniacæ, est inducta in odium peccati simoniæ.*

Beneficium per simoniam obtentum, an sit dimittendum ante sententiam.

DECISIO CCXX.

1 CONsultus respondi, & iuxta votum meum fuit iudicatum, nam dicebant, quod obtinens beneficium per simoniam realem ab alio, eo ignorante commissam tenetur illud in vtroque foro statim, vt dictam simoniam cognitam habuerit dimittere nulla super dicta simonia expectata sententia declaratoria. De hoc nulla est dubitatio inter DD. quia sunt iura expressa cap 1. 1. quæst. 5. cap. de regularibus cap. ex insinuatione cap. nobis de simon. cap. pen. de elect. glos. in summa 1. quæst. 4. communiter approbata secundum Nauar. cons. 65. nu. 2. de simon. & docent Innoc. & Abb. in d. cap. pen. nu. 5. & in cap. de simoniace nu. 6. & 7. de simon. & idem Nauar. cap. 25. num. 113. & 5. 2. D. Tho. 2. 2. quæst. 100. artic. 6. ad tertiũ Couarr. in regula peccatum 2. par. §. 8. nu. 7. Silu. verb. simonia quæst 13. nũ. 8. & alij citati ab Henriqu. de excommunicat. cap. 37. §. 5. in glos. 9.

2 Tota difficultas consistit circa restitutionem fructuum ante scientiam, seu durante ignorantia simoniæ perceptorum, an teneatur etiam eos restituere vna cum beneficio, quod quidem dubium dependet ab alio circa collationem prædicto ignoranti factam, an scilicet fuerit valida ipso iure, nec ne, nã qui tenent fuisse nullam ipso iure videntur consequenter tenere esse restituendos, pro qua opinione allegatur D. Tho. 2. 2. quæst. 100. d. art. 6. ad tertium vbi dicit talem ignorantem teneri ad fructus extantes sequitur Sot. lib. 9. de iust. quæst. 7. artic. 3. Cordub. quæst. 28. Henriq. supra Nauarr. lib. 2. de restit. cap. 1. nu. 32. Rip. respons. 21. nu. 9. Panor. d. cap. pen nu 2. approbatus in hoc per Rot. teste Gomez in reg. il. de trien. q. 12. docet Cassad. decis. 3. num. 3. de sequestr. possessi. m. & videtur probari per dictum cap. nobis ibi est penitus reprobanda, quod verbum penitus significat nullitatem ipso iure glos. in l. si quis aduocatorum C. de postul. commendata à Corset. in singularibus suis, verbo penitus, item negari nõ potest quin dicta collatio fuerit in se vitiosa, & simoniaca, quia re vera interuenit pecunia, & fuit obtenta median te pretio, vnde ignorantia illius cui fuit beneficium collatum non potest illam validam reddere, sed solum potest ipsum excusare à dimissione beneficij, & restitutione fructuum, durante ignorantia, at crimen simoniæ ipso facto afficit collationem, & eam reddit nullam, quia impedit dominij translationem, ergo meritò est iudicanda nulla licet fuerit facta ignoranti eam, tertio quia alias si esset valida vsque ad tempus notionis, vt vult altera opinio contraria inferretur, illam collationem esse in pendenti, aut tacita conditione factã, contra notata per Nauarr. cap 23. num. 103. aut saltem si sit temporalis is teneretur cui fuit beneficium collatum post habitam notitiam de simonia commissa esse exequutũ contra se de crimine alterius contra notata per Valer. verb. pena in differentia 20. quinimo, & est quarta ratio ex eo quod iste ignorans tenetur renunciare, seu dimittere beneficium statim, vt sibi innotuit simonia, nulla expectata sententia, vt fatentur omnes, perfectò patet nullam fuisse collationem, alias si fuisset valida non teneretur beneficium dimittere, nisi post sententiam latam, vltimò quia si alias esse valida, & consequenter posset obtinens eam facere fructus suos durante ignorantia, & daretur magna occasio parentibus, & cognatis prouisi perpetrandi huiusmodi simonias secretò confisis quod durante ignorantia filij, vel cognati faceret fructus suos.

3 Et nota, quod prædicta intelliguntur, quando simonia commissa est cum patronis, vel collatoribus, vel mediatoribus vacãte beneficio per obitũ, nam si simonia commissa fuerit cum aliquo beneficiario, vt dato pretio resignaret, tunc non est dubium, collationem factam ex causa resignationis simoniacæ esse nullam, quia renunciatio est inualida, nec per eam renuncians abdicat á se titulum ex glosa verbo pecuniæ in cap. super hoc de renunciat. Innoc. in c. cum vniuersorum in fine per textum ibi de rer. permut. communiter approbat. teste Nauarr. c. 23. nu. 105. in fin. Rot. decis. 7. de renunc. in antiqu. Gom. regul. de trien. quæst. 11. Abb. & Felyn. in cap. dilectus 1. de simon. Archid. in cap. decimas nu. 2 16. quæst. 7. Nauarr. cons. 65. nu. 3. de simon. vbi allegat ad hoc cap. cum de benefic. de præb. lib. 6.

4 Non desunt alij, qui tenent collationem illius ignorantis fuisse validam, & consequenter non teneri ad restitutionem fructuum perceptorum durante ignorantia. Huius opinionis author est Nauarr. pluribus eam comprobans cons. 60. per totum, & cons. 61. nu. 7. de simon. & Couarr. tandem videtur idem tenere vbi supra vers. quod si contendat in fin. licet confusè loquantur, nã dicũt colla-

collationem illam ignoranti factam ex sui natura fuisse nullam, sed per iura humana fieri nouam, & absq; simonia ad tempus vsque scientiæ, & malæ fidei, & ad effectum, vt percipere valeat eiusdem beneficij fructus, eosque absque fraude consumere, quæ distinctio, vt verum fatear videtur magis ex eius capite ficta, quã super iure aliquo fundata, nam debebat ostendere Iura antiqua annullantia dictam collationem, & Iura noua ipsam validantia, & vt videas in effectu esse validam durante ignorantia, & ita eum intelligit Nauarr. lib. 2. cap. 2. nu. 430. & sic facere fructus suos, esse autem inualidam adueniente scientia simoniæ licet Nauarr. dict. conf. 60. nu. 2. ipsum alleget pro contraria sententia.

Potissima fundamina huius opinionis sunt primo textus in d. cap. nobis de simonia, & d. cap. pen. de elect. quatenus disponunt talem electionẽ post sententiam reprobandam, & sic videntur significare fuisse antea validam.

Secundo textus in cap. de regularibus de simon. qui idem significat, quia cogitur talis simoniacus renunciare, & nihil additur de fructibus, quasi nõ sit necessaria eorum restitutio.

5 Tertio, quia annullatio collationis simoniacæ est inducta in odium peccati simoniæ, vt omnes fatentur, at prædictus ignorans nullum commisit peccatum, ergo &c.

Quarto, quia nullus textus est vbi decernatur nulla dicta collatio, ergo non est inducenda per reg. glosæ in cap. pen. de sureparion.

His forsan rationibus adductus Nauar. d. lib. 2. cap. 2. num. 430. conatur has in se contrarias opiniones fœdere distinctionis conciliare, ait enim primam opinionẽ D. Tho. procedere in foro interiori, & si in conscientia esse nullam talem collationem, ideoq; restituendos esse fructus extantes, quia alias suos fecisset, & restituendi non essent hanc autem secundam opinionem Nauarr. & Couarr. procedere in foro exteriori.

Sed certè non video rationem discriminis, si in foro interiori nulla est, & tenetur Beneficiarius ignorans post scientiam restituere fructus extantes multò magis tenebitur in foro exteriori per l. certum C. de rei vendic. quæ expressè obligat possessores bonæ fidei ad restituendos fructus extantes.

Dic ergo nullo modo ponendam esse differentiam inter vtrumque forum in casu de quo loquimur, sed tenendum esse cũ D. Tho. & cũ alijs primæ opinionis per rationes supra assignatas, quæ sunt probabiliores, & fortiores, licet ipsi dictas rationes non allegent.

Vnde non obstant in contrarium adducta, nam ad primum, & secundum respondetur intelligi de reuocatione, seù reprobatione facti, quæ potius est quædam declaratio, quã reuocatio Iuris, vt fit sæpè in Iure teste Couarr. supra & idem dic de renunciatione, quæ præcipitur d. c. de regularibus, quantu nuis nequis sit intrusus & simoniacus & ignorans tenetur dimittere beneficium mediante renunciatione in manibus Superioris, vt docent Innoc. in cap. nisi cum pridem num. 1. de renunciat. Cassad. d. decis. 3. nu. 1. de sequestr. possession. idẽ Innoc. d. cap. de regularibus, & ibidem Abb. nu. 2.

nec ibi sit mentio de restitutione aliqua fructuum quia de ea non fuit facta consultatio, & in prima parte text. quæ agit de simoniacis scientibus, & nihil dicitur de ipsis fructibus, & nihilominus debentur ab ipsis, quare taciturnitas fructuum nullum ibi misterium continet.

Ad tertium respondetur licet ipse ignorans non peccauerit, peccauisse tamen eum, qui pecuniam dedit pro eo in cuius peccati odium meritò impetratio illa beneficij fuit nulla, sæpè enim in Iure quis patitur pœnam sine culpa non tamen sine causa, & punitur vnus pro alio, vt in terminis nostris docet gloss summæ in fin. 1. quæst. 4. quam dicit communiter receptam Nauarr. conf. 65. nu. 2. de simon.

Ad quartum dico satis exprimi nullitatem dictæ collationis ex eo quod præcipitur vt statim dimittat beneficium vbi ignorans intellexerit sibi fuisse simoniacè collatum vt in d. c. 1. quæst. 5. cum communi supra relata, non enim alias teneretur id facere absque sententia si primus ingressus fuisset validus, & Ius circa beneficium acquisiuisset per not per Valer. verb. pœna diff. 10.

Præterea circa restitutionem fructuum tantum extantium aduertendum est hoc non esse mirum licet collatio fuerit nulla à principio, quia regulare est ad fructus bona fide consumptos nullũ teneri.

SVMMARIVM.

1 *Princeps si facit gratiam, quæ vt reuocetur pars in contrarium supplicauerit, & ab eo fit exinde prouisio, quod Iudices prouideant de iustitia, an intelligatur gratia reuocata, & num. 4. 18. & 19. amplia nu. 7. ratio nu. 5. & 8. declara sub num. 1 1. & 12.*

2 *Iustitia est, seruari gratiam.*

3 *Princeps præsumitur velle vti plenitudine potestatis, si actus non potest valere de potestate ordinaria.*

5 *Gratia dicitur illa, quæ conceditur contra ius.*

6 *Princeps si committat causam de iustitia, videtur committere quod fiat, quod iuris est, amplia nu. 7.*

8 *Ius Tertio quæsitum, non potest per Principem tolli.*

9 *Gratia Principis non debet esse frustratoria.*

Gratia Principis, an intelligatur reuocata per rescriptum eiusdem Principis, per quod mandatur, *que se haga relacion.*

DECISIO CCXXI.

SI post gratiam à Principe emanatam pars aduersa supplicat eundem Principem pro reuisione causæ, & Princeps mandat, vt fiat relatio, videbatur per huiusmodi verbum gra-
1 tia reuocata, nam quando Princeps remittit in iustitia dicitur gratia denegata Felin. in cap. super litoris de rescript. numero 10. Curt. in l. causas C. de transat. Rot. Rom. in nouis decis. 28. alias 458. Bald. optimè in l. iustitia in princip. ff. de iust. & iur.

& iur. & in cap.2.de officio delegat. Loaz.in §.iu-
stitia institut.de iustit. & iur.& post alios consuluit
Crauett.cons.408.nu.19. vers.4. respondeo vsque
ad nu.26.& in specie Marian. Iun. cons.35. nu.4.
eiusque ratio est,nam gratia dicitur quæ concedi-
tur contra ius Doctores in cap.sedes de rescriptis
2 Dec.in rubr.de priuileg.num.5.Bero.cons.50.nu.
11.lib.1.Nouarius in pragm.7.nu.3.de offic. Sacri
Consilij , & consequenter verum est dicere,quod
Princeps prouidet quod fiat iustitia idem est, ac si
decerneret quod fiat id quod iuris est Bald.in cap.
cum venissent nu.2.de testib. ibi pone quod Prin-
ceps deleget causam, & mandet quod fiat iustitia,
quod importet hoc,& respondeo , quod idem est,
dicere fiat id quod iuris est l.bona fides ff. deposit.
Ias.& DD. in d.l. iustitia ff. de iustit.& iur. Mila-
nens.decis.20.numero 45.par.1. de Franch. decis.
700. Lanar. post Baldum consilio 37. numero 7.
quod maximè procedit in gratia facta per Princi-
3 pem præter Ius Tertij , vt erat casus de quo age-
batur,eo quod,dum tractatur de tollendo Ius par
ti acquisitum,quod de iustitia à Principe fieri non
potest si committatur de iustitia,tunc iustitia erit,
vt gratia quæ est contra ius non seruetur , sed fiat
id quod de iustitia est, secundum Doct. in dict. l.
iustit.ff.de iustit. & iur.alias enim prouisio Princi-
cipis , quod Iudices prouideant de iustitia redde-
retur frustratoria,q̃ dici non debet ex adductis in
4 dict.decis.Rot.358. & fortius in dispositione Prin-
cipis , & ageretur de derogando contrariæ præ-
cedenti quo casu sufficeret generalis derogatio l.
oēs §.1.C.de quadrien.præscript. Bald.in l.huma-
num col.3.C.de legibus Petr.de potestat.Princip.
in tit.de differētia inter disposit.homin. & leg.seu.
Princip.quæ incipit quantum fol.223.nu.2.ideo-
que si essemus in dubio nō præsumitur Principem
velle vti plenitudine potestatis in præiudicium
Tertij,vt aduerso dicebatur,sed solum potestate
ordinaria, & iuribus communibus, vel consuetu-
dinibus in loco videntibus Castrens.in l.ex imper-
fecto C.de testamen.Paul.de Montepic. in l. Titia
cum testam.num.78.ff.de legat.2.quæst.18. Petr.
5 Anton.a Petr.in dict. tract.de potestat. Princip.q.
5.prin.quæ incipit circa nonam nu.6.& per totam
fol.mihi 207.& ita intelligenda est decis. Afflict.
128.in princip.allegata,nisi tamen commissio de
iustitia facta fuisset super subreptione gratiæ, vel
eius nullitate, quo casu non diceretur reuocata
6 gratia, sed eius validitas, seù nullitas dependeret à
futuro euentu decis.ferendæ,& iustitia est, vt inte-
rim seruetur gratia, quicquid tamen sit vbi proui-
sio Principis cōformis esset dispositioni iuris, hoc
casu contrarium asserendum erit quādoquidem,
& sic largo modo sumpto vocabulo quodcumque
Principis decretum gratia dici potest ad text. in l.
1.§.1.ff.de quæst.Io.Mon. in c.cupientes nu. 130.
de elect.vbi ait quod quando Princeps confirmat
postulationem iustam,quam non debuisset renue-
re dicitur gratiam facere ideoque gratia dicitur
debita quando subest iusta causa illam faciendi
Abb.in cap.bonæ memoriæ il primo num. 14. de
postulat.& gratiam dicitur quis facere quando fa-
cit id ad quod naturali ratione tenetur Bald.in c.
7 1.nu.18.de allodijs Natta cons. 600. nu.40. & 41.
lib.3.Barbat.cons.32.nu.2.lib.2.& cons.56.nu.12.
lib.2. Imo Dec.generaliter loquens in cap. sedes
nu. 17. de priuileg. dicit,quod in quocunque casu
vbi Princeps potest denegare,& tamen consentiat
dicitur gratiam facere, maxime si esset solitus, vt
consuluit Natta cons.164.& 165.& propterea per
8 commissionem de iustitia non diceretur reuocata,
sed quod fiat quod ius erit, vt aduertit de Franch.
in loco cit.nu.2.vbi refert,ita iudicatum, & nota-
tur per Ias. in dict.l. causas C. de transact.dum ait
quod si est lata sententia contra me,quæ transiuit
in rem iudicatā, & ego supplico Principi narrādo
q̃ talis sententia est iniusta, & peto ex gratia re-
uisionē huiusmodi sententiæ, & Princeps deleget
causam, vt fiat iustitia,quod per hoc non censetur
derogatum sententiæ , sequitur Lanar. in d. cons.
37.nu. 12. in tantum , quod Iudex ex huiusmodi
commissione arctatur ad iurisdictionem seruan-
9 dam,& vt veritate comperta faciat illud quod iu-
ris est, prout in specie firmat Angel. in auth. de
hæred.& falcid.Marant.in specul.4.par. distinct.9.
nu.4. & seq. quos & alios refert, & sequitur Mo-
nald.cons.8.nu.5.

Quicquid sit ex supra dictis,Curia tamen Ar-
chiepiscopalis in casu occurrenti censuit gra-
tiam non fuisse reuocatam, nam certum est, quod
si Princeps facit gratiam, & ex inde aduersus eam
Principi per partem supplicatur super eius reuo-
catione , & fit prouisio , quod Iudices prouideant
de iustitia,orta fuit pluries dubitatio,an ex tali pro
uisione censeatur gratia reuocata, nam Afflict.in
decis.128.in fine dixit , quod non,eo, quia iustitia
est quod seruetur gratia, Doctores in l.causas C.de
trāsact. post alios quos allegat Raimund.Ramūd.
in quadam allegat.& quatenus dubitaretur,si Prin
ceps voluerit facere gratiam , responderi posset
quod quoties actus non valeret de potestate ordi-
naria,& sic de iustitia,videatur Principem voluisse
vti plenitudine potestatis Alex.Raudens. respons.
1.nu.147.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Successor singularis regulariter non tenetur stare colono.*
2 *Idem si esset anticipata solutio.*
3 *Per mortem Beneficiati extinguitur ius in beneficio.*
4 *Beneficiatus debet inuigilare circa vtilia beneficij.*
5 *Beneficiatus tenetur stare colono,quando locatio facta esset pro vtilitate Ecclesiæ.*
6 *Beneficiatus quo casu æquiparatur vsuario.*

Pensio anticipata facta clerico locatori, an noceat successori , quominus valeat expellere conductorem.

DECISIO CCXXII.

1 REgulariter, successor singularis non tene-
tur stare colono l.emptorē C. locati, Alex.
in cons. 118. lib. 5. cum alijs quos adducit
Gomez variar.resolut.cap.3.num. 9. Buen. regula
40.

40.& Couarr.variar.resolut. cap.15. lib.2. in princip.quod procedere fuit dictum in Curia Archie
2 pis. dato quod conductor soluisset anticipatas pensiones suo prædecessori;cuius decis.ratio fuit,quia
3 per mortem eius beneficiati est extinctum cap. 2.de concessione præbendæ argument.l.lex vectigalis ff. de pignoratitia actione, cum alijs de quibus per Crescent.in decis.9. de priuilegijs, & conductor cũ potuerit præuidere mortẽ locatoris sibi debet imputari Card. cons. 7. de locato Monald. cons.90 nu.16 & sequent. Ferret. cons.151.lib.1. quos secuta fuit Rota Romana in vna Auximana locationis coram Orano; Prælatus namque bene-
4 ficiatus ad hoc summopere debet aduertere, vt semper pro Ecclesia meliora prospiciat ad instar tutoris qui vtilia agere, & inutilia prætermittere debet l.fin.cum concordant.C.de administratione tutorum Bald.cons.51.vol.1.latè Monald. post Alios in cons. 22. vol. 2. & in proprijs terminis Prælatorum adest text. in cap. nuper de rebus Ecclesiæ non alienandis,& ad idem facit text.in cap. per vestras de donationibus vbi Epus non dicitur dominus rerum suæ Ecclesiæ, sed administrator, & propterea meliorem conditionem, non deteriorem facere debet, & locare ad plures annos prædia suæ Ecclesiæ anticipata solutione non esse vtilius minime dubitabatur ex late traditis per Redoan.in quæst.17.nu.29. vbi ex pluribus per eũ adductis fundamentis determinat anticipatam solutionem augere pretium, vt probatur in l.minus ff.de solutionibus vbi plus, vel minus soluitur tẽpore,& anticipata solutio habetur pro parte pretij arg.tex.in l.fundi partẽ ff. de contrahend.empt.& Rot.Perus.in decis.9.& alij coĩter in cap.nauiganti de vsuris, & quotidie experiẽtia hoc docet,quia conductores propter istas anticipatas solutiones viliori pretio semper conducunt, quod potest redundare in perniciem successoris, ideo successor non tenetur stare eo, quod contractus non est vtilis pro Ecclesia,imò tales locationes hodie improbantur per Sacr.Concil.Trident.c.11. de reform. sess.25. & bene Card. Mant. de tac.conu.tom.1. lib.5.tit.12.nu.23.

Si tamen locatio esset facta cum debitis requisitis, nempè nomine Ecclesiæ, & illa vtilis nec non etiam ad modicum tempus,& locans esset administrator vniuersalis secundum aliquos successor tenetur stare locationi, dato quod integrum pretium fuisset solutum prædecessori pro toto tempore ipsius locationis, vt refert Guttier. Canon. quæst. lib.2. cap.8.nu. 71. & istam opinionem vti communem,à qua in iudicando non esse recedendum dicit Decian.cons.14.nu.5.& 9. vol.2. quem cæteri adducti per eundem Guttier. sequuntur subdit tamen,quod ista conclusio non caret dubio propter absurdum quod inde sequeretur. Prælatus enim posset locare bona suæ Ecclesiæ,& totum pretium recipere, deindè si moreretur in primo anno successor nihil omnino reciperet, ne dum pro sustentatione sui victus, verum nec pro oneribus dignitatis, quod redundaret in maximum dedecus Prælaturæ, & ipsius dignitatis,quod tamẽ non est ferendum, quæ ratio secundum Decian. vbi supra citatum nu.15.est satis efficax,vnde Guttier.putat posse distingui in hoc casu, quod ampliatio nostra procedat, si omnes pensiones anticipatæ fuerunt solutæ,ita vt pro Rectore nihil remaneat ad sui sustentationem, secus verò si non omnes, sed aliquæ tantum fuerunt solutæ,aliquibus remanentibus,quia tunc successor tenebitur stare locationi,concurrentibus alijs requisitis, de quibus sup.vt ibi per eum. Ego tamen in hoc subsisto, & considero, quod potest esse,neq; reputatur incõpatibile,quod scilicet successor stare teneatur locationi factæ formiter,& solemniter per suum antecessorem,& nihilominus valeat de nouo pensiones exigere,vt post Hostien.Cald. & Redoan.in puncto firmat Surd.decis.326.nu.79.saltem vt sustineat onera dignitatis,vt sup.dictum est,quod est notatu dignum.

Quatenus autem valida fuisset locatio, & successor cogeretur stare locationi, non posset conductor soluere ante tempus statutum, & conuentum in præiudicium successoris, & soluendo non consequeretur liberationem Redoan. de rebus Eccles.non alienand.quæst.58.nu.53.Castr.in l.diuortio ff.solut.matrim.& Anch.cons.116. præsertim confitendo, nam confessio Prælati non potest afferre detrimentum Ecclesiæ, vt dicunt omnes citati per Menoch.cons.38.num.37. sicut de confessione voluntaria tutoris, quæ non obligat pupillum l.Lucius ff.de administrat.tutor. vbi Bart. nisi sit adminicula Ruin.cons.174.nu.4.lib.1. Natta cons.145.nu.20 & in confessione Prælati voluntaria Afflict. decis.168. sanè potest debitor si vult soluere ante tempus l. quod in diem ff. de solut.l. eum,qui kalendis §.fin.ff.de verb.obli. cum vnusquisque possit suo fauori renunciare l. fin.de pact. & dilatio temporis sit apposita gratia debitoris l. cum tempus ff.de reg.iur.sed quando solutio potest tertio afferre nocumentum, ista anticipatio non est licita, vt in terminis deducit Carolus de Grass.except.25.nu.104. cum sequent. qui loquitur in solutione facta Prælato, tales namque solutiones sunt suspectæ,& inuerisimiles, ideo malitijs obuiandum in quantum fieri potest, vt per Menoch.d.cons.38.nu.38.

6 Quod sine dubio procederet, si Prælato incipienti infirmari fuisset facta solutio, vel in extremis posito,tunc quia æquiparatur vsurario,qui nõ potest vltra suum vsum disponere §. primo instit. de vsu.& habit. proculdubio non posset confitendo suo successori afferre nocumentum,cum alioquin detegeretur fraus in præiudicium successoris, vt argumentatur Hieron. de Laurent. in puncto huius quæstionis decis. 117. num. 3. talis enim confessio facta hoc tempore, vtpotè suspecta non nocet successori, etiam si tendat ad liberationem, vt per Menoch.citatum nu.44. subdentem nu.46. quod actus factus in articulo mortis, alteri non præiudicat, dato quod ab incolumi gestus potuisset detrimentum afferre, & quod est plus id etiam procedere dicit, si actus ille fuisset iuratus, quia iuramentum non confirmat actum in præiudicium alterius,subijciens exemplum de marito,qui incolumẽ vxori donare potest,cum iuramento tñ per actum confessionis de recepto hoc facere non potest,quia illa confessio præsumitur ficta, & simulata

mulata, eum alias in vita posset expressè donare, cum iuramento, iuxta magis communem Doctorum sententiam, vt ibi per eum num. 50. cum seq.

Nec iuuat dicere, quod huiusmodi pensiones debentur Prælato antecessori saltem pro alimentis, & pro labore beneficiati, qui beneficio interuit ad similitudinem vsufructuarij, qui lucratur fructus statim vt à solo sunt separati ad l. defuncta ff. de vsufruct. quia quicquid sit de hac materia, quæ aliã requirit indaginem sat est, quod in vita illos suos faciat, & in morte habeat tãtum nudum vsum, & non plus, & in omnem casum solutio ista tanquam anticipatè facta incipienti mori habetur pro non facta, vt dictum fuit, & consequenter perinde habetur, ac si esset inexata, vnde saltem succedit Bulla Iulij Tertij reseruans fructus inhærenti successori, vt per Cardin. Seraphyn. decis. 594. præsertim nu. 18. & 19. vbi loquitur de clerico qui vsus fuit diligentia in exigendo.

SVMMARIVM.

1 *Debitor non dicitur in mora, si non extat persona cui soluat.*

2 *Ærarius non tenetur exigere, nisi introitus baronales tantum.*

3 *Baro si facit mercaturam de fructibus, Ærarius tenetur illos custodire.*

4 *Ærarius non tenetur custodire fructus perceptos extra territorium.*

An Aerarius Baronis dicatur legitima persona recipiendi introitus, non quidem feudales, verum ex mercimonia prouenientia, ad effectum, vt debitor Baronis non sit in mora soluendi, ex quo non aderat persona cui soluerat.

DECISIO CCXXIII.

Difficultas non modica est inter Doctores, an si debitor non habeat cui soluat, teneatur ad vsuras, oriturque difficultas prædicta, quia tex. in l. pecuniæ fænebris §. fin. ff. de lege commissor. simpliciter dicit, quod quando non
1 adest cui soluatur, non constituitur debitor in mora, & per iura prædicta cum alijs concor. hoc tenuere Alexand. qui plene loquitur in cons. 92. per spectis lib. 1. & Aret. in cons. 163. vbi plenissime, aliæ vero leges in cõtrarium videntur, scilicet, q̃ non existente cui soluatur requiritur etiam protestatio, oblatio, & depositio, vt dicit tex. in l. ait prætor §. sed hodie ff. de minor. l. si reus paratus ff. de procur. l. labeo ff. de nautico fænor. & in l. fin. ff. de lege commissor. & per prædicta iura cum alijs, ita tenet Bart. in dicta l. si reus paratus, Paulus de Castr. & Alexand. in l. ad diem ff. de verbor. obligat. de quibus meminit Aret. in princip. consilij prædicti, Reddebatur difficilis controuersia, quæ pendebat in Curia Archiepisc. Neapol. inter quendam de Ponsellis, & Illustrem Virgiliam Rauascheriam, dicebat namque ipse de Ponsellis minime teneri ad interesse quantitatis serici non solutæ in Castro Girifalchi, ex quo cum ibidem accessisset, non inuenit personam legitimam cui solueretur, ex parte autem dictæ Virgiliæ probabatur eo tempore fuisse in terra Girifalchi eius Ærarium, cui poterat fieri solutio, quare fuit dubitatũ quid iuris, & fuit in Curia Archiepisc. resolutum con-
2 tra dictam Virgiliam, ex quo Ærarius non tenetur exigere, nisi introitus baronales tantũ Francis. March. in decis. 107 part. 2. Lanarius cons. 69. & fuit prouisum inter Vniuersitatem Prignani cum Batone, Actuar. Galterio, non posse cogi nisi pro feudalibus fructibus exigendis intra territorium,
3 verum & si mercetur fructus Baro, si erunt collecti de feudo Ærarius tenebitur curam habere sic Carauit. ritu 45. in fin. Capyc. in inuestit. ver. feudor. immunitas Mastrillus de Magistrat. lib. 4. capit. 17. num. 70. cum sequent. secus si bona aliunde emeret Baro, vt mercaretur, nam tunc ad administrationem eorum Ærarij non sunt obligati Adde Campan. in clem. de vita, & honestat. cler. nu. 126. Addent. ad Capyc. decis. 158. neque si Baro aliunde victualia, & alias mercantias emeret pro mercimonijs, nam de ijs nec tenetur Ærarius administrationem suscipere Franch. decis. 128.
4 itidem obseruandum, quod Baro non potest cogere ad habendam curam de bonis extra feudi tenimentum, vt notat Andr. cap. 1. §. sed nec alia colum. 4. tit. quæ sit prima caus. benef amitt. prout Rex non potuerit cogere feudatarios ad præstãda seruitia extra Regnũ, & sic fuit decisum in Vniuersitate Pisticij cum Barone, Actuario de Felice, quæ autem sit differentia inter negotiationem, & industriã vide Marant. in sua praxi art. iudicium mercat. nu. 69. Ærarios non posse cogi ad habendam curam de mercantijs, & massarijs, & dandis victualibus inseruientibus, sed solum de fructibus feudi, quorum curam habere debent in conseruando, vendendo, & cæteris alijs, ad quæ obligantur de iure Administratores, & quod vltra territoriũ inseruire non teneantur fuit iudicatum inter Vniuersitatem Biccari, & Marcellum Caracciolum Actuario Figliola, qui mandabat Ærario, vt asportaret pecuniam Neapolim, & alios fructus fuit decisum, quod non teneatur, sed expensis, & periculo Baronis debeat mittere Guid. Papa in decis. 68.

SVMMARIVM.

1 *Forum sortitur quis ratione contractus, & nu. 3.*

2 *Absolutio à iuramento est concedenda à Iudice loci contractus.*

4 *Ratione contractus quis restituitur ad locum, in quo contraxit.*

Monitoria pro detegenda simulatione contractus, an possint concedi in alio loco, quam contractus.

DE-

DECISIO CCXXIV.

IN Ciuitate Barij fuit factus quidam contra-
ctus, qui reputabatur simulatus, & fraudulen-
tus, quare instabatur in nostra Curia Archie-
piscopali pro concessione Monitorialium ad de-
tegendam talem simulationem, sed non fuerunt
concessa, imò denegata, ex eo, quia non erat com-
petens pro tali effectu, sed Curia Archiepiscopa-
1 lis Barensis erat adeunda vbi forus sortitur ra-
tione contractus cap. Romana §. contrahentes de
foro competenti. Nouarius in sua praxi elect. & va
riat. fori quæst. 28. sect. 2. vbi firmat, quod haben-
tes fori electionem, illam non gaudeant vbi sunt
conuenti in loco contractus.
2 Et facit, quod absolutio á iuramento debet peti
ab Episcopo loci contractus, & non ab Episcopo
Diœcesano Iurantis, vt per Alex. ad Bar. in l. hæres
absens §. si quis tutelam ff. de Iudic. Cardin. in cap.
2. de iur. iurando vbi etiam Felin. col. 6. vers. 15. la-
tè Borrel. in consil. 50. cent. 1. ex eo, quia vt dixi-
3 mus ratione contractus quis sortitur forum, vt in
l. in contractibus §. in omni C. de non numerat.
pecun. vbi exceptio non numeratæ pecuniæ oppo
nitur prius coram Iudice, Episcopoq; loci contra-
4 ctus, & hinc est, quod ratione contractus quis re-
stituitur ad locum in quo contraxit, quoties iura-
mentum interuenit, Bellug. in specul. princip. Ru-
bric. 11. §. visum est nu. 1. vbi Borrel. in addit. cor-
roborat eius dictum ex authoritate Castrens. Fe-
lyn. Corseti, Sapiæ, Boerij, & Francisci Marci.

SVMMARIVM.

1 *Nemo potest relegari extra Prouinciam.*
2 *Quilibet potest iuri suo renunciare.*
3 *In renunciatione iuris proprij, non requiritur autho ritas Superioris.*
4 *Renunciantibus iuribus suis, non datur regressus.*
5 *Creditor potest renunciare beneficio præuentionis.*

An Relegatio extra Prouinciam possit fieri ab Episcopo de voluntate partium.

DECISIO CCXXV.

1 NVlli dubium est, quin extra Prouinciam
prohibitum sit relegari clericos ab eorum
Episcopis, & Ordinarijs, vt firmauimus su
pra in decis. 28. par. 2. verum vbi partes cōsentiunt
tunc Episcopus potest eos relegare extra Prouin-
ciam, quia hoc videtur introductum in ipsarum
2 partium fauorem, & quilibet potest renunciare fa
uori suo, ex vulgato textu in l. si quis in conscri-
bendo C. de pactis latè Tusc. in conclus. 170. &
3 171. adeò quod si quis velit renunciare eius foro
non requiritur consensus Iudicis, sed partium
sufficiat Nouarius in praxi elect. & variat. fori q.
7. num 5. sect. 2.
Imò qui semel renunciauit Actioni, & Iuri suo
amplius repetere nō potest l. qui Actionem C. qui
qui accusar. non poss. l. quod defecit ff. ad Turpil.
4 Dec. cons. 389. nu. 10. Afflict. decis. 22. & remitten
tibus iura sua amplius non datur regressus Becc.
cons. 34. nu. 12. & 27. de quo per Nouarium in sua
praxi dationis insolutum quæst. 3. nu. 5. par. 2. vbi
5 etiam nu. 6. firmat, creditorem valere renunciare
beneficio præuentionis ex Franc. decis. 676. & spo
liatum posse renunciare beneficio restitutionis, vt
decisum est per Rotam in Antiq. decis. 3. & 11. de
renunciat. idē Nouarius in collect. decis. ad prag-
mat. Regni nu. 17. per totum de Senatusconsulto
Macedoniano, & iuxta hanc sententiam tenuit Cu
ria Archiepiscopalis in causa cuiusdam Siculi in-
quisiti de falsa moneta, qui fuit condemnatus ad
relegandum extra Prouinciam per spatium quin-
que annorum.

SVMMARIVM.

1 *Testes possunt torqueri, si sint conuicti de assistentia, quod procedit etiam in ciuilibus, si veritas aliter haberi non potest.*
2 *Testis, vt torqueri possit, requiritur mendacium, & negatiua.*
3 *Exemptus. an possit torqueri in Curia Archiepiscopali ratione falsitatis commissæ.*
4 *Testis varius potest torqueri.*

Dispositio textus in l. vnius §. testes ff. de quæstionibus, an procedat in persona exempta.

DECISIO CCXXVI.

1 TEstes cogendi sunt ad deponendum quid
sciant de negotio, etiam per viam torturæ,
si verisimiliter id sciunt, ita generaliter te-
net Bal. in l. milites C. de quæstionibus, pro cuius
dicto text. est ad literam in l. vnius §. testes ff. eod.
imo quod etiam in ciuilibus amplietur hoc dictū,
si aliter veritas haberi non possit tenet glos. in l.
ex libero in princip. verbo non vacillante ff. de
quæstionibus per text. in l. Diuus ff. eodem, & in
ignobilibus testibus satis apertè decisum est in §.
sancimus auth. de testibus col. 1. Natta cons. 349.
nu. 1. Et in fine dubitabatur tamen in Curia Ar-
chiepiscopal. si hæc opinio esset ita indistinctè ad
mittenda, vt ex sola assistentia possit testis torque-
ri, dubitationem faciebat dictum. Parid. de Puteo
2 in tract. de sindic. in verb testes, vbi vult, quod ad-
sit etiam mendacium & negatiua testis vt torque-
ri possit, vt eo casu etiam tertiò quæstioni subijci
posse voluit eod. tract. in tit. de repet. nu. 3. & dicit
glos. in d. §. testes hæc duo requiri copulatiuè, vt sit
locus torturæ, videlicet, vt vacillet, & dicat se inter
fuisse per dicta l. ex libero, idem videtur voluisse
Put. in verb. licet alias pag. 320. Verum cōtrarium
visum fuit de iure verius, nempe, vt torqueri pos-
sit ex eo solo, quod actui præsens fuerit, in vno ete-
nim capite vacillationis loquitur dicta l. ex libero,
etenim non bene inferri poterat, quod talis fuit
præsens tali actui, ergo vidit, & intelligit, potest
enim esse, quod vnus esset seperatus ab alio, ita
quod non viderit, neq. intellexerit l. diem proferre
§. coram ff. de arbit. Bar. in l. 3. §. fin. ff. de auth. tut.

Marsill.

Marsil. sing. 403. Viuius opin. 899. Baiard. ad Clar. in §. fin. quæst. 25. num. 34. & secundum prædicta conclusum fuit.

Hinc notandum esse arbitratus sum in hac materia, quod licet testis vocatus ab uno digniori possit torqueri secundum Barto. in dicto §. testes vbi Marsil. & l. is cui ff. de quæst. Foller. post alios in pract. crim. in verb. capiat informationem nu. 23. Boss. de tort. test num. 10. & tit. de indic. num. 37 Baiard. ad Clar. in dict. §. fin. quæst. 25. num. 30. Farin. dict. quæst. 39. num. 131. illud tamen procedet si probandum esset inditium propinquum, secus si de remoto, & immediato ageretur, quia tunc cō uictus per vnum testem eo digniorem non portabitur ad torturam, vt intelligit Marsill. in dict. §. testes Cum. de find. cap. 6. nu. 4. subdens ita seruasse, & non semel ego iudicaui.

Circa articulum principalis dubitationis, si
3 supradicta procederent in exemptis, ita vt possint carcerari, torqueri, & puniri per Curiam Archiepiscopalem, & veritas est, quod sic, quando deponunt falsum, vel vtuntur fraude in depositione ex l. nullum C. de testibus, Afflict. dec. 219. dicitur autem testis vti fraude in depositione, quando tacet veritatem, vel in loquendo versute, & non dicendo benè factum, vel non reddendo rationem scientiæ veram, vt eius dictum non probet, nempè si vidit factum, & reddit rationem, vt dicit Bald. notabiliter in dict. l. nullum, tunc si ab alio teste digniore conuincatur, quod interfuit facto poterit ratione mendacij torqueri Bart. in l. vnius §. Iudex ff. de quæst. Boss. de tortura testium num. 10. Farin. de testib. quæst. 69. num. 21. qui alios addu-
4 cit: Hinc testis vacillans, varius, aut contrarius poterit torqueri, iuxta l. ex libero ff. de quæst. vbi Barto. & late tradit Farinac. vbi supra, vel si verisimiliter informatus de aliquo facto tacet veritatem secundum Bald. in l. nun solum C. ad l. iuliam de adulter. & lege Dominus horreorum ff. locati, vel si spontè se offert examini pp suspitionem, quia est suspectus de falso Bart. in dict. l. ex libero Boss. & Farinac. vbi supra, & in alijs casibus, in quibus testes vtitur mendacio, aut fraude in depositione, quos diffusè recensent Boss. & Farinac. vbi sup.

SVMMARIVM.

1 *Abbatissa non potest donare.*
2 *Professa non potest disponere de bonis suis.*
3 *In Abbatissam non potest eligi, nisi professa.*
4 *Limitatur Bulla Clementis VIII. prohibens Regularibus largitionem munerum.*
5 *Donatio remuneratoria non dicitur donatio.*

An Bulla Clemen. VIII. prohibens Regularibus largitionem munerū, seù donationem, locum habeat in Abbatissa donante aliquid Monialibus eiusdē Monasterij

DECISIO CCXXVII.

1 Inquirebatur quædam Abbatissa de contrauentione Bullæ Clementis Octaui emanata cōtra Regulares donantes, quare pro parte eiusdem Abbatissæ dicebatur, donationem prædictam fuisse factam Monialibus eiusdem Monasterij, & proinde non intrare terminos dictæ Bullæ, quare fuit dubitatum quid Iuris, & dicebatur talem donationem per dictam Reuerendam Abbatissam non posse fieri, vt est textus singularis de Iure communi in cap. 2. de testibus, & licet ad coadiuuandam dictam donationem possit allegari consuetum esse donare, atque disponere, tamen tanquam corruptela est reijciendi, nec potest validare talem donationem, & quamuis ille textus loqui videatur in dispositione per vltimam voluntatem, tamen ratio est generalis, quia Ecclesiæ præiudicare non potest, cui ex solo ingressu bona acquiruntur, & ratio generalis ampliat dictum l. cum pater §. dulcissimis ff. de legat. 2. quod confirmatur, nam omnes Doctores volūt, professam
2 non posse disponere de bonis suis, sed illa acquisita esse Monasterio, ita Decius omnes cumulat in auth. ingressi C. de Sacrus. Eccles. nu. 4. sed Abbatissa semper est professa, cum alias professio fiat tacitè, vel expressè, tamen Abbatissa semper est
3 professa expressè, nam alias non posset eligi in Abbatissam tex. est in cap. indemnitatibus in princip. de elect. in 6. in clem. nullus eod. tit. in clem. 1. §. cæterum de statu regularium, vnde cum Abbatissa semper est professa, sequitur quod disponere non potest, & eius bona sunt acquisita Monasterio & quod diximus in Abbatissa, idem est in Priorissa, & qualibet alia Prælata, & Gubernatrice Monialium, vt ibi glos. & Doctores declarant, quæ omnia quamuis procedant de Iure communi, est ēt adhoc Bulla Fel. Record. Clementis VIII. prohibens Regularibus vtriusq; sexus largitiones, vel donationes, & proinde dicta Abbatissa videtur nō posse excusari à cōtrauenne, & pœnis dictæ Bullæ.
4 Tamen contrarium ex voto meo fuit resolutū, & quod præfata Abbatissa non contrauenit Bullæ de qua supra, nam non donauit absque titulo, sed cum titulo, & titulo remunerationis, nam in Bulla prohibentur solum donationes gratiosæ, ad quas faciendas nemo tenetur, & sic non prohibentur remuneratoriæ donationes, vnde succedit cōclusio, quod statutum prohibens donationes non comprehendit illas, quæ fiunt ob huiusmodi cau-
5 sam meritorum Alex. consil. 43. col. 6. in fin. nu. 31. lib. 4. cū istæ nō sint propriæ donationes, sed potius permutatio, & compensatio, & titulus onerosus, vt est in casu nostro, quia donatio Monialibus fuit facta, vt essent magis inclinatæ ad seruiēdum Deo & magis sollicitæ in eius seruitio l. Aquilius regulus de donat. l. sed & si lege §. consuluit in fin. ff. de petit. hæreditatis, prout generaliter omnes, qui prohibentur, donare, poterunt tamen ex causa remunerationis hoc facere, vt in tutore, curatore, Prelato, Decurione, Ciuitate, Procuratore, & similibus aduertit Tiraquell. in l. si vnquam in verb. donationem largitus nu. 26. vsque ad nu. 32. C. de reuocand. donat. & hæc procedunt etiam in Regularibus, vt determinauit Rota coram Reuerend. P. D. Ludouisio, hodie Summo Pontifice Vlliens spoliorum, seù donationis 11. Februarij 1609. & in specie nostræ Bullæ nouissimè ita concludit Roder. q. regul. 47. art. 4. par. 2. ex adductis per Nauar. in cap. non dicatur 12. q. 1. nu. 25. comment. 2.

P vers.

verf. duodecimo infertur de regul. quasi in vtilitatem Ecclesiæ redundet remunerare benemeritos Berous in cap. nulli col. 8. de reb. Ecclesiæ non alienandis Redoan. in eiusdem nominis tractatu rub. 21. de incom. caus. num. 24. Neque obstat, quod constitutio de qua agimus interdicat largitiones ob beneficia recepta, & specimen gratitudinis, quia solum hoc est expressum in capite particulari hospitandi, & expedendi pecuniam in honorem introitus, & aduentus superiorum, quod clarè legitur in eadē cōstitutione, quæ nō est extēdenda ad primum caput donationis, ita vt in hoc ista exceptio potius firmet regulam in casibus non exceptis leg. quæsitum §. denique de fund. instru. §. vt autem auth. de non alienand. Alex. conf. 132. n. 3. vers. 3. probatur lib. 7. vt etiam minus lædatur Ius commune, quam fieri possit, prout semper statuta sunt interpretanda, etiam contra proprietatem verborum cap. cum dilectus de cōsuet. Rom. cons. 328. Aym. cons. 197. nu. 6. col. 2. in fin.

Et pro hac opinione facit, quia Bulla de qua hic, fuit condita, & habuit respectum, ne patrimonium Monasterij dissiparetur, vt scribunt omnes super ead. Bulla, & in hoc casu non videtur dissipari patrimonium, quia donatio fuit facta intra idem Monasteriū, & videtur remanere in eodem, vnde prohibita alienatione extra familiam, non censetur prohibita intra familiam L. voluntas, & ibi Salicet. in sum. C. de fideicom.

SVMMARIVM.

1 *Adhoc, vt incurratur censura maior, necessarium est, vt læsio facta in clericum sit grauis.*
2 *Læsio leuis dicitur illa, quæ non facit vulnus, etiam quod fiat lapide.*
3 *Episcopus potest absoluere percutientem clericum leui læsione.*
4 *Delictum occultum dicitur illud, quod non potest probari per decem testes.*
5 *Iniuria dicitur atrox ratione loci.*
6 *Iniuria non dicitur atrox ratione personæ, quando fit à maiori minori.*

An per iactum Breuiarij in faciem cuiusdam clerici ab altero clerico, incurratur censura maior, vel minor.

DECISIO CCXXVIII.

Dvo clerici, cum in Choro assistebant ante sanctissimum Altaris Sacramentum, tempore quo celebrabantur sollemnia Missarū adeò rixauerunt, & verbis ignominiosis se afficierunt, alter eorum cum esset Sacerdos, & sentiret se grauatum proiecit Breuiarium in faciem clerici minoris, fuit igitur dubitatum an dictus Sacerdos incurrat censuram, cuius absolutio spectat ad Summum Pontificem, cum hæc causa mihi fuerit commissa, quid de ea sentirem, dicebam ad effectum
1 incurrendi censurā, cuius absolutio spectat ad Sūmum Pontificem, necessarium esse, vt læsio sit grauis faciens vulnus, vt voluit Innocentius in extrauag. per lectis, læsio autem Breuiarij non potest du-
2 bitari quin sit leuis, cum leuis læsio dicatur illa, quę fit pugno, palma manu, digito, pede, ligno, ac lapide non facientibus vulnus, vt tenet Innoc. faciendo mentionem dict. extrauag. in cap. peruenit de sent. excomm. & quod ab excommunicatione ob
3 violentam iniectionem manus in clericum ex leui læsione possit Episcopus absoluere, tam sæculares, quam clericos habetur per d. cap. peruenit vbi gl. & Panormit. imò à mediocri læsione potest Episcopus absoluere clericos collegialiter viuentes, si fortè vnus alterum percussit cap. quoniam de vit. & honest. clericorum, & refert Tolet. lib. 1. cap. 33. num. 5. 6. & 7. Nauar. cap. 27. num. 91. & quod possit Episcopus in simili casu deputare confessarium tenet idem Tolet. citat. lib. cap. 33. nu. 12. in fine, nec tale delictum posset dici notorium, vel mani-
4 festum, nam occultum dicitur, quod non potest probari per decem testes, cum tunc dicatur notorium, & manifestum, idem Tolet. eodem lib. c. 69. num. 3. & Nauar. citat. cap. 27. num. 255. verb. tunc autem, & propterea poterat tamquam delictum occultum ex læui læsione per Pœnitentiarium habentem casus Episcopales absolui. Nec offensio potest dici grauis ratione loci, & sic Ecclesiæ, secundum allegat. Lap. 76. vbi dixit leuem fuisse percussionem cuiusdam Cappellani, qui colaphum impegit Canonico Ecclesiæ Aretinę in eadem Ecclesia, à qua posset absoluere Episcopus, quam opinionem censeo veriorem, quandoquidem licet
5 iniuria dicatur atrox ratione loci publici per tex. in l. prætor §. atrocem ff. de iniurijs, nihilominus requiritur quod in se sit aliquo modo notabilis, alias si est leuis non sit atrox ratione loci publici, est enim differentia inter vulnus, & vulnusculum, ita quod pro vulnusculo si appareat, non datur redhibitoria leg. 1. §. sed sciendum ff. de ædilit. edicto, & pro quolibet re minima non datur dicta actio l. si tamen in fin. eod. tit. per quem textum dixit Baldus in l. si prædium C. de ædilitijs actionibus in proposito nostro, quod si dicat statutū, quod Sindici teneantur denunciare percussiones sanguinolentas vbi est læuissima cutis scissura non est denunciandum, nam scissura læuis, aut scorticatura non dicitur vulnus, etiam si in platea esset illatum, neque pro tali vulnusculo atrox pœna irrogaretur, hæc idem Bal. & Alber. in d. §. sed sciēdum Tiraquell. in iudicio de rebus exiguis nu. 20. qui plures allegat, & eò magis in casu nostro percussio non fit atrox ratione loci, cum fuerit in Choro coram minori numero quinque testium ianuis clausis, & sic absque scandalo, quia fuit ab omnibus toleratus, nec sanctissimum Sacramentum erat discoopertum, quæ circumstantiæ posset
6 aggrauare delictum, nec ratione personæ posset dici atrox, quia facta fuit à maiore minori, & sic à Sacerdote clerico, vnde cessat ratio psonæ, ex qua iuxta hoc votum fuit iudicatum, & exequutum per Curiam Episcopalem Sancti Angeli, & Bisaccirum, cum ibi hic casus occurrisset.

SVMMARIVM.

1 *Aedificiorum destructio est de iure prohibita, ne Ciuitas deformetur.*
2 *Intelligentia text. in l. in fundo ff. de rei vendicat. & vide num. 3.*
4 *Emphiteuta bona fide ædificans recuperat melioramenta limita nu. 5.*

An

An successor possit reuocare alienationem superficiei Ecclesiæ factam absque assensu Apostolico, & super ea bona fide fuerit constructum magnum Palatium, ac proinde difficilis sit restitutio.

DECISIO CCXXIX.

QVædam Confraternitas sub inuocatione nominis Sanctissimæ Trinitatis concessit nonnulla territoria in emphyteusim, nullis tamé de iure adhibitis sollemnitatibus, putans non requiri assensum, et cum Rectores tunc vellent reuocare dictam concessionem vti factam, absque assensu Apostolico, non solutis melioramentis, fuit dubitatum, an de iure possent, stante quod dictus emphyteuta fecisset magna ædificia in dictis territorijs, & difficilis esset restitutio, & dicebatur, Ecclesiam non posse reuocationem facere, nisi cum ipsis melioramentis factis, nec pati abrasioné dictorum beneficiorum, cum de iure ne Ciuitas
1 deformetur prohibeatur ædificiorum destructio l. Senatus ff. de cont. empt. l. cœtera ff. de legat. primo, glos. in l. in rem §. tignum ff. de rei vendicatio. vbi ampliat etiam ad ædificia ruri facta, sequitur Iaso. in l. senatus §. Marcell. ff. de legat. 1. Boer. dec. 16. nu. 4. Peguer. dec. 73. vbi intelligendo textum
2 in l. in fundo ff. de rei vendicat. in quo permittitur abrasio ædificiorum, dicit intelligendum esse etiá locum sibi vendicare in paruis ædificijs, & meliora mentis, quæ tolli possunt absque deformitate, vt ante eum istud idem dixerunt communiter omnes in d. §. Marcellus, præsertim Cast. & Aret. nu. 8. vnde Isern. in cap. 1. §. si vasallus hic finitur lex in vsibus feudor. notabiliter dixit, textum illum in quo permittitur hæredi abrasio melioramentorũ moriente vasallo absque filijs masculis procedere si amoueri, & religari, seu refici alibi possunt, quo sit, vt Doctores communiter tradiderunt conclusionem in auth. si quas ruinas C. de sacros. Eccles. regulariter esse prohibitam abrasionem ædificiorum, præterquam in domunculis amouibilibus.

Cœterum supradictis minimè obstantibus, contrarium ex voto meo fuit resolutum, potuisse scilicet dictam Confraternitatem reuocare concessionem, minimè solutis melioramentis, & motus fui ad ita iudicandum per tex. in l. in fundo ff. de rei
3 vendic. qui in tribus tantum casibus mandat non solui vtiles impensas: primo si Dominus est diues, & sine eius magno detrimento reddere possit; secundo si Dominus ipse eas facturus erat, nam reddere debet, quamuis pauper esset; tertio si Dominus rem venalem habebat, quare Marcus Anton. Pereg. de fideicom miss. art. 50. num. 33. inquit, falli eos qui existimant fabricando magna ædificia super fundis auertere Dominos à vendicatione eorũ super prætentione melioramentorũ maioris quantitatis, nam si Dominus est pauper potest fundum vendicare non restitutis melioramentis, & ita dicit fuisse iudicatum in Ciuitate Patauij, quæ si vera sit in priuato, multo magis in Ecclesia, alias induceretur nouus modus alienandi bona Ecclesiæ, nó cum vtilitate, sed cum damno notabili contra prohibitiones Summorum Pontificum cap. nulli de rebus Ecclesiæ, & qui hac intentione fraudandi Ecclesiam facerent magna ædificia incurrerent etiam in censuras, & pœnas latas à Sacro Concilio Tridentino cap. 11. sess. 22. de reformat. in conuertentes in proprios vsus res emphyteuticas, & alia iura Ecclesiæ directè, vel indirectè.

Non obstat, dictum emphyteutam bona fide
4 ædificantem, vel meliorantem recuperare expensas ad tex. in l. domum C. de rei vendicat. & l. sum-
5 ptus eod. tit. quia respondetur, de iure in liquidandis melioramentis considerandum esse, vt impensa non sint magna, & nimis onerosa, prout dicimus in eo, qui potest redimere rem venditam, qui licet teneat reficere omnes meliorationes vtiles, tamen quando sunt tales ex quibus venditor remoueretur à facultate redimendi, præsumerentur factæ in fraudem illius, vt cogatur rem dimittere, & non essent reficiendæ, quamuis bona fide sint factæ in fraudem illius, vt cogatur rem dimittere, præcipuè si per inopiam non possent solui l. in fundo, vbi Bart. num 8. de rei vend. Menoch. de recuper. poss. remed. 11. num. 523. post Alber. in l. intra vtile §. 1. de minor. Rebuff. in l. vnic. num. 4. C. de sent. quæ pro eo quod inter. licet cautius sit denunciare emptori, ne al'quas impensas faciat, cũ ré velit venditor retrahere, Tiraq. de retract. conuent. §. 7. num. 9. in fin. ita vt excessiuè expensæ tunc debeant iudicari quando res haberetur pro derelicta l. sed an vltro §. is autem ff. de negot. gest. Rota coram R. P. D. Manzan. Terracin. Domus 6. Aprilis 1606. vbi etiam, quod hoc erit in arbitrio Iudicis, qui considerabit, an meliorationes consulto fuerint factæ per eum quem sciebat Dominũ futurum non esse soluendo, & an illum nimium onerent, & secundum qualitatem rei, & personarum omnia definiet, cum non dicãtur vtiles impensæ, quæ adeo sunt excessiuæ, vt teneatur ré quis habere pro derelicta, Bald. cons. 303. lib. 1. & cons. 312. lib. 3. cum alijs per Tiraq. loc. cit.

SVMMARIVM.

1 *Clericis est prohibitum studere in iure ciuili, limita num 3.*
2 *Turpe est clericum velle scire controuersias ciuiles.*
4 *Dispensatus, vt possit ius ciuile audire, censetur dispensatus, vt possit doctorari.*
5 *Pendente dispensatione quis debet manuteneri in Statu in quo reperiebatur prius.*

An clericus in sacris constitutus, possit studere in Ciuilibus, pendente tempore dispensationis à Sacra Congregatione concedendæ.

DECISIO CCXXX.

QVidam clericus in sacris constitutus quærebat studere in iure ciuili, & cum iam cœpisset elapso tempore duorum mensium à iure

P 2 con-

concesso misit Romam, vt sibi dispensaretur in tali casu, Sacra tamen Congregatio censuit habendas esse fidem, & authenticas scripturas quatenus non esset beneficiatus, nec inquisitus, & esset habilis ad studendum, ad quas obtinendas cum multu temporis spatium intercederet, & dictus clericus interim studere volebat, fuit dubitatum an pendente tali dispensatione possit præfatus clericus absque timore alicuius censuræ studere, dicebatur de iure
1 clarum esse clericis interdictum esse studere in iure ciuili plusquam per duos menses cap. super specula, vbi Abb. num. 8. & 11. ne clerici, vel monaci, Gaetan. in summ in verb. excommunicatio cap. 50. Graff. in decis. aur. part 2 lib. 1. cap. 11. nu.
2 3. ratio autem est, quia turpe est clericum velle scire leges, & controuersias ciuiles l. repetit C. de Epis. & Cler. adeo quod clericis audientibus scientias prædictas post tempus sibi permissum imponatur pœna sententiæ excommunicationis, nec promoueri possint sine licentia, & dispensatione Summi Pontificis Abb. in d. cap. super specula num. 2. Caiet. d. cap. 50. quæ tamen non procedunt quan-
3 do ius ciuile studerent pro addiscenda canonum scientia, ita Gomez in §. in personam num. 18. instit. de actionibus, vbi præter alios quos allegat dicit, quod adhoc est bona glos. in cap. Episcopus 73. dist. & quod est textus notabilis in cap. legitimus, il secondo, eadem dist. & in cap. si Episcopus de hæret. quibus adde Beroum omninò videndum in cap. in præsentia num. 108. de probatio. si tamen
4 Summus Pontifex dispensaret cum aliquo, vt possit ius ciuile audire, censetur etiam concessisse, & ampliatur, vt possit in eodem iure Doctorari, Caroc. in repet. cap. cum quid par. 1. in §. ad quartum de priuil. n. 5. car. 67. de reg iur. in sexto.

Verum ex voto meo, contrarium præcepit di-
5 cto clerico suus Episcopus, motus ex illa ratione quod pendente dispensatione quis debet manuteneri in eo statu, in quo erat per prius, argum. text. & quod ibi notatur in cap. cum persona de priuileg. Aponte in cons. 90. Bald. cons. 23. & est text. in terminis in l lite ordinata C. de liberal. caus. vbi si liberæ personæ mouetur lis super eius, statu interim lite pendente debet manuteneri in possessionem libertatis, in qua erat prius.

SVMMARIVM.

1 *Vagi dicuntur, qui nullibi certam sedem habent.*
2 *Vagi vbique sortiuntur forum.*
3 *Dispositio Sac. Conc. Trid. sess. 24. c. 7. qua sit, & intelligitur nu. 4. ampl. nu. 5.*

Pœna Parochi assistentis in matrimonio vagorum, quæ nam sit, & mulra pro ornatu Concil. Trident. sess. 24. c. 7. de reform. referuntur.

DECISIO CCXXXI.

1 Vagi dicuntur, qui nullibi certam sedem, aut domicilium habent, sed hinc inde vagantur leg. eius qui manumisit §. fin. & ibi glos. ff. ad municipal. latè communiter DD. in l. 4. §. prætor num. 25. ff. de damno infect. de qua communi opinione alios allegando testatur Farinacius in pract. crim. q. 7. in titu de inquisitione num. 11. & latè est videre penes Sanchez de matrimonio lib. 3. disput. 25. vbi num. 5. multos referendo dicit vagos posse cuicumque Parocho fateri, vagi namque
2 vbique sortiuntur forum, possuntque pro delictis alibi commissis puniri glos. in l. hæres absens in verb debebit ff. de iudic. Duen. reg. 238. limit. 4.

Circa quos vagos Sacrosanctum Concilium
3 Tridentinum sess. 24. cap. 7. de reformat. matrim. sic ait, multi sunt qui vagantur, & incertas habent sedes, & vt improbi sunt ingenij prima vxore relicta aliam, & plerumque plures illa viuente diuersis in locis ducunt, cui morbo cupiens Sancta Synodus succurrere omnes ad quos spectat paterné monet, ne hoc genus hominum vagantium cum matrimonium facilè recipiant Magistratus etiam sæculares hortatur, vt eos seuerè coerceant, Parochis autem præcipit ne illorum matrimonijs inter sint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & ne ad Ordinarium delata abeo licentiam id faciendi obtinuerint.

Quæ Sacrosancti Concilij Tridentini dispositio
4 procedit etiam in alienigenis alibi habentibus fixū domicilium, namque ad horū matrimonium, vbi fixā sedem non habent celebrandum eadem diligens inquisitio Ordinarijque licentia necessaria est Dual. in suo direct. Iud. Ecclesiast. 2 par. cap 16. nu. 18. Rodriquez in prima parte suæ summ. cap. 219. num. 3 Sanchez de matrimo. d. quæst. 25. Subdens hoc procedere, si forensis ea ætate contractus ad locum aduenerit qua minime poterat alibi matrimonium inire, & licet de his non loquatur Sacrū Concilium, tamen cum eadem sit ratio idem ius debet inesse l. illud ff. ad l. Aquil.

Et habet locum dicta dispositio conciliaris etiā si alter solus ex contrahentibus vagis, aut forensis sit, iuxta sententiam Verac. in appendice ad spec. coniug. in fin. Sanch. vbi sup. num. 9.

His igitur sic suppositis, fuit in Curia Archiepiscopali decisum, Parochum assistentem matrimonio vagorum esse suspendendum, & sic fuit exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Mandans vulnerari aliquem pecunia mediante, non punitur tamquam assassinus.*
2 *Assassinus vnde dicitur.*
3 *Mandans aliquem pecunia mediante vulnerari, nō dicitur assassinus, morte non sequuta.*

An mandans vulnerari aliquem pecunia mediante, puniatur tanquam assassinus.

DE-

DECISIO CCXXXII.

1 FVit habitum pro absoluto pluries in Curia
Archiepiscopali, non esse puniendum tam-
quam assassinum recipientem, seu dantem
pecunias, non ad occidendum, sed ad vulnerandū
vel verberandum, aut quid simile, tunc enim licet
delictum aggrauetur propter interuentum pecu-
niæ, ita quod pœna possit augeri, non tamen intrat
pœna assassinij, vt per Vulpel. in cons. 193. volu. 1.
Campag. in cap. Regni frequens sub num. 76. ro-
latum per Baiar. ad Clar. in §. assassinium num. 2.
Brunor. a Sol. in suis quæstionibus legalibus q. 34.
num. 47. in fin. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 30.
num. 41. Mascard. de probat. conclus. 138. num. 1.
vers. contrarium tamen, & num. 10. & seq. Sicq.
alias in eadem Curia fuisse decisum refero Ego
ipse in dec. 312. par. secunda, & ratio est, quia as-
2 sassinus dicitur à scindo, is, qui animam à corpore
scindit, & seperat, vt in cap. pro humani de homi-
cid. in sexto scripserunt Archidiaconus post nu. 1.
& Io. Andreas num. 7. Carrer. in pract. crim. in
tit. de homicid. & assassinio §. circa igitur tertium
num. 3. in fin. Plaz. in epitome delictorum libr. 1.
cap. 19. num. 2. vndè merito in eadem Curia alias
3 fuisse resolutum non dici assassinum mandantem
vulnerari aliquem pecunia mediante non sequuta
morte, adhoc, vt fugiens ad Ecclesiam gaudeat
ipsius immunitate', testor ego ipse in decisio. 112.
par. 1. de qua decisione nouiter meminit Nouar. in
collect. decisio ad pragm. 1. vers. an autem, in fine,
sub rub. de assassinio.

Quamuis contrarium, quod scilicet assassinus
dicatur qui proemium, seu pœcuniam accipit ad
percutiendum, seu delictum, aut maleficium com
mictendum generaliter, & simpliciter dixerunt
Prob. ad Io. Monach. in cap. pro humani numer. 1.
vers. vide Alex. de homicidio in sexto, Angel in
l. 1. §. hæredi num. 1. ff. de eo per quem fact. est, &
ibi etiam Paulus de Castro in §. si plures numer. 5.
Alex. in §. & hæc actio num. 3. & 4. Socc. in §. si
reus num. 9. & idem Alexand. in cons. 166. num. 1.
lib. 7. Gramm. voto 9. num. 1. Paris de Puteo de
sindicat. in verb. inquisitio cap. 3. incip. dicit consti-
tutio Regni num. 14. Couar. variar. resolut. libr. 2.
cap. 20. post num. 9. vers. pro cuius interpretatione
Plaz. in d. Epit. delict. lib. 1. cap. 19. post nu. 2. versi.
plerisque tamen Mascard. de probat. lib. 1. concl.
138. num. 5. & magis in specie, quod si fuerit data,
vel recepta pecunia, non ad occidendum, sed ad
vulnerandum, quod adhuc intret nomen, & pœna
assassinij voluit Alexand. cons. 166. num. 5. lib. 7. dū
alternatiuè loquitur de mandato ad occidendum,
vel vulnerandum.

SVMMARIVM.

1 *Idem honor debetur senibus, qui, & magistrati-
bus.*
2 *Senex habet beneficium electionis fori.*
3 *Senex in causis criminalibus non potest torqueri.*
4 *Senex mitius punitur in delictis.*
5 *Senex pro debito ciuili non potest carcerari.*
6 *Sexagenarius non potest damnari ad triremes, &
quid si sit robustus num. 7.*

An sexagenarius possit damnari ad trire-
mes, & quid si sit robustus.

DECISIO CCXXXIII.

REgulariter senes habent plura priuilegia in
corpore iuris clausa, & idem honor debe-
tur senibus, qui, & magistratibus, vulgata leg.
1 semper ff. de iur. immunitat. quem textum mul-
tum commendat ad hoc Panormitanus in cap. sta
tuimus in secundo notabili de maiorit. & obediē-
tia Fel. in rubr. & in cap. 1. eodem tit. ad quod fa-
ciunt multa quæ congerit Gel. lib. 2. cap. 15. noct.
Actic. plura, vt illius mos est per Tiraquell. in tra-
ctat. de iure primogeniorum in pręfat. nu. 75. cum
pluribus sequentibus, & Salomon in lib. sapientiæ
cap. 4. quæ ibi cumulatissime videri poterunt.

Vndè meritò videmus senem habere beneficiū
2 electionis, & variationis fori, vt post alios quos al-
legat nouiter scribit Io. Maria Nouar. in sua praxi
election. & variat. for. quæst. 18. sect. 1. per totam
& hinc extat communis opinio Doctorum dicen-
3 tium senem in causis criminalibus non posse tor-
queri, iuxta text. in l. si quis in graui §. ignoscitur ff.
ad Syll. per quem text. ita ibi tenet Bart. quem
sequitur Gandin. tractat. de quæst. & torm. in
princ. Angel. Aret. in tract. de malefic. in glos. in
verbo fama publica, vers. quæro quæ persunę Mar
silius in l. edictum colum. 3. ff. de quæst. quamuis
in casu isto contrarium singulariter tenuerit Gril-
land. in tract. de quæst. & tortur. in 6. quæst. nu. 11.
4 & vlterius suadetur hoc ea ratione, quod senes mi-
tius puniuntur in delictis l. 2. ff. de term. mot. cap.
tanta vbi Archidiac. 86. dist. & huc spectat, senem
5 pro debito ciuili non posse carcerari, iuxta decisio-
nem Caccher. 123. de qua meminit Nouar. in col-
lect. decision. ad pragm. Reg 19. sub rub. de Baro-
nib. in vers. non possunt autem, vbi recenset, secun
dum eandem sententiam bis obseruasse eius Ge-
nitorem Ioan. Dominicum Nouar. videlicet se-
mel in Terra Ferrandinæ, & alia vice in Terra
Gruttularum dum ibi præsidebat.

Ex his igitur, & alijs eorum mentem mouenti-
bus annuebant Domini in quadam facti contin-
gentia, non posse, neque esse condemnandum ad
6 triremes senem sexagenarium, licet hoc limitabāt
non procedere quotiescunque sexagenarius esset
robustus, vt de sene sagace in materia electionis fo
ri tradit Nouar. in d. q. 18. nu. 4.

7 Et sic fuit dictum, esse exhibendam personam
carcerati sexagenarij, sicq. fuit exequutum, qua
visa deinde Curia Archiepiscopalis iudicauit re-
legandum esse extra Prouinciam per septennium.

concesso misit Romam, vt sibi dispensaretur in tali casu, Sacra tamen Congregatio censuit habendas esse fidem, & authenticas scripturas quatenus non esset beneficiatus, nec inquisitus, & esset habilis ad studendum, ad quas obtinendas cum multũ temporis spatium intercederet, & dictus clericus interim studere volebat, fuit dubitatum an pendẽte tali dispensatione possit præfatus clericus absq; timore alicuius censuræ studere, dicebatur de iu-
1 re clarum esse clericis interdictum esse studere in iure ciuili plusquam per duos menses cap. super specula, vbi Abb. num. 8. & 12. ne clerici, vel monaci, Gaetan. in summ in verb. excommunicatio cap. 50. Graff. in decis. aur. part 2 lib. 1. cap. 11. nu.
2 37. ratio autem est, quia turpe est clericum velle scire leges, & controuersias ciuiles l. repetit C. de Epis. & Cler. adeo quod clericis audientibus sciẽtias prædictas post tempus sibi permissum imponatur pœna sententiæ excommunicationis, nec promoueri possint sine licentia, & dispensatione Summi Pontificis Abb. in d. cap. super specula num. 2. Caiet. d. cap. 50. quæ tamen non procedunt quan-
3 do ius ciuile studerent pro addiscenda canonum scientia, ita Gomez in §. in personam num. 18. instirut. de actionibus, vbi præter alios quos allegat dicit, quod adhoc est bona glos. in cap. Episcopus 73. dist. & quod est textus notabilis in cap. legitimus, il secondo, eadem dist. & in cap. si Episcopus de hæret. quibus adde Beroum omninò videndum in cap. in præsentia num. 508. de probatio. si tamen
4 Summus Pontifex dispensaret cum aliquo, vt possit ius ciuile audire, censetur etiam concessisse, & ampliatur, vt possit in eodem iure Doctorari, Caroc. in repet. cap. cum quid par. 1. in §. ad quartum de priuil. n. 5. car. 67. de reg. iur. in sexto.

Verum ex voto meo, contrarium præcepit di-
5 cto clerico suus Episcopus, motus ex illa ratione quod pendente dispensatione quis debet manuteneri in eo statu, in quo erat per prius, argum. text. & quod ibi notatur in cap. cum persona de priuileg. Aponte in cons. 90. Bald. cons. 23. & est text. in terminis in l lite ordinata C. de liberal. caus. vbi si liberæ personæ mouetur lis super eius, statu interim lite pendente debet manuteneri in possessionem libertatis, in qua erat prius.

SVMMARIVM.

1 *Vagi dicuntur, qui nullibi certam sedem habent.*
2 *Vagi vbique sortiuntur forum.*
3 *Dispositio Sac. Conc. Trid. sess. 24. c. 7. qua sit, & intelligitur nu. 4. ampl. nu. 5.*

Pœna Parochi assistentis in matrimonio vagorum, quæ nam sit, & multa pro ornatu Concil. Trident. sess. 24. c. 7. de reform. referuntur.

DECISIO CCXXXI.

1 VAgi dicuntur, qui nullibi certam sedem, aut domicilium habent, sed hinc inde vagantur leg. eius qui manumisit §. fin. & ibi glos. ff. ad municipal. latè communiter DD. in l. 4. §. prætor num. 25. ff. de damno infect. de qua communi opinione alios allegando testatur Farinacius in pract. crim. q. 7. in titu de inquisitione num. 11. & latè est videre penes Sanchez de matrimonio lib. 3. disput. 25. vbi num. 5. multos referendo dicit vagos posse cuicumque Parocho fateri, vagi námq;
2 vbique sortiuntur forum, possuntque pro delictis alibi commissis puniri gloss. in l. hæres absens in verb debebit ff. de iudic. Duen. reg. 238. limit. 4.

Circa quos vagos Sacrosanctum Concilium
3 Tridentinum sess. 24. cap. 7. de reformat. matrim. sic ait, multi sunt qui vagantur, & incertas habent sedes, & vt improbi sunt ingenij prima vxore relicta aliam, & plerumque plures illa viuente diuersis in locis ducunt, cui morbo cupiens Sancta Synodus succurrere omnes ad quos spectat paternè monet, ne hoc genus hominum vagantium cũ matrimonium facilè recipiant Magistratus etiam sæculares hortatur, vt eos seuerè coerceant, Parochis autem præcipit ne illorum matrimonijs intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & ne ad Ordinarium delata abeo licentiam id faciendi obtinuerint.

Quæ Sacrosancti Concilij Tridentini dispositio
4 procedit et in alienigenis alibi habentibus fixũ domicilium, namq; ad horũ matrimonium, vbi fixã sedem non habent celebrandum eadem diligens inquisitio Ordinarijq. licentia necessaria est Daual. in suo direct. Iud. Ecclesiast. 2. par. cap 16. nu. 18. Rodriquez in prima parte suæ summ. cap. 219. num. 3. Sanchez de matrimo. d. quæst. 25. Subdens hoc procedere, si forensis ea ætate contractus ad locum aduenerit qua minime poterat alibi matrimonium inire, & licet de his non loquatur Sacrũ Concilium, tamen cum eadem sit ratio idem ius debet inesse l. illud ff. ad l. Aquil.

Et habet locum dicta dispositio conciliaris etiã si alter solus ex contrahentibus vagis, aut forensis sit, iuxta sententiam Verac. in appendice ad spec. coniug. in fin. Sanch. vbi sup. num. 9.

His igitur sic suppositis, fuit in Curia Archiepiscopali decisum, Parochum assistentem matrimonio vagorum esse suspendendum, & sic fuit exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Mandans vulnerari aliquem pecunia mediante, non punitur tamquam assassinus.*
2 *Assassinus vnde dicitur.*
3 *Mandans aliquem pecunia mediante vulnerari, nõ dicitur assassinus, morte non sequuta.*

An mandans vulnerari aliquem pecunia mediante, puniatur tanquam assassinus.

DE-

DECISIO CCXXXII.

1 FVit habitum pro absoluto pluries in Curia Archiepiscopali, non esse puniendum tamquam assassinum recipientem, seu dantem pecunias, non ad occidendum, sed ad vulnerandũ vel verberandum, aut quid simile, tunc enim licet delictum aggrauetur propter interuentum pecuniæ, ita quod pœna possit augeri, non tamen intrat pœna assassinij, vt per Vulpel. in cons. 193. volu. 1. Campag. in cap. Regni frequens sub num. 76. relatum per Baiar. ad Clar. in §. assassinium num. 2. Brunor. a Sol. in suis quæstionibus legalibus q. 34. num. 47. in fin. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 30. num. 41. Mascard. de probat. conclus. 138. num. 1. vers. contrarium tamen, & num. 10. & seq. Sicq. alias in eadem Curia fuisse decisum refero Ego ipse in dec. 312. par. secunda, & ratio est, quia as-
2 sassinus dicitur à scindo, is, qui animam à corpore scindit, & seperat, vt in cap. pro humani de homicid. in sexto scripserunt Archidiaconus post nu. 1. & Io. Andreas num. 7. Carrer. in pract. crim. in tit. de homicid. & assassinio §. circa igitur tertium num. 3. in fin. Plaz. in epitome delictorum libr. 1. cap. 19. num. 2. vndè meritò in eadem Curia alias
3 fuisse resolutum non dici assassinum mandantem vulnerari aliquem pecunia mediante non sequuta morte, adhoc, vt fugiens ad Ecclesiam gaudeat ipsius immunitate, testor ego ipse in decisio. 112. par. 1. de qua decisione nouiter meminit Nouar. in collect. decisio ad pragm. 1. vers. an autem, in fine, sub rub. de assassinio.

Quamuis contrarium, quod scilicet assassinus dicatur qui proemium, seu pœcuniam accipit ad percutiendum, seu delictum, aut maleficium committendum generaliter, & simpliciter dixerunt Prob. ad Io. Monach. in cap. pro humani numer. 1. vers. vide Alex. de homicidio in sexto, Angel in l. 1. §. hæredi num. 1. ff. de eo per quem fact. est, & ibi etiam Paulus de Castro in §. si plures numer. 5. Alex. in §. & hæc actio num. 3. & 4. Socc. in §. si reus num. 9. & idem Alexand. in cons. 166. num. 1. lib. 7. Gramm. voto 9. num. 1. Paris de Puteo de syndicat. in verb. inquisitio cap. 3. incip. dicit constitutio Regni num. 14. Couar. variar. resolut. libr. 2. cap. 10. post num. 9. vers. pro cuius interpretatione Plaz. in d. Epit. delict. lib. 1. cap. 19. post nu. 2. vers. plerisque tamen Mascard. de probat. lib. 1. concl. 138. num. 5. & magis in specie, quod si fuerit data, vel recepta pecunia, non ad occidendum, sed ad vulnerandum, quod adhuc intret nomen, & pœna assassinij voluit Alexand. cons. 166. num. 5. lib. 7. dũ alternatiuè loquitur de mandato ad occidendum, vel vulnerandum.

SVMMARIVM.

1 *Idem honor debetur senibus, qui, & magistratibus.*
2 *Senex habet beneficium electionis fori.*
3 *Senex in causis criminalibus non potest torqueri.*
4 *Senex mitius punitur in delictis.*
5 *Senex pro debito ciuili non potest carcerari.*
6 *Sexagenarius non potest damnari ad triremes, & quid si sit robustus num. 7.*

An sexagenarius possit damnari ad triremes, & quid si sit robustus.

DECISIO CCXXXIII.

REgulariter senes habent plura priuilegia in corpore iuris clausa, & idem honor debe-
1 tur senibus, qui, & magistratibus, vulgata leg. semper ff. de iur. immunitat. quem textum multum commendat ad hoc Panormitanus in cap. statuimus in secundo notabili de maiorit. & obedieñtia Fel. in rubr. & in cap. 1. eodem tit. ad quod faciunt multa quæ congerit Gel. lib. 2. cap. 15. noct. Actic. plura, vt illius mos est per Tiraquell. in tractat. de iure primogeniorum in præfat. nu. 75. cum pluribus sequentibus, & Salomon in lib. sapientiæ cap. 4. quæ ibi cumulatissimè videri poterunt.

Vndè meritò videmus senem habere beneficiũ
2 electionis, & variationis fori, vt post alios quos allegat nouiter scribit Io. Maria Nouar. in sua praxi election. & variat. for. quæst. 18. sect. 1. per totam & hinc extat communis opinio Doctorum dicen-
3 tium senem in causis criminalibus non posse torqueri, iuxta text. in l. si quis in graui §. ignoscitur ff. ad Syll. per quem text. ita ibi tenet Bart. quem sequitur Gandin. tractat. de quæst. & torm. in princ. Angel. Aret. in tract. de malefic. in gloss. in verbo fama publica, vers. quæro quæ personę Marsilius in l. edictum eolum. 3. ff. de quæst. quamuis in casu isto contrarium singulariter tenuerit Grilland. in tract. de quæst. & tortur. in 6. quæst. nu. 11.
4 & vlterius suadetur hoc ea ratione, quod senes mitius puniuntur in delictis l. 2. ff. de term. mot. cap. tanta vbi Archidiac. 86. dist. & huc spectat, senem
5 pro debito ciuili non posse carcerari, iuxta decisionem Caeeher. 123. de qua meminit Nouar. in collect. decision. ad pragm. Reg 19. sub rub. de Baronib. in, vers. non possunt autem, vbi recenset, secundum eandem sententiam bis obseruasse eius Genitorem Ioan. Dominicum Nouar. videlicet semel in Terra Ferrandinæ, & alia vice in Terra Gruttularum dum ibi præsidebat.

Ex his igitur, & alijs eorum mentem mouentibus annuebant Domini in quadam facti contingentia, non posse, neque esse condemnandum ad
6 triremes senem sexagenarium, licet hoc limitabãt non procedere quotiescunque sexagenarius esset robustus, vt de sene sagace in materia electionis fori tradit Nouar. in d. q. 18. nu. 4.

7 Et sic fuit dictum, esse exhibendam personam carcerati sexagenarij, sicq. fuit exequutum, qua visa deinde Curia Archiepiscopalis iudicauit relegandum esse extra Prouinciam per septennium.

SVMMARIVM

1 *Nullus debet baptizare filios domi, sed tantum in Ecclesia. limita nu. 2. & 3.*
4 *Omne probibitum est punibile.*
5 *Parochus baptizans in sua camera priuata, qua pœna punitur.*
6 *Quilibet tenetur scire Iura.*
7 *Statuta ligant etiam ignorantes post duos menses à die publicationis.*
8 *Ignorantia Iuris eò magis non excusat, quando quis potuit consulere Peritiores.*
9 *Quilibet debet esse peritus in sua arte, & officio.*
10 *Miniscalcus emens animal morbosum, non potest illud restituere, ignorantiam allegando.*
11 *Doctores sacrorum Canonum non excusantur, alienando bona Ecclesiæ sine sollemnitatibus.*

Qualiter puniatur Parochus baptizans in sua Camera priuata.

DECISIO CCXXXIV.

INquirebatur in nostro Curiæ Archiepiscopalis Tribunale quidam Parochus huius Inclitæ Ciuitatis Neapolis, quòd baptizauerat puerum intus eius cameram, quare cum ageretur de eo puniendo, dicebatur, textum in clem. vnic. de
1 Baptismo disponere, quod nullus debeat baptizare filios domi, sed dumtaxat in Ecclesijs, in quibus sunt adhoc fontes specialiter deputati, nisi necessi-
2 tas vrgeat, pp quam nequeant ad Ecclesias absque periculo deferri, vel nisi sint filij Regũ, vel Princi-
3 pũ. vt & nos scripsimus in nostra Praxi var. resolut. resolut. 427. tom. 1. vbi ampliauimus d. textum in clem. vnic. procedere, & habere locum etiam in Principibus Neapolitanis, ex cuius textus dispositione omnino apparebat, Baptismum nullatenus posse fieri, nisi in Ecclesijs, exceptis illis duobus casibus à textu citato positis, quare talem Parochum
4 esse puniendum non dubitabatur, cum omne probitũ sit punibile cap. nam concupiscentia vbi Felyn. de constitut. & ideò Congregatio dictæ Curiæ
5 censuit, & indicauit, Parochum ipsum debere abstinere ab exercitio curæ per sex menses; de qua decisione meminit Nouarius in collect. decis. ad Pragmat. Regni Neapolitani 1. sub rubrica de Parochis in versic. & nota, quod Parochus.

Non obstant bona fides allegata per prædictum Parochum, nec non ignorantia dictæ Clementinæ vnicæ de baptismo, quæ quidem excusarent ex relatis per Nauar. in cons. 9. de rebus Ecclesiæ non alienand. nam respondetur quod vltra quod ignorantia Iuris communis, seù vniuersalis neminem excusat l. error C. de Iur. & fact. ignorát. & c. igno-
6 rantia de reg. iuris in 6. quoniam scire iura quilibet tenetur l. leges C. de legibus, imò iuris ignorantia dicitur dubio procul lata culpa, vt per Alexan. cons. 77. col. 2. vol. 3. Bart. in l. qui Nerua col. 6. ff. depos. Riminald. Iunior cons. 484. nu. 20. vol. 5. Bertrand. cons. 278. num. 2. vol. 8. in tantum, quod
7 statuta ligant etiam ignorantes post duos menses à die publicationis, vt prodidit Abbas Decius Bero num. 49. & 52. & alij omnes vniuersaliter in cap. cognoscentes de constit. & tanto magis igno-
8 rantia ipsa Iuris non excusat, quanto quod quis potuerit consulere Peritiores idque aliter non egit vt per glos. Alexan. Ias. Deciũ, & alios vniformiter omnes in l. Iuris ignorantia C. qui admitti.

Et fortius in casu nostro vbi agitur de ignorantia circa suum officium, quo casu nunquam excu-
9 sat, peritus enim debet esse quisque in suo officio, arte, & turpe est patritio viro Ius in quo versatur ignorare l. regula §. sed & Iuris ff. de Iuris, & facti ignorant. l. 2. §. Quintus Mutius ff. de orig.
10 Iuris, vnde euenit, quod meritó Miniscalcus qui emit equum morbosum non potest illum restituere venditori, quia est peritus in arte, vt ex Baldo in l. 2. §. Seruus ff. de origine Iuris, notat Anna in sing 133. & huc spectat, quod Sfortius de rest. in integ q. 23. par. 1. art. 7. num. 24. voluit minori Doctori denegare restitutionem in integrum, vt etiam voluerunt Guid. Pap. decis. 88. num. 4. Boer. decis. 350. nu. 6. & Iafred. decis. 396. qua de causa merito euenit, quod bona fides quæ excusat alienantem bonæ Ecclesiæ non seruatis sollemnitatibus extrauag. ambitiosæ non procedit in Docto-
11 re sacrorum Canonum, in homine sagace, & negotiorum experto, vt decisum in eadem Curia retulimus in decis. 222. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus an possit dare licentiam clerico irregulari reassumendi habitum clericalem.*
2 *Delatio vestium, seù habitus clericalis non est actus ordinis relicti tempore matrimonij ab eo contracti.*
3 *Vtens vestibus clericalibus, vel monachalibus cum vti non possit, qua pæna puniendus est.*
4 *Assumptio habitus clericalis post delictum commissum nihil prodest assumenti.*
5 *Irregulari sunt ea probibita, quæ sunt ordinis Ecclesiastici.*
6 *Habitus clericalis non est de substantia ordinis.*
7 *Clericus potest reassumere habitum propria authoritate.*

An Episcopus possit dare licentiam clerico irregulari reassumendi habitum clericalem, relictum tempore matrimonij ab eo contracti.

DECISIO CCXXXV.

DOminus Io. Aloysius Iesualdus vir quidẽ eminentissimi Iudicij, altiorisque ingenij omni doctrina quam maxime præditus, nec non in negotijs peragendis vigilantissimus, cum
1 mihi maxima amicitia esset coniunctus quæsiuit. An Episcopus possit dare licentiam clerico irregulari reassumendi habitum clericalem relictum tempore matrimonij ab eo contracti, & respondi posse ex infra dicendis.

2 Tum

2 Tum primo, quia delatio veftium, feu habitus clericalis non eft actus ordinis,fed quid facti,quod probatur ex eo,quod ordo clericalis,& non habitus proficit alicui,vnde is qui dicit fe clericũ, dum non eft punitur pœna falfi Bald. in l. fub prætextu C.de facrofãct.Ecclefijs Fel.in c.tertio loco nu. t. de probat. Decius in cap. tuatum nu.47. de priuileg.Bertacch.in fuo repert.in verb.clericus qui nõ
3 eft,& fi quis vteretur veftibus clericalibus, vel mo nachalibus puniendus eft pœna exilij, & corporali §.penult.auth.de fanct. Epifc. Menoch.in tract.de arbitr.Iudic.centur.6.caf.561.nu 7. vbi dicit,quod ifta pœna corporalis non reperitur in Iure determinata de Iure ciuili arbitrio Iudicis erit imponenda allegat Montell.in praxi arbit in 4.par.nu.961. & fi quis auderet celebrare vti Sacerdos dum non eft,vel confeffioné audire, quomodo effet puniendus de Iure Canonico ponit Tholof. in part. Iuris Canonici lib. 4. tit.4. cap. 1. & de Iure nouiffimo erit omninò degradandus,& tradendus Curiæ fæculari, vt comburatur,vt eft difpofitum per quandam Bullã Felicis Recordationis Clement. VIII. vbi adducitur etiam ratio cur comburendus effet quia is talis dat occafionem idolatrandi, dum populus adorat Hoftiam tanquam confecratam vt verum Corpus Chrifti ,ex quibus videtur mihi non fuffragari ordinem clericatus, nifi habenti illum,nec delationem veftium prodeffe clerico non habenti ordinem, quare cum dictus clericus de quo mentionem facimus retineat ordinem, propterea poterit Epifcopus ei impartiri licentiam deferendi veftes clericales,ordo, & non habitus, vt dixi facit quem clericum cap. ad Apoftolicam de
4 regular. & proinde affumptio veftium poft delictum commiffum nihil proficit affumenti quin per Iudicem fæcularem poffit puniri, & de Iure communi, ita concludunt Doctores poft glof. in cap.1.de obligat.Bart.in l.1.ff.de pœnis Capp.Tolof.decif. 144.Couar.pract. quæft.cap.32.num.4. verf.ego vero Gomez.tertio tomo cap.10. num.5. quæ veftium affumptio, vt fupponitur á præfato clerico non fit in fraudem caufa fugiendi forum fæculare, & proinde non intrat difpofitio cap. ex parte de priuileg.
5 Tum fecundo,quia irregulari funtea prohibita quæ funt ordinis,vnde fi Epifcopus fuerit à Pontificalibus fufpenfis, licet cum eis celebret non erit irregularis, quia pontificalia non pertinẽt ad fubftantiam alicuius ordinis Ecclefiaftici,vt tenet Couarr.in clement.fi furiofus §.1.verf. fecũdum colligitur de homicidio,& ideo à fimili poffumus di-
6 cere,habitum clericalem non effe de fubftantia ordinis ad inducendam maiorem irregularitatem argumentum .n. in Iure à fimili eft validiffimum, vt poft eorum quem allegat tradit Nouar. in praxi elect.& variar.for.fect.1,q.53.nu.6. in fin.

Tum tandem,quia quod non reperitur expreffe prohibitum cenfetur permiffum l. cum prætor ff.de Iudicijs l. pater filium §. fundum ff. de legat. 3.quare cum non reperiatur expreffé prohibitum à facris Canonibus, Epifcopum dare licentiam clerico volenti reaffumere habitum, non poteft dici quin ei non fit conceffum, eo fortius, cum clericus poffit propria auctoritate reaffumere habitum laicé Viuius decif.512.

SVMMARIVM.

1 *Ius petendi demanium habet locum tam in contractu locationis, quam permutationis.*
2 *Ius petendi demanium,an competat in contractu locationis,& quare nu.3.*
4 *Regula,quod demanium habeat locum in affictu, an procedat vbi Baro effet perfona Ecclefiaftica.*
5 *Conftitutiones Regni,etiam fi effent pro Ecclefia non ligant.*

An regula illa, quod demanium habeat locum in affictu, procedat, vbi Baro effet perfona Ecclefiaftica, & teneret feudum à Rege.

DECISIO CCXXXVI.

1 NVlli dubium eft,Ius petendi demanium habere locũ,tam in cõtractu venditionis,quã etiam in contractu permutationis, vt laté difcurrit Anna conf.55.qui fcripfit pro Vniuerfitate Atripaldi contra Principem Auellini, & in eadem facti fpecie confuluit pro dicto Principe contra Vniuerfitatem Confiliar.Georg.alleg.7.qui in fine refert bina decreta conformia lata in caufa prædicta contra Vniuerfitatem, & meminit Regens de Curte in diuerf.Iur. feud.fol.9. nu.60. vbi etiam difcurrit, & decifas refert quamplurimas
2 quæftiones,nec non competit dictum Ius Vniuerfitatibus in contractu locationis, feu affictus etiam ad modicum tempus, qui fieret fimul cum Iurifdictione, vt pro indubitato admittit Marta vot. 240.& fuit iudicatum per Sacrum Confilium fub die 24. Octobris 1611. in fauorem Vniuerfitatis Aquæuiuæ refpectu affictus facti per Ducem Adriæ,tunc eius vtilem Dominum Afcanio de Scribanis, referente Regente Carolo Tapia, tunc Regio Confiliario, & maior ratio militat in con-
3 tractu locationis, quam venditionis, quia per locationem vaffalli fortiuntur plures Dominos,népè ipfum locatorem,qui eft Dominus principalis, & cui etiam durante affictu tenẽtur præftare fubuentiones taxatas in conft.quam plurimum,ac etiam conductorem cui vaffalli tenentur etiam feruire, & obfequia præftare,cum ei fubicijãtur, & per folam fubiectionem acquiritur vaffallis Ius contradicendi Bald.in cap.1.§. fi quis nu. 5. quo tempore miles,eorum enim intereft non habere tot Dominos idem Bald.ibidem,& Capic. in fua inueftitura in verb.feudum dant col. 21. in 4. declaratione limit.2.fol.150. Tiraquell. de Iure primogenit. q. 4.nu. 30.
4 Grauis tamen fuit dubitatio,an fupradicta conclufio procedat in feudo poffeffo per Baronem Ecclefiafticum,quod tamẽ à Rege eft deriuatum, & confului pro affirmatiua opinione,fecundum quod audio fuiffe decifum,ex eo , quia idem iudicandum eft de feudo Ecclefiaftico , vt de feculari quoties tenetur à Rege, vnde conftitutio Regni de fucceff.quæ admittit fratrem ad feudũ nouum deficiente linea defcendente contra regulam feudi,habet locum etiã in feudo Ecclefiaftico Frecc. de

de subfeudis lib. 3. fol. 395. num. 22. ex doct. Iser.
5 vbi quod constitutiones Regni, etiam si essent pro Ecclesia non ligant cap. fin. de reb. Ecclesiæ non alienandis, seruabitur ergo Ius commune feudorum, nisi haberet feudum à Rege, vt quilibet Baro tunc iudicandum esset de ea, vt de quolibet alio feudatario, quando non habet in burgensaticum, vel allodium, iuxta Abbatem in cap. sanctæ Mariæ de constit. & eadem ratione infertur d. const. Regni quam plurimum, quæ taxat casus, in quibus Prælati possunt exigere charitatiuum subsidium à vassallis non procedere in feudis Ecclesiasticis, sed in feudis, quæ tenentur à Principe, & sentit And. ibi, quia de homine Ecclesiæ, quasi non esset feudalis Princeps non disponeret, & ideo Prælatus nouus habens feudum nomine Ecclesiæ à Rege debet soluere releuiū, quod est solutio fructuum vnius anni in Regno, quando moritur feudatarius, seu Dominus vtilis, & hæres petit cōfirmationem, vt per d. Isern. in cap. 1. §. similiter de leg. Corrad. nā Prælatus ratione feudi potest conueniri coram Domino temporali, sicut laicus cap. verum de for. compet. cap. cæterum de Iudic. & sic æquiparātur Ecclesiastici, & laici quoad feudum, vt latè Genuens. in suis practicab. Eccles. tricesnar. 1. q. 21. in principio.

SVMMARIVM.

1 *Capiens possessionem ex sola supplicatione literis non expeditis, amittit omne Ius quod habet in beneficio, & postea efficitur inhabilis ad illud obtinendum.*
2 *Ingrediens absque literarum expeditione dicitur intrusus.*
3 *Constitutio Iulij Papæ III. allegans possessionem beneficij fuisse captam literis non expeditis, debet cōcludenter probare, ad effectum, vt locum habeat.*
Constitutio Iulij Papæ III. declaratur vt nu. 3. 4. & 5.

Constitutio Iulij Papæ III. qua cauetur, vt capiens possessionem beneficij ex sola supplicatione signata, literis suæ prouisionis non expeditis ad illud obtinendum inhabilis reddatur, an, & quando procedat.

DECISIO CCXXXVII.

1 Capiens possessionem ex sola supplicatione signata, literis suæ prouisionis non expeditis omne Ius, quod in beneficio habet amittit, & de cætero ad illud obtinendum inhabilis redditur, attenta constitutione Iulij Papæ III. de qua meminit Gigas in Epitom. de intrusis nu. 28. Mandos. in regul. de non iud. extra form. supplicationis quæst. 4. Bursat. conf. 393. sub num. 23. sicque viget obseruantia, ita quod hodie requi-
2 ritur expeditio literarum, alioquin ingrediens dicitur intrusus, & nudus detentor, & contra eum fieri potest impetratio, vt iudicauit Rota in vna Virdunen. Parochialis 23. Iunij 1586. coram Gipsio, quod procedit etiam in Episcopis, iuxta sententiam Parisij de resignat. benef. lib. 10. q. 1. num. 23.
3 licet vt intret dicta constitutio allegans possessionem beneficij fuisse captam literis non expeditis debet id concludenter probare, quia est materia obiectiua, ad latissime tradita per Nouarium nouissime in sua praxi dationis insolutū q. 2. sect. 1. qui sub num. 13. in fine sic recenset decisum in vna canonicatus Ciuitatis Castelli 20. Martij 1556. coram Cardinali Quirogha, quam opinionē corroborant multa fundamenta, & rationes adductæ per eundem in sua Praxi electionis, & variat. for. q. 6. sect. 3.
4 Et dicta constitutio non procedit, quando ex instrumento adeptæ possessionis non constat fuisse in adeptione habitam relationem ad supplicationē, & potuisse capi ex alio titulo propter multiplicationē, quæ datur in beneficialibus ad notat. per Fel. in c. in nostra n. 2. de rescript. & sic fuit resolutum in vna Placentina Cappellaniæ 21. Maij 1601. coram Pamphilio, vbi contra petentem manutentionem fiebat similis obiectio, & fuit responsum vt supra, & ita fuit euitata d. constitutio, quæ vti exorbitans strictè venit intelligenda, iuxta decis. Paleott. 16. cui fauent adducta à contrario sensu per Nouarium in sua Praxi electionis, & variationis fori q. 5. a nu. 4. vsque ad numerum 6. in
4 fin. sect. 2. vt etiam non procedat dicta constitutio vbi agitur de possessione capta, literis non expeditis per Procuratorem non habentem speciale mandatum ad capiendam possessionem vt fuit dictum in eadem Canonicatus Ciuitatis Castelli, ea ratione, quia mandatum generale non sufficit ad faciendum id per quod Dominus incidat pœnam Rota in nouiss. decis. 7. vt lit. pendent. Nouarius in collect. decis. ad pragmat. 1. sub rub. de procurat. sicq. pariter dicta constitutio nō
5 habet locum vbi agitur de possessione Canonicatus capta non capitulariter per prouisum, literis adhuc non expeditis, ea ratione, quia talis possessio est nulla Cassad. decis. 8. de causa possess. & proprietatis Puteus decis. 20. lib. 2. qua de causa illam capiens non incidit in pœnam cap. non puto de reg. iur. in sexto, & ita fuit tentum in d. causa Ciuitatis Castelli, & iuxta hæc in facti contingentia in causa mihi delegata iudicaui.

SVMMARIVM.

1 *Obtinens beneficium requirens ordinem sacerdotalem, debet intra annum promoueri, alias priuatur dicto beneficio, vt nu. 3 sed non ipso iure nu. 4.*
2 *Annus a quo tempore incipit currere*
5 *Parochus, rector actu curam exercens, si infra annum ad ordinem sacerdotalem non promouetur ipso iure priuatur Parochia.*
6 *Prior conuentionalis habens animarum curam, tam in foro pœnitentiali, quam iudiciali, si ordinem sacerdotalem non recipit infra annum ipso Iure in pœnam priuationis incurrit, quod ampliatur, vt num. 7.*
8 *Annus qui datur propter promotionem ad sacerdotalem ordinem, quomodo intelligitur.*

Quando incipiat annus, intra quem obtinens beneficium requirens ordinem sacerdotalem debeat promoueri, & multa ad ornatum cap. licet canon de elect. in 6. referuntur.

DECISIO CCXXXVIII.

1 OBtinens beneficium, seù Cappellaniam re-
quirentem ordinem sacerdotalem, debet
intra annum promoueri cap. licet canon
2 de elect. lib. 6. qui annus incipit ab eo tempore,
quo ipsius beneficij regimen commissum est, &
prouisus possessionem illius pacificam habuit, vel
per eum stetit quominus habuerit per tex. in cap.
3 commissa eod. tit. alias si intra dictum tempus non
4 fuerit promotus priuatur beneficio, non ipso qui-
dem Iure, sed per sententiam, & præmissa moni-
tione Superioris, vt probatur in cap. 1. de ætate, &
qualitate, vbi ita demum clericus venit priuandus
beneficio requirente sacros ordines, si non promo-
ueatur, quando præcessit monitio, ita glos. in d. c.
1. in verb. fiant, & in cap cum in cunctis §. inferio-
ra de elect. in verb. Canonibus, vbi But. nu. 6. Ro-
ta in antiq. decis. 1. de pœnis Geminian. cons. 131.
nu. 1. & sequent. Feder. de Senis cons. 25. hoc etiam
probat textus in d. c. cũ in cunctis §. inferiora, quia
non operatur priuationem ipso Iure, nec per sen-
tentiam, nisi præuia monitione Episcopi, vt colli-
gitur ex lectura d. §. inferiora, & tenet Rebuff. in
praxi benef. tit. de non promouend. inf. annum nu.
25. & ita ponderando dicta Iura tenuit Rota in
vna Tollenens. Monasterij Sancti Mansueti 17.
5 Martij 1597. coram Penia, quæ tamen non pro-
cedunt in Ecclesijs Parochialibus, & earum Cu-
ratis, seù Rectoribus actu curam exercẽtibus, nam
hoc casu pœna priuationis bene incurritur ipso
Iure, & nulla requiritur monitio, vt in d. cap. licet
canon. qui text. vti pœnalis non debet extendi vl-
tra casum suum glos. ibidem in verb. Parochiali-
bus Gemi. d. cons. 131. nu. 1 & seq Rot. d. decis. 3.
de pœnis in antiquis Io. Andr. in cap. statutum nu.
2. circa medium de elect. in 6. & Federicus de Se-
nis facit aliam limitationem in d. cap. licet canon
6 non procedere in Priori conuentuali habente cu-
ram animarum, & personarum tam in foro pœ-
nitentiali, quam iudiciali, nam is quoque ipso Iure
pœnam priuationis incurrit, si intra annum non
promoueatur per clemen. ne in agro sequitur Re-
7 buff. vbi supra nu. 5. & 6. vbi hoc extendit siue illa
beneficia, vel priuatus habeat in titulum, siue in
commendam per d. §. cæterum, & videas ibidem
Rebuff. per totum titulum, qui hanc materiã late
pertractat.
8 Et aduerte, ꝙ in beneficijs Sacerdotalibus, ita
demum datur annus ad promouendum, quando
verba fundationis non respiciunt actum collatio-
nis, vel præsentationis, sed potius illius prosecutio-
nem, & ratio est, quia tunc sufficit, quod quis sit
sacerdos habitu, licet non actu Abb. in cap. cum in
cunctis §. inferiora sub nu. 10. & ibi Decius nu. 12.
de elect. Roman. cons. 235. & tenuit Rota 20. No-
uembris 1573. coram Cotta in vna Romana Cap-
pellaniæ de Capizucchis, secus quãdo annexio or-
dinis requiritur in ipso actu collationis, seù præ-
sentationis, vt si dicatur, quod præsentetur Sacer-
dos, vel Cappellanus, qui Missas celebret, vel alias
verba de necessitate respiciant ipsum tempus præ-
sentationis, quia tunc non datur annus ad promo-
uendum, sed requiritur, quod præsentatus de eo
tempore sit actu Sacerdos, cum qualitas iuncta ver
bo intelligatur, secundum tempus verbi Abb. in
d. cap. cum in cunctis §. inferiora sub nu. 10. & De-
cius nu. 12. Vitalinus in clem. 2. §. in illa nu. 16. post
Imolam col. 10. de ætate, & qualit. Paris. cons. 50.
nu. 17. cum seq. lib. 4. & ita loquitur Barbat. cons.
33. in 2. dubio num. 8. lib. 2. vbi testator dixerat,
quod Cappellania conferatur Præsbytero, & sic
etiam debet intelligi Lambert. qui Barbat. sequi-
tur de Iurepat. lib. 2. part. 1. q. 7. artic. 27. cum seq.
& Rocchus de Curte in verb. honorificũ sub nu.
21. qui exemplificat, quando dictum fuit, quod
præsentetur Sacerdos, vel Cappellanus, qui Missas
celebret, & in his procedit decisio facta coram
Card. Blancbetto in causa Parmen. Iurispat: 16. No
uemb. 1582. & ita tenium in vna Romana Cap-
pellaniæ 19. Martij 1586. coram Cardin. Pamphi-
lio.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus qui ante institutionem administratio- ni beneficij se ingessit, incurrit pœnas cap. auaritiæ de elect. in 6,*

2 *Præsentatus excusatur à pœna d. cap. quando esset error Iuris ambigui, & obscuri, dummodo sit probabilis.*

An in præsentato ante institutionem ingerente se administrationi beneficij habeat locum c. auaritiæ de elect. in 6.

DECISIO CCXXXIX.

FVit quidam præsentatus in beneficio Iuris-
patronatus, & ante institutionem ingessit se
administrationi eiusdem beneficij, quare fuit
dubitatum, an deberet infligi pœna cap. auaritiæ
1 de elect. in 6. & iudicaui, præsentatum qui ante
institutionem administrationi beneficij se ingessit
debere incurrere pœnas d. cap. auaritiæ, nam licet
d. textus loquatur in electo, & contineat pœnam
priuationis, quo casu non videtur extendendus ad
præsentatum cap. in pœnis de reg. iur. in 6. l. preces,
& l. interpretatione ff. de pœnis, nihilominus, quia
decretalis illa est inducta ad reprimendam auari-
tiam, & temeritatem clericorum, & ad coadiuuan
dum Ius antiquum tanquam fauorabilis extendi
debet, vt habeat locum etiam in præsentato, vt
ibi not. Gem. col. 2. vers. nota bene, & Franc. nu. 2.
& ista est communis opinio Calder. cons. 8. de
elect. Lap. allegat. 8. nu. 4. qui etiam subdit, ita se
habere communem obseruantiam, & ita fuisse
pronunciatum idem tradit Gem. in d. cap. auaritiæ
col. vlt. vers. sed est dubium Franc. nu. 2. vers. item
habet locum Rochus de Iurepat. in verb. honori-

ficum

ficum q. 39. Lambert. in eod. tractat. q. 5. princip. in 2. par. lib. 3. art. 11. Abbas in cap. qualiter num. 4. de elect. But. in cap. nosti nu. 7. eod. tit. hanc quoque sententiam tenet Gabriel conf. 199 nu. 3. lib. 1. & eã Rota sæpius fuit amplexa, vt testatur Sarnen. de trienn. q. 5. vers. postremò num. 23. & adest Decisio Crescentij 6. de Iurepat. & fuit resolutum in vna Vrgellens. Abbatiæ 29. Ianuarij 1582. corã Cardinali Seraphino, & deinde in vna Iuuenacen. beneficij 4. Februarij 1594. coram Cardinal. Mant.

9 Quæ omnia limitaui, quando adesset error Iuris ambigui, & obscuri clericus enim excusatur à pœna d. decretalis ex errore Iuris ambigui, & obscenis, vbi talis error sit probabilis, & sic tenuit Rota in vna Casalen. Parochialis 30. Maij 1586. coram Robusterio, & in eadem causa 5. Nouembris 1597. coram Card. Seraphino, vbi clericus præsentatus fuerat ad Parochialem, & fuerat examinatus ab Examinatoribus, & facta fuerat relatio quoad scientiam tantum, & non quoad mores, & ætatem, vt requiritur à Sacro Concilio Trident. sess. 24. cap. 18. & Episcopus eum instituerat, sicq; post institutionem se ingesserat administrationi dubitatum fuit, ex quo institutio erat nulla ob non seruatam formam dicti Concilij, an ipse incidisset in pœnam d. cap. auaritiæ, & fuit resolutum, quod non, quia potuit credere se fuisse ab Examinatoribus approbatũ in omnibus, ex quo Ordinarius eum instituerat, & ideo ob errorem istum probabilem fuit excusatus à pœna dictæ decretalis.

SVMMARIVM.

1 *Lex generaliter loquens, habet tacitam contradictionem, nisi disponens de rebus suis contrariam legẽ adiecerit.*

2 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*

3 *Disponens de re sua, potest adijcere legem, quam vult.*

4 *Fundator non potest adijcere conditiones, quæ sint contra naturam iurispatronatus.*

5 *Iuspatronatus non potest possideri, neq; fundari sine consensu Episcopi.*

6 *Fidelibus non debet præberi occasio, vt non ædificẽt Ecclesias, & iurapatronatus.*

An Patronus possit fundare iuspatronatus sub conditione, quod non existentibus Clericis suæ familiæ pro tempore, redditus iurispatronatus sint alicuius Cappellæ.

DECISIO CCXXXX.

1 FVit resolutum pro affirmatiua sententia, ex Iuris regula, quæ vult, vt lex generaliter loquens habeat tacitam conditionẽ, nisi disponens de rebus suis contrariam legem adijecerit, est
2 enim trita Iuris conclusio, quod prouisio hominis facit cessare prouisionem legis l. fin. C. de pactis conuent. l. & habet §. cum quis ff. de præcar. l. ma-
3 ritus C. de procur. Anchar. cons. 217. nu. 2. & potest disponens de re sua adijcere quascunque conditiones, & pacta l. ex lege C. de condit. ob caus. l. quinta C. de donat. quæ sub mod. l. 1. §. 1. ff. de reb. eorum Socc. cons. 415. num. 4. lib. 1. quod procedit etiam in dispensatione facta ad fauorem Ecclesiæ cap. verum de condit. appos. Anchar. cons. 217. nu. 2. Imol. in cap. cum dilecti nu. 4. vers. item potes notare de donat. Socein. vbi supra nu. 5. Felyn. in capit. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ num. 77. de constitut. cũ laicus fundans de proprijs bonis Iuspatronatus possit in fundatione reseruare Iuspatronatus Ecclesiæ, & Monasterio, ex conditione, vt in perpetuum ad Ecclesiam spectet tanquam laicale, quia vt colligitur ex latissimè cumulatis per Lambertin. in suo tractat. de Iurepatronat. lib. 1. par. 1. art. 1. quæst. 9. per totam, potest patronus apponere in fundatione quascunq. cõditiones, etiam si sint contra illud, quod Ius regulariter disponit in materia Iurispatronatus, seu beneficiorũ, vt per plura exempla docet idem Lambert. ibid. nu. 25. cum multis sequentibus, dummodo tamen conditiones non sint impossibiles, seù turpes, vel contra substantiam Iurispatronatus, & beneficiorum, vel aliter á Iure improbatæ. Quin, Sacri Canones adeo fauent pijs Ecclesiarum Fundatoribus, vt si quando de nouo disponunt soleant præseruare contrarias Fundatorum ordinationes, vt in clem. quia contingit §. vt autem de relig. domibus, & in cap. Eleutherius §. & igitur 31. quæst. 2. Sacr. Trident. Concil. sess. 22. capit. nono de reformat. & alibi, quæ Iuris Indulgentia ex eo processisse videtur, ne laici retrahantur à fundatione Ecclesiarũ qua ratione, & ipsuminet Iuspatronatus maximè laicale conceditur, quod est contra Iuris regulas Anchar. cons. 113. nu. 2. Abb. in cap. 1. nu. 4.
4 de præben. Gemin. cons. 45. & 50. in princip quinimo potest patronus in limine fundationis apponere conditiones quascunque, etiam contra Iuris communis dispositionem, dummodo non sint cõtra naturam Iurispatronatus, nam accedente consensu Ordinarij, ac dispẽsatione admittantur conditiones prædictæ, text. est in cap. cum dilectus de consuet. vbi glos. in verb. constitutum, & ibi Ioan. And. Butr. Bald. Abb. & alij, quam sententiã post Cardin. Felyn. Calder. Roch. de Curt. & alios probat Lambert. lib. 1. de Iurepat. quæst. 9. nu. 49. cum sequente, vbi sic pluries iudicatum refert. Hinc
5 est etiam, quod licet Iuspatronatus, nec possideri, nec fundari possit sine consensu Episcopi capit. 1. de regul. Iuris in 6. cap. Ordinarij de Officio Ordin. in 6. Abb. Fel. & alij, quos probat Lamber. lib. 3. de Iurepatronat. par. 3. num. 3. qui consensus satis est, si ante, vel postea interueniat, re tamen integra vt not. Abb. per illum text. in capit. sugestum de Iurepatron. post alios Ioan. Dilect. de art. testan. cautel. 67. nu. 2. cum sequente, vt omittam alios, nihilominus valida est conditio apposita in fundatione Cappellaniæ in articulo mortis nominet successorem, vt ex pluribus in Ciuitate Papiæ consuluerunt Albericus, & Cortesius, quorum cons. refert, & probat, & secundum illa decisum refert Lamber. d. lib. primo, & quæst. art. 3. per totum, & sic refert iudicatum Amat. in decis. Rot. Marchiæ 4. conferunt discussa per Farin. decis.

570.

570.pro quorum comprobatione facit etiam, quod tenetur Episcopus, vel alius Ordinarius assentiri prædictis conditionibus, tamquam honestis,& iustis, licet sint contra ius commune, vt est tex.notab.in cap.nullus de iure patron. vbi Abb. & omnes Canonist. communiter, quos etiam probat Lambertin.d.quæst.9.nu.50.& 82.vt alios
6 omittamus, omnes enim docent hoc assumptum ad hoc ne fideles remoueantur ab ædificandis Ecclesijs,vt ab earum conditionibus, quod esset Ecclesiæ magis damnosum, quam assentiri prędictis conditionibus, ne Ordinarius se ingerat in præsentatione,& sic de alijs, & ad supradicta confert decisio Caualc.11. par.1. cuius tenor est, Nisi testator hoc disposuisset in sua fundatione, approbata tamen ab Episcop.& habente authoritatem cum potuerit fundator apponere in fundatione qualitates, & conditiones quas sibi placuerit, honestas tamen,& à iure approbatas, vt sunt supradictæ,& etiam quod rector pro recognitione singulo anno soluat vnum cereum compatronis, vel tal.Eccles.aut quod vacante beneficio illi fructus vadant ad compatronos, vel ad tale monasterium aut pro Eccles.reparanda, Bero.cons.5.volu.1.vbi latè Petr.de interpret.vltim.volunt. lib.4. dub.4. nu.172.car.454.& notat de Curt.de iur. patron.in verb.& vt le.nu.6.& seq. ver.sicut secundo principaliter car.32. Lamber.de iur.patron.lib.3.art. 8.quæst.2.in fin.art.9.& art.16.quæst.3. car.18. & lib.1.par.1.art.9.quæst.3.n.79.vbi de pluribus pactis,& condit.valid.& inualid.loquitur Surd.cõs. 62.num.2.& 13.cart.174. & Franc.Marc.dec.474. cart.160.in 1.par.vbi dicunt esse, secus post ius pat. in esse deductum, quia tunc non potest aliqua pacta, & conditiones apponere, ideo dictum fuit de anno 1588. Papię fundatoram post aliquod tempus non potuisse ponere in codicillo, quod filiæ suæ deberent in empyteusim perpetuum habere bona data in dotem Capellæ fundatæ, vel q ipsę dictis bonis vtantur,& fruantur in perpetuũ soluando continuatim scutos duodecim, & tetigi supra num.30.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna remigationis est imposita in Regno vagabundis.*
2 *Edictum de vagabundis comprehendit mendicanter validos.*
3 *Adducitur dec.54.Marij Muta.*

An Rixari soliti, & vagabundi possint exulari,& ad triremes ad tempus condemnari.

DECISIO CCXXXXI.

INstantia doctissimi viri Dom.Io.Dominici Pizzellæ Fisci Patroni integerrimi, & numquam satis laudati, vt rixari soliti, & vagabundi possint ad triremes condemnari, non fuit admissa in Curia Archiepiscopali,& miror quidam, quoniam per leges Ciuiles Regni, prout habetur in pragmat.secunda de Vagabundis pœna remiga-
1 tionis est imposita Vagabundis, & meritò quidẽ, nam huiusmodi Vagabundi, & otiosi sunt venenum Ciuitatis, sunt proni ad libidines, inuidiam, seditiones,& turbas,& propterea Ciuitas purgãda est malis istis vagabundis, vt apparet ex decisione parlamenti Delphinalis apud Franc. Marc. in dec.436.par.2. quem refert Nouar. in collect. super dict.pragmat. vbi ampliat dispositionem pragmaticæ procedere etiam in Mendicantibus, validis ex Cabal.in resolut. crim.cas.178. vbi re-
2 soluit, quod edictum de vagabundis compræhendit mendicantes validos, de quo vide etiam pragmaticã 1.sub rub rubr. de mendicant. circa cuius materiam sunt videndi Peguer.in dec.Cathalon. 47.& Ego ipse in dec. Cur.Archiepisc.Neapolit. 252. par.2. Quod autem vagabundi possint exulari,& in triremibus poni ad tempus, est decisio Regni Siciliæ apud Mutam in decisic.64. vbi ita
3 etiam dicit de rixari solitis,& diffamatis, cuius decis. verba sunt videlicet, Rixosum Iuuenem vnde saltim prætendebat idem Fiscus, vt condemnaretur super Regijs triremibus, ad tradita in Capit.Regni 51.Regis Martini, ex Affl.&.& alijs tamquam otiosum,& vagabundum per adducta pulcherrima à Bouadilla in sua Politica cap. 13. per totum libr.2. tomo 1. & ad minus, vt perpetuò exularetur à Regno, iuxta prag.primam titu. 58.de vagabundis, vbi posui multa tom. 1. prag. ne dum à Ciuitate ipsa Noti, per ea quæ dicit Bal. in l.1.num.4.C.de her.inst. Boss.tit. de bannit.nu. 2.Clar.in pract.crimin. quæst.71. vers. quandoq; vero imponitur idem Boss.tit.de carcera.fideiussor. committand. nu. 7. vbi testatur, se ipsum multoties expartum esse, quod ex ijs pœna affligit corpus, & ex eo, sequitur paupertas, & miseria,& homines se excrucient Suarez,& Bonacoss. de quibus per Farin.in tit.de delict.& pœnis quęstio.19 numer.17.tom.1.ex quo iam pœna est, multumq; asperũ, & fere intollerabile, vt per Senec. lib.vnico de consolatione ad Albinam cap.6. Titoliu. cap.5. Euripid.in Phœnia, qui omnes dicũt quod priuare propria patria magnum malum est, quia exulatio datur propter pœnam, secundum Cicer.in eius Paradoxis, de quibus eruditè per Valenzuel.cons.36.num.50.61. & 62. & ideò facta relatione Excell. Illustriss. Domin. Proregi in visita generali Panor. detempta Martij 1617. fuit condemnatus dictus prosequutus, vt exulet ab ipsa Ciuitate Noti, eiusque territorio per triennium, non enim sit nostris temporibus tam graue, est maximè ad tempus.

S V M M A R I V M.

1 *Papa faciens gratiam, intelligitur, leuatis Bullis.*
2 *Gratia Papæ dicitur informis ante expeditionem literarum.*
3 *Gratia non suffragatur, vel probatur in foro exteriori, nisi expeditis literis.*
4 *Intrans possessionem beneficij ante expeditionem literarum, perdit omne ius.*
5 *Gratia, vt dicatur perfecta, nõ requiritur scriptura.*
6 *Gratia perficitur solo verbo, fiat.*
7 *Carta testamenti, non est testamentum, sed probatio*

ita

teſtamenti.
8 *Mortuo Papa ſupplicatione ſignata, literæ expediuntur per ſucceſſorem.*

An gratia Principis ſolo verbo abſque ſcriptura perficiatur.

DECISIO CCXXXXII.

DIcebatur prima conſideratione, quod nō, per
tex. in cap. inſtitutionis, & ibi gloſ. 25. quæſt.
2. & Fely. in capit. eam te col. 3. de reſcript.
Sylua de benefic. 3. part. quæſt. 22. numero 3.
gloſ. in clemen. dudum de ſepul. Bald. in l. huma-
num C. de leg. Ioan. Andr. in prohem. lib. 6. Sylua
2. par. quæſt. 2. nu 34. & ſecunda par. quæſt. 15. Co-
uar. lib 3. capit. 16. nu. 1. variar. reſolut. Gom. de
expectat. nu. 17. hoc tñ fallit in gratijs, & collatio-
nibus factis à Papa, quæ nullo modo valent, literis
non expeditis Gom. in q. 1. & 9. in regul. de non
1 iud. iuſ. for. ſuppl. ratio eſt, quia Papa faciens gra-
tiam, vel conferens beneficium, intelligitur leuatis
Bullis, ſeù expeditis literis Selu. loc. cit. & ratio
2 rationis eſt, quod gratia Papæ dicitur informis, &
imperfecta, & adhuc exiſtere in vtero ante litera-
rum expeditionem, per quarum confectionem
poſtea acquirit formā, & perfectionem, & æditur
in lucem deciſ. Rotæ 20. de conceſſ. præbend. in
nouis, vbi habetur, gratiam non valere literis non
expeditis, adeſt regula Cācellariæ de hoc, & Bul-
3 la Iulij III. quæ eſt 33. fol. 534. nec gratia ſuffra-
gatur, vel probatur in foro exteriori, niſi expedi-
tis literis Gom. in quæſt. 1. in dict. regula adeſt ex-
trauagans 1. ſub tit. de elect. vbi prohibetur, ali-
quem habere beneficium non leuatis Bullis,
quam Gom. dicit ſolum habere locum in bene-
ficijs conciſtorialibus in quæſt. 5. in dicta regula,
tamen Bulla Iulij III. extenditur ad omnia bene-
ficia obtenta in Curia Sylua 3 par. quæſt, 11. num.
4 5. & quæſt. 22. num. 1. Gom. dicit, quod qui intrat
poſſeſſionem beneficij literis non expeditis per-
dit omne ius, nec ſola ſupplicatio, ſiue gratia ſine
literis dat canonicum titulum Gom. q. 1. vbi ſupra
Fely. in cap. veniens col. 2. de accuſat. & hoc exten
ditur etiam ad Apoſtolica Breuia Gom. tract. de
breuibus num. 7. ad commiſſiones, & ad diſpenſa-
tiones idem dicta quæſt. 1. col 2. fallit hoc, quando
Papa diceret in gratia, quod ſola ſignatura ſuffi-
ciat, prout in dicta Bulla, & Doctor. vide Rebuff.
tit. de miſſ in poſſeſſ. nu. 19. vbi etiam dicit, dici in-
truſum ſi cum ſola ſignatura acciperet fructus,
vel caperet poſſeſſionem, nec facit fructus ſuos, &
hoc in 3. par. ſign. in verb. datum num. 8. idem de
gratijs Regū, & aliorum Principum. De Franch.
in deciſ. 62. num. 12. & 15. Caputaquenſ. deciſ.
257. Nauar. tract. de ſponſ. 9. 7. nu. 3. Felyn. in cap.
veniens de accuſ. & Sac. Congreg. declarat. 525. in
hæc verba, Domini dixerunt, Ordinarios nō poſſe
ſuper ſupplicationibus tantum expedire literas
minus, & poſſeſſionem tradere vigore ſupplica-
tionis tantum; & hoc neque ex antiqua conſuetu-
dine, vt poſtulatum fuit, & declarat. 356. cenſuit in
hæc verba, conquerenti Epiſcopo Lucenſi quoſdā
ſuos Canonicos obtinere beneficia, nec expediri
Bullas viſum eſt reſpondendum, vt priuet eos, qui
ita obtinent adhibitis Vicarijs, qui inſeruiunt Ec-
cleſiæ. Verum contrarium fuit reſolutum in Cu-
5 ria Archiep. Neapolit. ſ. ad eſſentiā gratiæ non re-
quiri ſcripturas, ex quo dicitur perfecta ex ſolo
verbo, fiat, not. Bal. in l. fin. in princip. C. de comm.
ſer. manu. & in l. fin. 2. col. verſ. & ideo fuit quæſt.
C. ſent. reſc. non poſſe, facit quod not. Bald. in l.
humanum in fin. C. de leg. & & conſuluit Dec. in
conſ. 75. incip. in cauſa falſitatis 7. col. hoc etiam
affirmat. Felyn. in cap. Rodulphus num. 26. de re-
6 ſcript. vbi inter alia citat Bald. in dicta l. fin. qui ait,
quod poſtea quam gratia fuit expedita per iſtud
verbum, fiat, nihil eſt quod ipſam ſuſpendat, quod
etiā voluit Caſſ. in conſuet. Burg. tit. des iuſtices
droitrix rubr. 1. num. 180. 9. quinto fol. 61. Ripa in
reſp. 11. & ad comprobationem prædictorum al-
legatur id quod dicit Anton. de Butr in cap. in no-
ſtra de reſc. vbi dicit, quod ſi conſideretur litera
Principis materialiter, ipſa non eſt titulus, etiam
7 remotus, ſed probatio tituli, ſicut carta teſtamenti
non eſt teſtamentum, ſed probatio teſtamenti, ſi
vero conſideretur ipſa litera ratione contenti in-
tellectualiter, & tunc ſi Princeps facit gratiam in
forma literarum, & in qua communi ſtylo literæ
effici ſolent dicit ipſe credo, quod ſcriptura ſit de
eſſentia, & tūc effectiuè litera eſt titulus, de eſſen.
gratiæ eſt litera ex quo ſic ſe habet ſtylus, vnde
non valet gratia, niſi adſit ſcriptura, vt no. gloſ. de
cenſ. cap. 1. lib. 6. & Alex. in l. cōtrahitur ff. de pign.
& hæc procedunt tenendo id quod Curiales tenēt,
quod literæ ſunt de ſubſtantia gratiæ, de quo latè
Anch & Io. Andr. in dicto procemio lib. 6. vbi al-
legat multa bona iura pro iſta parte, quem refert
Dominicus de S. Gem. ibi, & tandem allegatur,
quod dicit Bald. concludendo in l. ſi qua per ca-
lumniam C. de Epiſcop. & Cler. & in l. humanum
8 C. de legib. vbi voluit, quod ad effectum gratiæ
Principis non requiritur ſcriptura, ſed eius proba-
tio, ſic ſi Papa interim moriatur antequam li-
teræ fierent, non expirat gratia, ſed debent de illa
gratia expediri literæ ſub Bulla Succeſſoris, fa-
ciendo mentionem de gratia facta á prædeceſſo-
re in forma rationi congruit, &c.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non poteſt accuſare laicum, & præcipuè vbi pro delicto veniret imponenda pæna ſanguinis.*
2 *Clericus poteſt accuſare laicum, præmiſſa proteſtatione citra pænam ſanguinis, & num. 3. contra & num. 4.*

Clauſula, citra pænam ſanguinis, in accuſatione, quam facit clericus coram Iudice laico, an operetur, vbi iniuria eſſet facta ſuis, non ſibi.

DE-

DECISIO CCXXXXIII.

1 CLericus non potest accusare laicum de aliquo delicto,& præcipuè vbi pro delicto veniret imponenda pęna sanguinis capit. nullus clericus 11. quæst prima, capit. Sacerdotes 2. quæst. 7. Bohic. in cap clericus nu. 4. ne cler. vel Monach. Abbas in cap. cum P. Manconella nu. 8. & 10. de accusat. Turrecrem. in cap. sicut Sacerdotes nu. 1. & 2. 1. q. 6. & in cap. 1. nu. 1. 6. q. 2. Soc. num. 10. in dict. cap. cum P. Manconella, Cumia in tract. de Synd. cap. 23. nu. 27. vbi dicit, quod accusatio erit nulla, si pars accusata de hoc se opponat Dec. in tract. crim. par. 1. lib. 3. cap. 16. nu. 5. & cap. 10. Euge. conf. 76. nu. 177. Frecc. in tract. de præsent. instrum. part. 13. quæst. 1. numero 8. multos congerit Cened. in collect. Iuris Canon. par. 2. collect. 12. num. 1. Lælius Zec. in tract. de priuileg. ecclesi. priuileg. 112. nu. 8. & priuileg. 138. nu. 5. & seq. & ad hunc effectum eam adducunt rationem, quia accusatio dicitur genus illaudabilis intentionis cap. si quis Episcopus 2. quæst. 7. ideo clericus debet abstinere cap. cum ab omni spe de vita, & honest. cler. Soc. Iun. in dict. nu. 18 Foller. super constit. Regni in tit. de Episcop. & cler. cap. item quod nullus nu. 2. car. mihi 83. Euge. d. conf. 76. nu. 177. & seq. Zecch. dict. priuileg. 138. nu. 9.

2 Verum vbi clericus accusaret laicum cum protestatione canonica, hoc est, quod non intendit accusare, ad hoc, vt pœna sanguinis imponatur iuxta tex. in cap. Prælatis de homic. in 6. tunc enim clericus admittitur ad accusandum laicum pro propria, vel suorum iniuria, etiam quod veniret imponenda pœna sanguinis, ex natura delicti de quo accusat, Lælius Zecch. in tract. de priuileg. Eccles. d. priuil. 138. nu. 12. Foller. super constit. Regni in titulo de Episcop. & cler. cap. item quod nullus num. 2. car. mihi 83. Soccin. Iun. in cap. cum P.

3 Manconell. nu. 18. de accusat. vbi dicit, quod potest accusare cum protestatione, quod non intendit accusare ad vindictam, vel ad pœnam sanguinis, sed solum pro suo Iure conseruando, & emendatione rerum suarum, & dicit, quod isto casu melius est, vt clericus, cum agere intendit dicat conqueror de tali, quàm accuso talem, & quod si accusat cum tali protestatione non incurreret in irregularitatē, si ex tali accusatione accusatus puniretur pœna sanguinis idem Soc. in cap. ad audientiam num. 256. de homicid. Scot. conf. 16 nu. 1. lib. 6. to. 1. Cumia in tract. de syndic. cap. 23. nu. 26. Intrigliol. in tract. de casibus conscient. cas. 10. nu. 18. vbi alios allegat, Eugen. conf. 76. nu. 180. Clar. in §. fin. quest. 14. nu. 3. vbi dicit, quod hanc cauthelam vidit sæpissimè obseruatam Decian. in tract. crim. par. 1. lib. 3. cap. 10. nu. 3. Bohic in capit. postulasti num.

4 2. de homicid. Bellamer. conf. 14. nu. 5. Curia tamē Archiepisc. censuit, prædictam protestationem non operari, nisi vbi clericus prosequitur suam iniuriā, secus si suorum, Franc. in cap. 2. in princ. de homic. in 6. Eugen. dict. conf. 76. nu. 184.

SVMMARIVM

1 *Episcopus potest supprimere beneficia Ecclesiarum ob diminutionem redditunm.*

2 *Item potest creare nouas dignitates in eius Cathedrali sine authoritate Apostolica.*

An Episcopus possit supprimere beneficia suæ Ecclesiæ Cathedrali.

DECISIO CCXXXXIV.

DVbitabatur in Curia Archiepisc. si de Iure potuerat Illustrissimus quondam Cardinalis de Aquauiua huius Diœcesis dignissi-
1 mus Ordinarius supprimere beneficia ob diminutionem redditum, & fuit affirmatiuè resolutum, nam de Iure Episcopus potest constituere nouas
2 dignitates in aliqua Ecclesia, vel Cathedrali sine authoritate Apostolica, Innocent. referens glos. in cap cum olim in ver concessimus de consuet. Sylua de benefic. prima par. quæst. 4. nu 18. & quæst. 7. numero 20. Bert. in tract. de Episcop. part. 2. lib. 4. & ex Specul. in tit. de dispensat. vers. 107. & ita potest practicari, & audiui practicatum fuisse ab Episcopo Stabiensi, siue Castri ad mare annis elapsis, nomine Antonio Lauro Neapolitano, qui habebatur pro magno Canonista in sua Cathedrali, creauit multas dignitates, & sic Episcopus potest constituere nouos Canonicos, vel veteres extinguere absque facultate Sedis Apostolicæ, respondetur relictis, quæ de Iure antiquo dici poterant per cap. fin. & ibi glos. in ver. excreuisse de verborum significat. quod hodie per Sacr. Concil. Trid. sess. 24 cap. 15. de reformat. habetur, posse Episcopum cum consensu Capituli propter tenuitatem introituum, prout ibi, & à contrario sensu, etiam nouos constituere Innoc. vbi supra, Capuaquens. decis. 221. par. 1. vide Boer. decis. 61. nu. 7. & cap. ex parte, & glos. in 1. notab. de constit. & cap. 1. & secundo de institut. cap. ex parte de concess. præbend. & Sylua 4. par. quæst. 7. num. 26. versic. 115. & in creatione nouorum Canonicorum, quomodo sit procedendum vide de Franch. decis. 2. num. 18. & 19. & ita censuit Rota in vna Forolouien. 4. Iunij 1590. coram Illustrissimo Mantica, cuius tenor est Quæsitum fuit, an constet de existentia Decanatus, & Domini censuerunt, non constare, primùm, quia hæc dignitas fuit erecta nulla dote constituta, quod fieri non potuit Rot. decis. 1. nu. 2. de Ecclesæ dificanin Antiq. Felyn. cap. cum accessissent nu. 22. vers. 2. declaratur, & Dec. nu. 9. alias 38. de constit.

Secundo, quia licet hæc dignitas secundum nomen fuerit erecta, tamen postea fuit suppressa, neque dubiū est, quin Episcopus cū Capitulo possit propter diminutionem redditum supprimere Ecclesiæ dignitatem, Abb. in cap. cum M. nu. 1. & Ripa nu. 20. de constit. Fel. in dict. c. cū accessissent nu. 23. eod. tit. Rebuff. in praxi benefic. in tit. de vnio. nu. 21. igitur multo magis potuit supprimere hūc Decanatum sine dote cōstitutum, tamen si suppressio sit superuacua, quia quod non est, supprimi non potest cap. cum dissoluendum glos. in

Q verbo

An depositum dicatur integrum, si deficiat numerus duodecim carolenorum.

DECISIO CCXXXVI.

1 FVit dictum, non esse integrum, ad hoc enim vt depositum dicatur integrum, & legitimè factum, requiritur inter alia, quod vna cum summa principali oblata, & deposita offerantur omnes vsuræ, & interesse, et text. expressus in lege 2. C. deb. vend. pign. impedir. non poss.
2 Est ratio, quia non tenetur quis sortem recipere sine vsuris Tiraq. latè more suo de retract. conuentional. §. 4. glos. 4. nu. 1. Alex. cons. 75. nu. 8. lib. 7. Menoch. qui alios allegat de arbitr. in addit. casu 232. nu. 29. fol. mihi 83. plures allegat Gurba decis. 98. nu. 16. & propterea in causa vertente inter Marchionem Pollæ, & Hectorem *della Marra*, fuit decisum, non esse integrum depositum, ex quo deficiebant duodecim caroleni, vsurarum, de-
3 fectus enim etiam in minimo afficit Carocc. in decis. 210. vnde Menoch. de arbitr. iudicum cas.
4 232. asserit, non nulla requiri ad integrandum depositum, inter cætera quod fiat oblatio, & consignatio totius integræ summæ, & quantitatis, adeo quod nec nummus quidem habeat deficere l. grege §. pen. ff. de pignor. l. tutor 4. Lutius ff. de vsuris l. qui Romæ in princip. ff. de verbor. obligat. & l. obligatione C. de solution. & tradunt post alios Ripa in l quod te nu. 21. ff. si certum petat. & alios plures refert Tiraqu. de retract. conuention. §. 4. glos. 6. nu. 23. & 24.
5 Item dicebatur, nō debere acceptari depositum prædictum, quia oblatio, & depositio debet fieri purè, & simpliciter absque vlla conditione, alias non releuat, nec deponentem liberat ab vsuris, Doctores in l. acceptam C. de vsur. Menoch. de arbitr. d. casu 232. num. 4. Ioseph Ludouic. decis. 105. nu. 3. Negus. de pignor. 5. par. princip. membr. 3. nu. 11. 2. par. Rota Ianuens. decis. 177. num. 6. Lucens. decis. 31. num. 19. Foller. super Bulla in verbo instrumentum gratiæ nu. 52. Addit. ad Gregor. quæst. 5. nu. 290. Additio ad Menoch. casu 232. nu. 47. fol. mihi 84. vbi allegat Roman. cons. 204. col. secunda Alex. cons. 7. nu. 28. lib. secundo, & cons. 28. col. vltima lib. 5. & cons. 88. lib. 6. Ias. cōs. 9. nu. 15. sed in libro meo num. 31. vers. 5. quia lib. 2. Negusant. vbi supra Crauetta cons. 502. nu. 9. & Rimina ld. Iun. cons. 524. nu. 21. lib. 5. idem Carocc. de deposit. lib. 2. q. 5. num. 4. vbi plures alios allegat fol. mihi 98.

SVMMARIVM.

1 *Regressus, & accessus in quo differant.*
2 *Dominus directus propria auctoritate potest capere possessionem rei emphyteoticæ ob non solutum canonem.*
3 *Pensionarius qui resignauit beneficium cū pensione non potest propria auctoritate possessionem beneficij capere ob non solutam pensionem, licet verba regressus sint amplissima.*
4 *Expulsio à possessione dat materiam rixæ.*
5 *Iura, ex quibus ipso facto venit imponenda aliqua pœna, quomodo intelligantur.*

An habens regressum ad beneficium ob nō solutionem pensionis, possit propria auctoritate capere possessionem.

DECISIO CCXXXVII.

SVpponatur in facto, quemdam renunciasse beneficium alteri, cum onere pensionis cum verbis amplissimis in d. renunciatione appositis. s. quod omnia Iura integra remanerent sibi renuncianti, & alijs in renunciatione apponi solitis casu quo non solueretur pensio, vnde euenit quod pensio non fuit soluta per triennium, & pensionarius cum vidisset pensionem sibi minimè solui, de facto cæpit possessionē beneficij, quod prius renunciauerat, ex quo fuit dubitatum, an in capienda tali possessione requiratur declaratoria Iudicis, vel possit propria auctoritate capere? Hæc tamen à quadam Curia Episcopali fuerunt mihi transmissa quid sentirem, & primo loco videbatur dicendum, quod regressus propriè dicitur, qui
1 habet causam de præterito, & differt ab accessu, qui totaliter pendet à futuro euentu, Oltradus cons. 274. sub nu. 5. vers. ad istum, & sub nu. 6. vers. ad hoc respondetur, vbi dicit, quod regressus non est acquisitio noui tituli, sed antiqui continuatio, quod etiam sensit Cassad. decis. 4. sub num. 2. de priuilegijs, vbi dicit, quod regressus habet causam & pendet à Iure de præterito, in quo fundatur, & Achill. decis. 3. de regressu dixit, quod est reliquia Iuris cessi Puteus decis. 1. eod. tit. Fab. decis. 51. imo in regressu consideratur, quod Papa confert beneficium ex nunc pro vt ex tunc, ideo collatio censetur facta ab initio, ad tradita per Bart. in l. si ita stipulatus fuero in principio de verb. obligat. & sic in casu nostro, excluso resignatario, resignans, qui fuit semper possessor continuat suam possessionem, etiam quoad locum, quo non dicitur fuisse priuatū stantibus verbis regressus amplissimis in omnibus, & per omnia, ac si nō resignasset, quæ verba videntur inducere plenissimam restitutionem l. quod si minor §. restitutio ff de minor. cap. si beneficia de præb. in 6. notat Alexand. cons. 83. col. 2. vol. 2. relatus per Mohedanum decis. 11. nu. 1. de renunciat. vnde cum continuet suam primam possessionem, non videtur esse necessaria declaratoria Iudicis, argumento eorum, quæ notant glos. in l. 2. C. de Iur. emph. verb. repellere, vbi Iason, & glos. in cap. potuit in glos. penult. vbi Imola de lo-
2 cato, quæ glosæ loquuntur de domino directo, qui propria auctoritate potest capere possessionem rei emphyteoticæ ob non solutum canonem per triennium, vel deteriorationem, sequitur Azon in sum. in tit. de Iur. emphyt. & facit quod dicitur de colono, vel conductore, quem biennio non soluentem potest Dominus propria authoritate expellere l. quæro §. inter locaturem ff. locat.
3 Contrariam. n. opinionē negatiuam, quod non possit pensionarius habens regressum propria authoritate capere possessionem, æquissimam esse

censeo, & libenter amplector, iuxta quam fuit exequutum in d. Curia Episcopali, moueor autem ex verbis Petri, & Cyn. in d.l.2 C. de Iur. emph. dicentium, non posse dominum directum expellere emphyteutam, & capere possessionem propria auctoritate, quam opinionem per multa fundamenta defendit Salicet. ibidem in 6. columna, & hanc esse magis communem opinionem, vt requiratur declaratoria Iudicis, ad effectum de quo supra dicit Ferret. conf. 12 1. nu. 6. Ruin. conf. 50. nu. 10 & conf. 165. in fin. lib. 1. & conf. 57. nu. 4. lib. 1. & fuisse decisum referunt Guid. Pap. decis. 107. & Ludouic. decis. 17. nu. 4. quam etiam approbauit Consistorium Sacr. Reg. Audient. Reg. Siciliæ teste Mastrillo decis. 193. ad quam corroborandam potest etiam adduci alia ratio, nam etsi ob nō solutam pēsionem beneficiatus perdat dominium non tamen amittit possessionem naturalē, ideoq; non poterit propria authoritate expelli arg. text.
4 in l. creditores C. de pignor. maximè quia expulsio daret materiam rixæ, quæ omnimodo effugienda est ad textum in l. æquissimum in princip. ff. de vsufructu, & quā maximè clerici debent hoc euitare c. à crapula de vit. & honest. cler. facit à simili de re dotali soluto matrimonio per mortem mariti, quæ ipso Iure reuertitur ad vxorem l. in reb. in principio C. de iure dot. & tamen nō est licitum mulieri ingredi possessionem sine auctoritate Iu-
5 dicis ad textū in l. dotis C. solut. mat. hinc est, quod omnia Iura Mundi, ex quibus ipso Iure aliqua pœna imponitur, debent intelligi, vt præcedat Iudicis sententia declaratoria, vt pœna possit exequi Ruin. conf. 2. num. 9. vol. 5. Bald. in auth. qui semel C. quomodo, & quando Iud. Alex. in l. si quis maior C. de transact. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Stuprator tenetur dotare vel in vxorem ducere mulierem stupratam.*
2 *Stuprator an debeat pati pænam corporalem.*
3 *Pœna corporalis stupratoris, quæ nam sit.*

An vltra pœnas, de quibus in cap. 1. & 2. de adulter. possit clerico stupratori infligi pæna corporalis.

DECISIO CCXXXXVIII.

1 CLarum est, quod de Iure Canonico stuprator stupratam mulierem, vel dotare, vel in vxorem tenetur recipere, vt est textus in cap. 1. & 2. de adulter. & ibi notant omnes post glos. commun. Canonistæ Mar. Socc. in cap. 2. nu. 6. ext. eod. vbi quod hæc duo copulatiuè requiruntur, quod. s. stuprator ducat stupratam in vxorem & eam dotet, & testatur ita dici DD. Salicet. in l. eum qui dutes num. 3. C. ad leg. Iul. de adult. Caccialup. in repetit. legis si qua illustris sub nu. 26. C. ad Orphic. Host. in sum. de adult. num. 11. vers. sed secundum Canones, August. ad Angel. in verb. *c'has adulterato la mia donna* nu. 54. vers. sed de Iure Canonico Nauar. in Manual. confess. cap. 16. num. 16. vers. secundò dicendum in fin. Gomez in l. tauri 80. nu. 6. Clar. in pract. §. stuprum sub nu. 3. vers. laicus autem Thes. decis. Pedamont. num. 2. & 3. Tuschus conclus. 709. nu. 26. vol. 7. quidam tamen contrarium alternatiuè loquendo tenuerunt, quod aut dotet, aut in vxorem ducere teneatur, vt fuerunt Io. de Platea in §. item lex Iulia de adulterijs col. 4. in fin. vers. qualiter autem punitur stuprum de Iure Canonico Inst. de publicis iudicijs Anchar. in cap. 1. nu. 4. in 5. notab. ext. de adulter. Butrius in cap. peruenit num. 1. vers. nota pœnam stupri ext. eod. Gomez in l. tauri 80. nu. 8. vbi relatis contrarijs in hac residet sententia, ibique ad literam dicit, quod stuprator non cogitur præcisè ad ducendum in vxorem, & quod ita seruatur in pract. Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 288. num. 15. in addit. non enim tenetur præcise Guttierez in q. can. cap. 37. num. 7.
2 His igitur suppositis pro coronide quæstionis, deueniamus ad articulū propositum, an debeat pati pœnas corporales vltra eas in cap. 1. & 2. de adulterijs, & dubium pro negatiua parte faciebat, quod quando stuprator vult dotare stupratam, etiam quod non ducat eam in vxorem non debeat pati pœnas, de quibus in dictis Iuribus, & è contra si vult pati dictas pœnas non teneatur dotare, censuisse videtur Anchar. in cap. 1. num. 4. & 5. ext. de adulterijs, Innocentius in cap. peruenit in vltimis verbis ext. eod. & ibi etiam Host. nu. 4. in verb. corporaliter & nu. 5. vbi refert duas opiniones, & in hoc secundo loco per eum relato residere videtur Io. And. nu. 1. in verb. retrudatur.

Contrariam tamen, & magis communem amplexa est Curia Archiepiscopalis, condemnando quemdam clericum stupratorem vltra pœnam dotis ad exulandum per triennium, quæ opinio
3 est magis à Doctor. recepta & ita apud Nos magis seruata, stuprator enim nolendo stupratam in vxorem ducere, etiam quod ei dotem dedisset punitur pœna prædicta, vel alijs arbitrio Iudicis secundum Mar. Socc. in cap. 1. in sum. ext. de adulter. & in cap. 2. num 6. ext. eod. vbi quod ita dicunt DD. & ibi etiam Abb. nu. 3. vbi bene loquitur, & Card. Zabarell. num. 1. in prima oppositione refert nonnullas alias opiniones Gomez in l. taur. 80. num. 8. subdens, quod si stuprator est pauper vt non possit eam dotare, & tamen nolendo eam in vxorem ducere vellet dotem dare adhuc aliqua pœna puniri debet Guttierez in q. can. cap. 37. num. 11. vbi pariter dicit, quod stuprator in tali casu condemnatur ad exulandum, imò si stuprator non vult puellam in vxorem ducere, verberibus castigatur à Iudice, prout ei visum fuerit, & excommunicatus in Monasterium detruditur ad agendam pœnitentiam, secundum Io. de Platea in d. §. item lex Iul. de adulter. col. fin. versic. aut si stuprator voluerit eam recipere Inst. de pub. iud. & est tex. fere ad literam in cap. 2. ext. de adulter. & ibi notant communiter omnes; tamen prima opinio est magis recepta, & approbata à Doctoribus, vt refert Guttierez in q. can. d. cap. 37. num. 11.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ius congruum non potest cedi nisi cum re.*
2 *Ad remittendum Ius congrui non sufficit tacitus, sed requiritur expressus consensus.*
3 *Cōsēsus nō præsumitur ad incognita, & incogitata.*
4 *Ignorantia Iuris non excusat.*

An vicinus cui competit Ius congrui existens mediator, & testis in re, in qua habet Ius congrui, sibi præiudicet.

DECISIO CCXLIX.

EMpta quadam domo sita in Terra Insulæ Excellentissimi Ducis Soræ per Io. Nicolaū Compagnonum ab Elisabeth de Tuccio contigua cum domo Io. Baptistæ Sylvestri, dictus Io. Baptista dictam domum contiguam cum Iure petendi congruū à d. Io. Nicolao vendidit Thomæ de Cecio, & Paulæ Rubeæ coniugibus, qui coniuges stante dicta venditione petierunt condemnari d. Io. Nicolaum ad relaxandum Iure cōgrui dictam domum emptam à d. Elisabeth.

Ad obtinendum iuxta eorum petitionē dicunt non posse inficiari competere petitum Ius contra dictum Io. Nicolaum, postquam eisdem coniugibus est vendita domus contingua cum Iure petendi congruum, & hoc vigore constitutionis sancimus Imperatoris Federici, & stante coniunctione domorum, ac etiam dicta venditione cum Iure
1 petendi congruum; congruū.n.est Ius reale cedendū vna cum re, nā sine re occasione cuius debetur congruum non potest cedi, ita dixerunt Baldus in tract. de Iure prothom in 1. & seq col. nu. 6. vers. quæro nunquid Afflict. in eiusdem nominis tract. in princip. num. 43. vers. item quia fol. 31. in paruo tract. quorum doctrinam sequutus Paris. idem dixit cons. 81. nu. 26. vers quæ etiam vol. 3.

Ex parte tamen conuenti replicatur, dictum Ius congruum non competere dictis coniugibus, nam tempore quo per Io. Baptistam eisdem coniugibus fuit vendita domus contingua, nec ipsi Io. Baptistæ competebat, & sic non poterat dare, quod non habebat ad text. in l. nemo plus Iuris ff. de regul. Iuris, quapropter nihil operatur venditio domus contiguæ cum dicta facultate petendi congruum.

Quod nō competebat d. Io. Baptistæ patet, quia ipsemet Io. Baptista tractauit, & procurauit, quod d. Elisabeth venderet domum d. Io. Nicolao, & venditioni fuit præsens, & in actu stipulationis interuenit vt testis, & de pretio recepit partem à d. Elisabeth, & partem a d. Io. Nicolao post perfectā emptionem pro quantitate debita eidem Ioan. Baptistæ per Dominicum de Tuccio filium d. Elisabeth, quapropter videtur consentisse dictæ venditioni, & remisisse dictum Ius congrui, quod ipsi Io. Baptistæ competebat ad tex. in l. sicut §. non videtur vers. sed si subscripserit ff. quibus mod. pign. vel hypot. soluatur, vbi Iurisconsultus dicit, sed si subscripserit forte in tabulis emptionis, consentisse videtur, nisi manifestè appareat deceptum esse, quod obseruari oportet, & sine scriptis consenserit, vt est tex. in l. quidam ex parte ff. de euict. vbi Iurisconsultus dicit, quidam ex parte dimidia hæres institutus vniuersa prædia vendidit, & coheredes pretium acceperunt euictis ijs, quæritur, an cohæredes ex empto actione teneantur, respondi si cohæredes præsentes affuerunt, nec dissenserunt videri vnumquemque partem suam vendidisse, vbi glos. supplet, & pretium acceperunt, & cap. præterea quibus modis feudum amittatur, vbi Imperator dixit, præterea si ille ad quem feudum per successionem Iure obuenire debet consenserit eos inuestiri ad quos secundum rectum morem non pertinet, nullo modo ad eum repetendum regressum habet.

Attamen pro parte actorum dicitur, nunquam per prædicta gesta per d. Io. Baptistam fuisse remissum d. Ius congrui, quod eidem competebat
2 perfecta emptione, nam non sufficit tacitus consensus, sed requiritur expressus. Hinc est, quod si creditore sciente, & patiente debitor pignus vendiderit, non dicitur consentisse, quia sciebat Ius suum durare, probatur hoc per allegat. tex. l. sicut §. non videtur ff. de pignor. vbi Iurisconsult. dicit non videtur consensisse creditor, si sciente co debitor vendiderit, non ideo passus est venire, quod sciebat vbique pignus sibi durare.

3 Item quia, quando agitur, de actu non comprehenso in actu de quo agitur, sed de alio actu ab extra, non potest induci ex illo actu consensus remissionis ad alium actum, & Ius eo tempore non quæsitum, & eo magis, quia in casu nostro ageretur de Iure futuro, & quærendo, in quo nō dicitur sibi præiudicasse, cum illud Ius non haberet, & similiter, nec consensus præsumitur, ad incognita, & incogitata ad tex in l. qui cum tutoribus §. transactio, & § ei qui vers. iniquum est enim ff. de transact. ignorantia enim non nocet ad text. in l. si a substituto ff. de legibus, vbi Iurisconsultus.

Sed adhuc conuentus persistit in absolutione, dicens prædicta non obstare, nam loquitur in tacito consensu, & Iurisconsultus in d. l. si à substituto
4 loquitur in ignorantia facti, non tamen in ignorantia Iuris, quæ non excusat tot. tit. C. de Iur. & fact. ignorant. quod non est ita in casu de quo agitur, & quanto magis dicatur per actores, quod adhuc non erat quæsitum Ius congrui, & quod propterea consensus non præsumitur ad incognita, & incogitata, tanto magis non est præsumendum cogitasse Ius suum durare, nam dum ignorabat competere Ius congrui, prout ipsemet Io. Baptista fatetur, non est præsumendum tractasse venditionem, ex quo sciebat Ius suum durare.

Nimis enim vrgent tractatus, & inductio facta per d. Io. Baptistam Elisabeth ad vendendum domum sibi contiguam Io. Nicolao, dum volebat alteri vendere, præsentia in actu stipulationis, & interuentus vt testis in contractu, ac receptio partis pretij a d. Elisabeth, & à d. Io. Nicolao post perfectam venditionem quo tempore competebat Ius congrui, & ex prædictis in casu nostro potest adaptari doctrina Neapod. in consuetudine si quis emit de Iure congrui in verb. emit vers. sed bona num. 12. vbi dicit, Pone quod ego habens possessionem coniunctam possessioni tuæ dedi tibi potestatem

testatem, & auctoritatem, dictam possessionem vendendi cui velles, an si postea vendis habeam contra emptorê Ius congrui, & dicit videri quod sic, quia non dum competebat Ius congrui, ergo ei renunciari nô poterit, allegat multa Iura ad hoc, & quia cum emptore nihil contraxit, ergo nô potest côtra ipsum excipere, quia res inter alios acta sed tamen concludit, quod in contrarium est veritas. Idem etiam dixit Afflict. in const. sancimus nu. 41. vers. subsequenter fol. 30. in tract. paruo, & maximè, quia in casu nostro concurrit non solum permissio ex qua inducitur pactum, sed omnia superius annotata, quae magis operantur, quasi interuenisset pactum expressum.

Haec adducebantur pro, & contra in praesenti articulo, seri ipse sequutus fui opinionem illã, quod talis non sibi praeiudicauit, & consequenter posse peti Ius congrui.

Ioannis Mariae Nouarij I. C Lucani in eodem articulo

VOTVM.

PRaesupponitur in facto, quod empta quadam domo sita in Terra Insulae Ducis Sorae per Ioannem Nicolaum Côpagnonum ab Elisabeth de Tuccio contigua cum domo Ioannis Baptistae Syluestri, dictus Ioannes Baptista ipsam domum contiguam cum Iure percendi congruum à praefato Ioanne Nicolao vendidit Thomae de Cecio, & Paulae Rubeae coniugibus, qui coniuges stante tali venditione peticrunt condemnari relatum Ioannem Nicolaum ad relaxandum Iure congrui dictam domum emptam à supradicta Elisabeth, quare requisitus de voto dico, iustitiam causae esse in fauorem dictorum Thomae, & Paulae Rubeae coniugum, qui omninò possunt petere dictum Ius congruum, vigore constitutionis Regni sancimus de Iure Prothomiseos, non obstante, quod dictus Ioannes Baptista tractauit, & procurauit, vt ipsa Elisabeth venderet domũ d. Ioanni Nicolao, & venditioni fuit praesens, & in actu stipulationis interuenit vt testis, primo ex dispositione tex. in l. Caius ff. de pignor. act. vbi creditor subscribens se testamento non praeiudicat Iuribus sibi spectantibus super re legata, & enuntiationi in testamento factae consensisse non videtur, secundo l. Titia §. Lucia ff. de leg. 2. vbi fideicommissarius adhibitus diuisioni vti testis nô praeiudicat Iuri suo, & qui tenet in odiosis non dicitur fateri, etiam si non contradicat Surd. decis. 302. num. 3. vbi quod in praeiudicialibus praesens, & tacens non videtur consentire l. sicut §. non videtur ff. quibus mod. pign. vel hipot. solu dict. l. Caius ff. de pignor. act. l. procurator ff. rem. rat. hab. l. qui vas ff. de furt. l. filiusfamil. §. inuitus ff. de procurat. glos. Dyn. & alij in l. is qui tacet de regul. iur. in 6. Bart. l. quae dotis numero 21. vbi Ias. numero 97. ff. sol. matrim. praecipuè quando agitur de praeiudicio, vt in casu nostro, tunc enim habetur pro contradicente, secundum Ias. ibi num. 104. Ioann. de Amic. in cons. 76. nu. 8. vbi dicit, hanc esse regulam Paris. cons. 93 num. 45. vol. 1. Bero. cons. 190. nu. 30. vol. 1. Bellon. cons 9. nu. 4. Socc. Iun. cons. 46. nu. 1. vol. 2. Ceph. cons. 435. nu. 29. Natt. cons. 131. num. 1. 3. & 4. Rimin. cons. 8. num. 10. odiosa enim semper debent restringi cap. odia de regul. iur. in 6. Ego ipse de elect. & variat. for. quaest. 5. nu. 5. sect. 2. qua de causa meritò Senat. Pedam. iudicauit in caus. Centent. Giugiae contra Francos, quod non censeatur remissum pignus, & praeiudicatũ non sit hypotecae ex receptione instrumenti facta per me ipsũ de re tibi hipotecata, vt testatur Thesaur. in lib. 3. quaest. Forens. quaest. 31. & cum eadem opinione facit generalis regula, quã latè exornat Gabr. lib. 3. com. conclus. in tit. de rerum alienat. conclus. 3. quod administrator rerum alienarum consentiens alienationi de re propria sibi non praeiudicat l. cum quidam C. de administ. tut. & ibi notat. Bart. & Bald. in summario idem probat text. in l. aduers. §. tutoribus ff. de inoff. test. vbi Bart. & Alber. in summario, subdens nu. 1. idem esse si quis se subscribat vt testis contractui de re sua facto l. mutuae C. si cer. pet. l. si pater C. de fideiuss. gl. sfin. in l. nimia C. de act. & obligat. Bald. in l. Titio §. Lucia vers. tamen circa hunc materiam ff. de leg. 2. amplians procedere, ne dum si se subscripserit vt testis, sed etiam si adhibitus fit vt testis instrumentarius, vt etiam voluit glos. fin. in l. sicut §. non videtur ff. quib. mod. pign. vel hipot. solu. glos. 2. vers. sed quaeritur in cap. ex literis de transact.

Non obstat text. in l. Lucius ff. quib. mod. pign. vel hipot. soluatur, vbi sola praesentia afficit creditores, vt remissum pignus videatur ex illis, constitutione in dotem, nam respôdetur, quod ibi vxor non solum fuit praesens alienationi, quae fuit facta à marito de praedio sibi hypotecato, sed ipsa vna cum viro vendidit, ponderando verba illa (cum vxore sua) ideo nô mirum si quoad rei prosequutionem sibi iudicauit, teste eodem Thesaur. in dict. quaest. 31.

Nec obstat tex. in l. sicut §. non videbitur ff. eod. tit. vbi subscribens se tabulis emptionis sibi praeiudicat, ob consensum praesumptum, nam respondetur, illum textum loqui de eo, qui subscripsit expressè consentiendo obligationi, nô autem vti testis simpliciter, qui si vti testis subscripsisset, vel fuisset nominatus, non noceret subscriptio, vel praesentia, vt tenet glos. ibi super verbo manifestè, sola enim praesentia non sufficit ad inducendam restitutionem, vt dicit textus ibi expressè, & aduertit Thesaur. in d. q. 31. sub nu. 4.

Minus pariter obstat tex. in l. Titius §. fin. ff. eod. tit. vbi subscribens instrumento in quo obligatur fundus alteri sibi in pignore praeiudicat, nam respondeo, illum procedere, & loqui in eo, qui sciens subscripsit, ad effectum confirmationis, non autem vt esset simpliciter testis in instrumento, & ibi dicebatur expressè fundum nulli alij esse obligatum cui assertioni, cum se creditor subscripsisset, res erat clara renunciasse Iuri suo, cui posse renunciari latè nos ostendimus in praxi electionis, & variat. for. q. 7. sect. 3.

Ex quibus omnibus meum firmo votum, praedictos Thomam, & Paulam coniuges esse omninò admittendos ad praefatum beneficiũ Iuris congrui, & sic de Iure procedere assero.

VM.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Gregorij Decimiquarti de immunitate Ecclefia non habet locum in delinquente in Cortile Ecclefia.*
2 *Infultatus in Oftio Ecclefiæ, non dicitur in Ecclefia infultaffe.*
3 *Statutum puniens infultantem domi, non comprahendit eum qui infultauit in oftio domus.*
4 *In pœnalibus facienda eft ftricta interpretatio.*
5 *In odiofis cafus mixtus non continetur fub fimplicibus.*

Bulla Gregorij X I V. difponens, delinquentem in Ecclefia non debere gaudere eius immunitate, an procedat in delinquente in Cortile Ecclefiæ.

DECISIO CCL.

1 FVit decifum in Curia Archiepifcopali, talem
Bullam non procedere in delinquente in cor
tile Ecclefiæ, & moti fuimus, quia verba
Conftitutionis funt verè, & propriè intelligen-
da, cum fint pœnalia, & odiofa cap. odia de reg.
iur. in 6. l. cum quidam ff. de liber. & pofth. cũ fi-
milib. notatis cõmuniter per omnes in l. 1. §. is qui
nauẽ ff. de exercit. act. vnde ille, qui eft in oftio
2 Ecclefiæ infultatus in materia pœnali, & odiofa
non dicitur in Ecclefia infultaffe, quoniam licet
oftium fit de Ecclefia, non tamen eft in Ecclefia
3 tex. in l. 1. §. in publico flumine ff. de fluminibus.
Hinc eft, quod ftatutum puniens infultantem do-
mi, non comprahendit illum, qui infultauit in
atrio domus, dixit Bart. Alexan. & comm. DD. in
l. cætera §. hoc Senatus ff de leg. 1. Bald. in l. Gallus
§. ille cafus in vlt. col. ff. de lib. & pofth. & in l. data
opera col. 8. verf. quintum prædicamentum C. qui
accufare non poffunt. & Alexan. in l. plerique poft
eumdem Bart. ff. de in Ius vocand. & ibi Iaf. item
4 facit quod fumus in pęnalibus, in quibus facienda
eft ftricta interpretatio cap. odia de regul. Iuris in
6. & pro eadem opinione confideratur, quia ille,
qui eft in cortile Ecclefiæ non eft in Ecclefia, nec
extra Ecclefiam, fed partim extra, partim intus,
vt dixit glo. fing. in c. cum fãcta in verf. vir ego de
5 pœnit. dift. 2. & in odiofis, & pœnalibus cafus mi-
xtus non continetur fub fimplicibus Bart. & alij
in l. 2. ff. de verb. obligat. Berous conf. 177. num. 22.
lib. 3. & maximè, cum dicta conftitutio vtatur ver
bo (in) quod denotat intra, & comprahendit lo-
cum interiorem, & non exteriorem domus, vel
Ecclefiæ, fecundum Bart. in d. l. Gallus §. ille cafus
ff. de lib. & pofth. Salicet. in l. fi quis in hoc genus
C. de Epifcop. & cler. Bero. in conf. 177. vol. 3.
per totum, qui latiffimè hanc conclufionem fir-
mat, & Vincent. de Franch. decif. 402.

Ioannis Mariæ Nouarij I. C. Lucani fuper relato articulo

IN IVRE DISCVRSVS.

REuerendiffime Domine, Confugium ad Ecclefias delinquentibus, & facinorofis hominibus Pontificium Ius probauit, & contrafacientibus facrilegi imputari apparet ex cap. ficut antiquitus. c. reum, cap. frater, c. miror, cap quifquis, & c. fiquis 17. quæft. 4. c. reos 23. quæft. 5. cap. inter alia de immunit. Ecclef. idem cautum eft de iure ciuili in l. 2. & l. præfenti C. de his qui ad Ecclef. confug. & fic fuit prouifum de Iure Regni in cap. item ftatuimus, quod Ecclefiæ in toto Regno, & nouiffimè eft videnda Bulla Felicis Recordationis Papæ Gregorij X I V.

Hoc autem ad Ecclefias confugium ceffat in delinquente in Ecclefia, non enim talis facinorofus gaudebit illius immunitate, iuxta Bullam fuperius relatam & textum in cap. fin. de immunit. Ecclef. vbi Collect. dicit, non folũ procedere quoad delicta in illo tex. enumerata, fed in quolibet delicto Boer. decif. 109 fub num. 3. Guid. Pap. in decif. 12. Couar. variar. refolut. lib. 2. cap. 20. nu. 15. Mill. in praxi crim. §. hoc exacto num. 21. Clar. in pract. crim. quæft. 30. latè Guttierez lib. 3. pract. quæft. cap. 1.

Imó quod delinquens in cortile Ecclefiæ pariter fit exclufus ab hac immunitate, videtur refpondendum, cum fiat ad remouendam iniuriam Ecclefiæ, & reuerentiam ei exhibendam, iniuria autem dicitur Ecclefiæ fieri, vt patet etiam fi fiat in eius atrio, vel porticu, vel circumcirca per quadraginta paffus cap. ficut antiquitus cap. ficut in atrio cap. quifquis 17. quæft. 4. cap. nulla, & ibi glo. 12. quæft. 1. cui fuffragatur doctrina Bar. in l. meminiffe ff. de offic. procon. vbi concludit, quod ftatutum puniens aggredientem aliquem in domo, comprahendit aggredientem in oftio, vel ante oftium, vel in porticu domus Specul. de iniur. §. 1. verf. pone ftatuto, & videtur fenere Ioan. Andr. in addit. ad Specul. de immunit. Ecclef. in finalibus verbis, refert, & fequitur Genuenf. in fuis practicabil. Ecclefiaft. q. 479. Tricenario 16. fub num. 3. in fine, fubdens fibi placere hanc opinionem, quia tale ftatutum fundatur fuper reuerentia debita Ecclefiæ cap. decet de immunit. Ecclef. in 6. & in maleficijs puniendis, quia continet ftatuta odium rationabile concernẽs fauorem publicum, & fit extenfio de fimilibus ad fimilia text. eft notabilis in cap. 1. §. porrò; quæ fit prima cauf. benefic. amittendi, & ibi dicit Bald. non effe meliorem textũ in Iure, quod in pœnalibus ftatutis, & confuetudinibus proceditur de fimilibus ad fimilia fequitur Salicet. in l. 3. C. de noxalib. Angel. in §. Ius autẽ ciuile inft. de iure natural. vbi dicit fecus effe, quando pœna continet odium irrationabile pulchrè Rochus de Curte in cap. fin de confuet. conclu f. 1. limitat. 7. vbi agit de extenfione confuetudinis.

Vnde D. Riccius in fua praxi refolut. 4. tom. 2.

firma-

firmauit opinionē, respondēdo in factico̅tingētia constitutionem præfatā Gregorij XIV. disponentem, vt delinquens in Ecclesia nō debeat gaudere eius immunitate, procedere in delinquēte in ostio Ecclesiæ, quia appellatione domus co̅tinetur ostiū, & alia omnia, quæ ædibus affixa sunt l. si aquæductum ff. de cont. empt. maximè quando insultatus est intra clausuram ostij, secundum Bart. in l. 1. §. hoc interdictum ff de cloacis, quem omnes Doctores sequuntur, vt dixit Berous conf. 177. nu. 20. vol. 3. & ad supradicta dicit facere, quod insultatus in cœmiterio ipsius Ecclesiæ iudicatur ad instar Ecclesiæ, quia est locus sacer ad text. in d. cap. decet §. ad hoc de immunit. Ecclesiæ lib. 6. & sic co̅mittitur sacrilegium in Ecclesia, quemadmodum in cœmiterio c. quisquis 17. q. 4. & interdicta Ecclesia dicitur interdictum cœmiterium cap. si ciuitas de sentent. excom. in 6. Abb. in cap. cum Ecclesia de immunitat. Eccles. & polluta Ecclesia dicitur pollutum cœmiterium, quia cœmiterium est de Ecclesia cap. 1. de consecrat. Eccles. de Franchis multa ad hoc deduceš decis. 402. nu. 3. & faciunt notata per Farinac. in tit. de carceribus, & carcerat. q. 26. num. 61. Remig. de immun. Eccles. ampliat. 8. in tract. in nouis vol. 13. part. 1. fol. 92. quasi quod connexorum idem sit iudicium cap. translato de constitutionibus cap. præterea, & ibi glos. de off. delegati l. 2. de iurisd. om. iudic. & iuxta latissimè tradita per me in prax. decis. & variat. for. q. 45. sect. 1.

Contrariam autem sententiam defendere possumus ex eo, quod verba constitutionis sunt vere, & propriè intelligenda, cum sint pœnalia, & odiosa iuxta notata per DD. communiter in l. is, qui nauem ff. exercit. act. & iuxta mentem text. in cap. odia, & in cap. in pœnis de reg. iur. in 6. l. cum quidam ff. de liber. & posthum. vnde cum constitutio præfata loquatur de occidente in Ecclesia, sic debet intelligi, quoniam sumus in materia pœnali, & nullatenus debet fieri extensio in occidente in ipsius Ecclesiæ cortile, enim licet ipsum cortile sit de Ecclesia, non tamen est in Ecclesia l. 1. §. in publico fundo ff. de fluminibus, quia ille qui est in cortile Ecclesiæ non est in Ecclesia, nec extra Ecclesiam, sed partim extra, partim intus at gument. glos. singularis in cap. cum sancta. in vers. vir ego de pœnitent. dist. 2. & secundum Bart. & alios in l. 2. ff. de verb. obligationibus, in pœnalibus, prout in casu nostro casus mixtus non continetur sub simplicibus sequitur Bero. in conf. 177. num. 27. lib. 3. maximè cum constitutio vtatur dictione (in) quæ dictio de sui natura iniuncta ablatiuo significat intra Bart. in l. Gallus §. ille casus ff. de liber. & posthum. per tex. in d. l. 1. §. in publico flumine ff. de flum. vbi flumen dicitur locus, per quem aqua decurrit, qui ripis continetur, & tamen nō dicitur fieri in flumine, quod fit in Ripis, sed quod fit in aqua, & in alueo fluminis, late Cened. de nat. profesit. sing. 17. nu. 2. sic cum Ecclesia dicatur locus sacer ambitu murorum circundatus, vt dicit Bald. in rub. C. de Sacros. Eccles. parietes quibus circundatur in pœnalibus comprehendi non debent arg. citat. tex. in l. 1.

Præterea corroboratur hæc secunda opinio ex eo quod verba co̅stitutionis sunt stricte intelligenda ad tradita per Bald. in conf. 123. vol. 2. latè Doctores omnes in l. de quib. vbi præsertim idem Bald. a num. 13. vsque ad 20. ff. de legib. Dominus Ricc. in sua praxi resolut. 25. tom. 2. vbi marito firmat, Bullam Clementis VIII. prohibentem regularibus largitionem locum sibi non vendicare in dantibus eleemosynam, qua de causa idē Auct. in resolutione seq. & sic 26. scribit expoliantem armis confugientes ad Ecclesiam non incidere in Bullam Gregorij XIV. Bulla enim debet sortiri effectum quoad ea solum, quæ in illa exprimuntur l. cum auus C. de emancipat. liber. nec nullatenus debent eius verba alterari l. humani C. de legibus. Imò postquam venissent cum ibi latissimè cumulatis de iudicijs, imò ad vnguem seruanda cap. porrò de priuilegijs, cum tenor Bullæ det legē ipsi Bullæ Bal. notabiliter in cap. 1. col. 7. in tit. an agnat. Abb. & reliqui in cap. venerabilem qui filij sint legitimi Curt. Sen. conf. 48. vnde cum præfata Bulla loquatur tantum de occidente in Ecclesia, non est annuendum sic pariter procedere in occidente in cortile Ecclesiæ, eò magis, quia hæc opinio sapit æquitatem, quæ debet semper rigori præferri, decet enim potius esse pium quam rigidum, & seuerum, præsertim pro conseruatione Ecclesiasticæ immunitatis, quam semper defendere debemus.

Item facit, nam quod attinet ad locum delicti constitutio excipit, tantummodo homicidium commissum in Ecclesia, vel cœmiterio, ideo non est extendenda exceptio ad commissum extra Ecclesiam, & sic in cortile, licet prope eam per regulam, quod certo loco permissum in alio loco prohibitum censetur, & è contra l. cum lex ff. de leg. l. cum prætor ff. de iudicijs, & generaliter frustra hic tractandum de extensione huius constitutionis ad alios casus, cum in ea adsit clausula sublati, quæ omnem prorsus extraneam extensionem excludit Decius conf. 61. nu. 2. Put. decis. 50. num. 5. lib. 1.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

SVMMARIVM.

1 *Non obuians delicto non punitur, licet peccet grauissimè, vt nu. 2. & quomodo procedat nu. 3.*
4 *Ministri Iustitiæ tenentur defendere insultatos.*
5 *Parochus tenetur obuiare damnis, quod amplia num. 6.*

Non obuians delicto, an sit puniendus.

DECISIO CCLI.

1 FVit dictum in Curia Archiepiscopali, null pœnæ esse locum, quia omnis qui recusat defendere alium si potest tantum peccat grauissimè in foro exteriori iuxta tex. in cap. quanta de sentent excommunicat. vbi glosa secunda id notat, idem probat text. in cap. dilecto ad fin. eod. tit. lib. 6. & in cap. non inferenda, & in cap. fin. quæst. 3. & in cap. negligere 2. q. 7. docet Anton. & alij communiter in dicto capite quanta Iason in

Lvim

iuim vi nu. 31. ff de ist. & iur. qui addit, prædicta iura procedere quoad forum pœnitentiæ, & conscientiæ, & non quoad forum exterius, idem docet Nauarr. in cap. 23. nu. 20. & probat tex. in l. metū §. sed licet ff. quod met. causa in regul. culpa caret 50. ff. de regul. iur.

Ex quo infert idem Ias supra post Bald. ibi, quod si scio à Titio velle occidi Sempronium, & se præparauisse ad hoc, & ipsum Sempronium de hoc certiorem facio bene me facere, si tamen non certificaui, nō ideo me teneri, quia, inquit, speciale est in scientiæ tractatum contra Ciuitatē, vel Principem, si non reuelat, quod teneatur l. vtrum ff. ad l. Pompeiam de parricid. & l. si sciente eodem titulo, in alijs ergo secus, vel nisi sit seruus, aut filius, aut subditus, seu vassallus, vel nisi sit laicus, & videat clericum insultatum, vbi per eum, de quo vltimo vide etiam Nauarr. idem tradentem cap. 27. nu. 78. & cap. 24. nu. 21. facit l. si pater §. 1. ff. de donat. vbi licet recipere mercedem ob defensionem factam, ergo gratis ad id non tenebatur ex glos. l. 4. verb. repet. ff. de cond. ob turp. cau.

Adde prædictis casibus, etiam alium, scilicet, quādo quis dolosè omiserit defendere secundum Fely. in d. cap. quanta ad finem, vide eumdem in cap. 2. de heret. & Nauar. in d. cap. 24. nu. 21.

Quæ quidem casus, & limitationes pro foro exteriori intelliguntur, ac loquuntur in priuatis personis. Nam publici, & ministri Iustitiæ, ne dum
4 in foro exteriori, sed etiam interiori tenentur ex officio defendere insultatos, atque alios quoscunq. ne iniurias, aut damna vlla patiantur vt docet Nauarr in dicto capit. 24. nu. 20. & cap. 27. num. 78. dicens commune, & Couar. in reg. peccatum 2. par. §. 3 nu. 4. & 5.

5 Non omittam & alium casum superius memoratū, annectere, vide licet nisi sit filius spiritualis, vt est Parochianus, quoad suum Episcopum, & Parochum, hic enim tenetur etiam in vtroque foro defendere præfatos secundum Abb. in cap. 1. nu. 9. de restit. spoliat. per text. in cap. omnes cum sequenti 30. quæst. 1. & clemen. 1. vers. Episcopi de pœnis. & cap. qui abstulerit 12. q. 2. idem dic in baptizato, & confirmato quoad suos patros, & in scolari quoad suum magistrum.

6 Obserua omnia superius dicta, ne dum procedere quoad aggressionem, seu insultationem per aliquos in alios factam, sed etiam quoad maleficia fienda, vnde priuatus sciens maleficium patrari contra aliquem, non tenetur reuelare, seu illum admonere in foro exteriori, bene tamen in foro conscientiæ, in quo quis ex sola scientia tenetur, ex quo poterat impedire delictum proximo inferendum, & non impedit per tex. in d. cap. dilecto, & in cap qui potest 23. q. 3. & in cap. 1. & in c. error 83. dist.

SVMMARIVM.

1 *Alumni, & conuictores qui dicantur.*
2 *Nouitij recedentes a Religione, an teneantur ad expensas.*
3 *Alumni Seminarij recedentes ab eo non tenentur soluere expensas.*

An Episcopus repetere possit expensas à pueris Seminarij recedentibus ab ipso.

DECISIO CCLII.

Loquor de pueris alumnis, quibus gratis erogantur expensæ ab ipso Seminario, non au-
1 tem de conuictoribus, qui se alimentantur de proprijs bonis, & dominipro na consideratione inclinabam pro repetitione expensarum, & decidebam quæstionē ex regula nouitiorum, asserendo quod quando nouitius recta perseuerandi intentione ingressus est, & ministeria ipsius non sūt æquiualentia expensis, ac postea mutato animo exijt, tenetur ad expensas per cap. delapsis 16. q. 6. & cap. si quis rapuerit 7. q. 1. vbi dicitur in probatione existentes non debere esse onerosos Monasterio, sed hæc Iura nil probant, nam vt benè ait Anchar. in c. beneficium num. 1. notab. fin. de
2 regul. iur. in 6. ea Iura non loquuntur de nouitijs, qui in Religione sunt ad experiēdū an is status ipsis conueniat, sed de Regularibus, qui in aliud Monasterium causa pœnitentiæ agendæ ob delicta detrusi sunt: quare concludit veros nouitios, vel non teneri ad huiusmodi expensas, vel saltem ad dimidiam solum expensarum partem teneri, & in hanc partem posteriorem magis inclinat, licet cogitandum relinquat, dicitque, quod ea probatio, & Monasterij, & ipsius nouitij fauorem respiciat c. ad Apostolicam de regular. ac proinde exiens ad solam dimidiam expensarum partem ipsius nouitij fauori correspondentem astringeretur, & refert pro se Ioanne Andr. eod. cap. beneficium in fine, qui quidem hanc sententiam innuit, licet non expresse eam dicat, solum enim ait eos, textus loqui de inclusis propter culpam, probationem autem nouitiorum esse in vtriusque fauorem.

Cæterum dicēdum est, nullatenus teneri ad expensas, ducor, quia liberè ad sæculum redire potest, vt est notū, at non posse libere, si ad expensas teneretur; sæpè enim retineri posset, quod expensas soluendo nō esset, eo quod Monasterium eum alere teneatur, & ipse quoque Monasterio inseruire, & per accidens est, si ratione morbi, aut alia causa non inseruiat, aut expensæ mercedem laboris excedant, nam si labor excederet expensas, non haberet Ius nouitius mercedis excessus exigendi, & ideo hanc partem sustinet Dominicus cap. 2. nu. 5. & cap. beneficium fin. de regular. in 6. Francus cap. 1. in princ. nu. 2. notab. 3. & cap. beneficiū fin. eod. tit. & lib. Barbatius cap. in præsentia num. 58. de probat. Ananias cap. statuimus fin. de regular. Nicol. de Vbald. de success. ab intestato, vbi de success. regular. 2. par. n. 10. in fin. habetur 8. to. tract. par. 1. Guillelm. Redou. de spolijs ecclesiast. q. 8. in princ. num. 7. habetur to. 14. tract. Lælius Zechius de rep. ecclesiastica tit. de regular. cap. 3. nu. 10. Rosella verbo nouitius num. 11. Syluester verbo religio 5. q. 8. Anton. Cuc. lib. 3. instit. maior tit. 1. nu. 81. Manuel. quæst. regul. to. 3. q. 15. art. vlt. §. circa eandem const. Azor. lib. 12. moral. cap. 3. q. 6. Emanuel Sà sum. verb. relig. nu. 8.

3 Quare sicuti Nouitij non tenentur soluere expensas, ita pariter, & pueri Seminarij, pro quibus

com-

communi voto fuit decisum in Curia Archiepiscopali.

SVMMARIVM.

1 *Testes post publicationem in causa admittuntur ad instantiam Fisci, vel vbi essent primo nulliter recepti nu. 4.*
2 *Veritas occultari non debet.*
Contra Fiscum non concluditur ibid.
3 *Testes regulariter non admittuntur post publicationem.*

An post publicationem in causa factam validè testes ad instantiam Fisci examinentur; ad intellectum cap. fraternitatis de testibus.

DECISIO CCLIII.

1 PLuries nostra Curia Archiepiscopalis admisit testium examen factum post publicationem ad instantiam Fisci, ex Thesaur. in decis. 162. quia non est bonum, vt veritas in criminalibus oc-
2 cultetur, & contra fauorem publicum amittatur quandocunque procedatur, ne delicta remaneant impunita, vltra quod contra Fiscum non concluditur, vt per Capyc. in decis. 81. vbi Nos in addit.
3 licet regulariter testes nequeant recipi super eisdem capitulis, publicatis attestationibus, cap. fra-
4 ternitatis de testibus; Declara tamẽ posse testes admicti non obstante publicatione in causa facta, quoties nulliter antea fuissent ipsi testes recepti, ad quod latius est videndus Farinac. de testibus q. 66. par. 8. nu. 303. cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Clerici vigore Edicti Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ prohibentur receptare Bannitos sub pœna suspensionis, etiam si essent consanguinei nu. 4.*
2 *Consanguinei receptantes Bannitos eorum coniunctos excusantur.*
3 *Compater receptans Bannitum compatrem excusatur, sic etiam dicitur de Amico.*

Edictum Curiæ Archiepiscopalis prohibens receptationem Bannitorum, & debitorum non habentium in Aere, vulgo *falliti* an procedat in receptante patruum.

DECISIO CCLIV.

1 CAuetur Edicto nostræ Curiæ, quod receptantes Bannitos, seu Foriudicatos, vel debitores non habentes in ære incurrunt suspensionem, quare cum quidam clericus receptasset eius patruum Bannitum; fuit dubitatum si incurrisset talem pœnam, & pro parte negatiua considerabatur illa DD. opinio firmatium, consangui-
2 neos receptantes Bannitos excusari, vt latè scribit Bertazoll. in cons. crim. 493. fauore enim sanguinis multa permittuntur, quæ alias essent prohibita Laurent. in decis. Rot. Auen. 1. num. 4 imò non solum consanguinei carnales excusantur a receptione, sed etiam spirituales, prout sunt compatres, commatres, & filioli, ex traditis per Tiraq. de pœnis temperand. causa 21. imò amicos maxima amicitia coniunctos excusari posse mihi suadeo.

His tamen non obstantibus contrarium iudicauit Curia Archiepiscopalis, quæ habuit pro vero clericum illum, qui patruum Bannitum receptauerat, fuisse suspensum, iuxta edictum ab ea emanatum.

SVMMARIVM.

1 *Fructus intelliguntur, deductis sumptibus.*
2 *Concilium Trident. considerauit sufficientiam in beneficiis.*
3 *Fructus dicuntur, deductis expensis, & vid. nu. 4.*
5 *Quando quis ratione fructuum perceptorum tenetur soluere collectas, hoc procedit deductis oneribus, & expensis.*
6 *Vassallus qualiter teneatur ad seruitium, ratione feudi.*

An dispositio Concilij Trid. c. 17. sess. 24. prohibens beneficiorum pluralitatem, locum habeat, vbi deductis sumptibus, & oneribus parum, aut nihil remaner.

DECISIO CCLV.

STatutum fuit per Sacrum Conc. Trident. vt vnum tantum beneficium in posterum singulis conferatur, qualiscunque sit ille, quod quidem si ad vitam eius cui confertur, honestè sustentandā non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo vtrunque personalem residentiam non requirat eidem conferre Nauarr. cons. 25. nu. 125.

Et propterea fuit dictum in Curia Archiepiscopali, quod si deductis sumptibus, & oneribus
1 parū remaneret, beneficiatus posset eo casu talia beneficia obtinere, quia Concilium loquens de secundo beneficio, mentionem facit de sufficientia, & ideo videtur posse tolerari pluralitatem beneficiorum, propter tenuitatem ipsorum, prout in in capit. eam te de ætate, & qualitate, & ibi glos. in verb. tenues, & Nauar. loc. cit. dicit, Concilium tacitè approbare dictam glos. & ideo solet dici, qd obtinens tria insufficientia, non dicitur sufficienter beneficiatus decis. Rotæ 455. quæ incipit si legatus in nouis Gom. de expect. nu. 62. & hoc comprobatur ex Declarat. Sac. Cōgregat. vbi dicit, habens beneficium simplex sufficiens ad eius victū, si adipiscat pacificā possessionem Parochialis Ec-
2 clesiæ sibi legitimè collatæ vacat beneficium simplex, ex quo infertur, quod si non erat sufficiens non vacat, nec dici posset quis obtinere plura beneficia, contra mentem Concilij si ex dictis bene-

ficijs

3 ficijs,deductis oneribus parũ remaneret beneficia to,ex eo,quod fructus dicuntur deductis sumptibus, vt probatur in l. mulier bona ff de iure dot. ibi sed nõ plus esse in possessione bonorum,quam quod superest deducto ære alieno, & text.in l.2.§. illud ff.de collat.bonorum,ibi, illud autem intelligendum est, filium in bonis habere quod deducto ære superest.vbi glos.in verb.(ære)all gat concordantes tex.in l.non possunt ff.de iur.Fisci, ibi non possunt vlla bona ad Fiscum pertinere, nisi quæ creditoribus superfutura sunt id enim bonorum cuiusque esse intelligitur,quod æri alieno superest l.subsignatum §. 1.ff. de verborum significat, vbi bona intelliguntur in omni dispositione, quæ deducto ære alieno supersunt l.ea demum C.de collat.ibi, quæ in bonis eorum fuerunt,& ibi exceptis videlicet quæ ab ipsis alijs debentur l. si vniuersæ C.de lega.l.venisse de verborum significatione,lege proprie la seconda ff eod.l. non amplius §. primo ff.de leg. primo,& tex in l.fructus ff solut. matrimo.Bal.in l.1.nu.6.vers. pone impetratur á Papa C.de fruct.& lit.expens. & ibi Addictio,& in l.
4 sed si hoc §.quid si in fin. ff. de condit. & demonst. vbi dicit, quod fructus,& redditus tãtum extimari debent, quãtum valent deductis oneribus Ruin. conf.62 nu 5.& 6.cum sequente vol.1. Caual.decis.37. sub nu.89. & decis. 22. in secunda parte,& decis.27.nu.14.cũ sequente parte 3.Guttier.pract. quæst.canon.quæst.1.nu,126.cũ sequente Cæphal. conf.181.vol.1.Rimin. Iun.conf.716.nu.45.vol.6.
5 & ideo qñ quis ratione fructuũ perceptorũ tenetur soluere collectas, & tributa,intelligi debet deductis oneribus, & impensis Bald. Ang. Cum. & cæteri in l.non amplius ff. de leg. 1. Angel.in l.Ciuitatibus eod titulo. Afflict.decis.252. sub nu 5.& ibidem Vrsill. num. 7.8. & 9. Tiraqu.de primog. quæst.74.nu 9.in fin.Bellenc.in tractat.de charitatiu.subsid.quæst.37.volum. 15.tract.to. 2.Calcan. in conf.120 nu. 1.cum seq. vbi reddit rationem, quia bona, & redditus dicuntur deductis debitis oneribus,& ære alieno And.in §.claustrorum col. penult.quæ sint regal. Afflict. & Vrsill. in d.decis.
6 252.glos.& Andr.in constit. consuetudinem in si, vbi vassallus non tenetur ad integrum seruitium ratione feudi, nisi pro rata, & ea parte,qua feudi commoditatem percipit, & sic pro eo, quod ipse percipit,& non credentes Tiraq.d.nu.9.in fine, quæ quidem locum habere videbantur etiam in debito Fiscali, quia debetur deducto ære alieno Bald. in l. prima vers. malo accidit C. de fruct. & lit.expens. Doct.omnes in dicta lege fruct.ff.solut.matrim. vbi in specie Barbos.num. 14.Capyc. decis.20. nu.7. cum sequent. vbi plures allegat,& firmat Surd.de aliment.q.12.nu.13.& 28.fol.35 1. Tiraquell.de retract. Lignag.§.1.glos.1.nu.7.12. & sequente Viuiu.decis.4.& in comm. opin.opin. 305.Suarez cõm.opin.in verbo fructus n.360. Menoch.de recuper.possess. remed. 15. quæst.40. nu. 574.& sequente Gars.de expens. & melior. cap. 1. num.20.quem sequitur Spin. in specul. testamen. glos.13.nu.40. & in proprijs terminis releuij dixit glos. Parisiens.tit.1.§.39. quam in proprijs terminis allegat Balzar. in capit. 1. §. sed & res per quos fit inuest.sub n.17.col.3.circa fin. & optime Dec. in conf.156.nu.4. vbi si solui debeat medietas fructuum, & redditus alicuius anni,intelligitur de illis, qui in effectu apud Barones remanent solutis oneribus, & post eum Sim de Petr. conf. 151. nu.42.& 43.Afflict d.decis.252.sub num 5.vsque ad fin.Personal in tractat.de adipisc. possess. num. 669.fol. mihi 403. Cæphal.conf 290 nu. 16.vol.2. Addit ad Bertach.in vers.fructus dicuntur, vbi allegat Lup in rubr.de donat.int. vir.& vxor. col 37. Barbos.in l fructus nu. 10.ff.solut.matrimon.Bez de decim.tut cap.29.nu.1.Mandel.conf.743.nu.3. & 10.col 4. quod procedit etiam in statuto, vt dixit Tiraquel.d.§. 15.nu.7.in fin. Cassan.in consuetud.Burg rub. 4.§.6.& alij ex præallegatis Doct.

SVMMARIVM.

1 *Depositum debet fieri in loco congruo.*
2 *Depositum debet fieri liberè, & purè.*
3 *Interusuria à deposito non debent recipi.*
4 *Depositum debet fieri parte citata.*
5 *Depositum debet esse integrum.*
6 *Depositum non dicitur integrum, si in eo deficiat nummus.*

Contractus non potest iudicari, & dici rescissus,vbi depositum factum,non est integrum.

DECISIO CCLVI.

PLura ad legitimum depositum, & ad eius integritatem requirunt Doctores, primum est, vt loco congruo fiat Afflict.in cap.1.nu-
1 mero 21. ex quibus caus. feud. amitt. Tiraquell. lib. 2. retract. §. 4. glos. 7. numero 11 1. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 232. num. 9. & conf. 756. nu. 12.Rol.conf.37.num. 17. vol. 1. Foller.de cens. glos.vt vides nu.51.Cornaz decis.76. num. 22.26. Carpan.ad stat. Mediol.cap.417. num 613. quam sententiam probat text.in l. si reus par-tus ff.de procur. sed prudens Iudex eum eligere debet, qui facile creditori restituet Menoch. d. num. 9. Caual. decis. 26. numero 3. part. 2. & poterit etiam se ipsum in depositarium nominare l. si fideiussor §.fin.ff.qui satisdar.cogan.vbi clare Fulgos. & cæteri omnes latè Tiraquell. d. §. 4.glos.7.num.1.qui nu.2.eos admonet,vt à deposito abstineant,ne aliquam de se præbeant suspitionem Menoch. casu 232.Carot.de deposito quæst. 5.nu.8.
2 Secundum est, vt purè, & liberè fiat depositum hoc est sine aliqua conditione, & reseruationũ inuolutione Menoch. cas.232.nu.4. conf 460.nu.7. 8.Carot.d.quæst. 5.nu.4.Rot.diuers.decis.71.nu.9 part.2.Aldouin. conf.35. nu.55. conf.37.num.65. conf.38.nu.4.Rim.Iun.conf.666.nu.42. Afin.§.6 cap.31.nu.25.Perus. decis.105. Corbul.tit.ob non solut. can lim.37.num.5. Mozz.tit.de depos. col. de form.depos. num. 20. Turret. conf.8. num. 2. volum. 3. Felician. lib. 4. de censibus cap. 1. numero 3.Foll.glos. instrumento gratiæ numero 50. dixit,& merito Magon.decis. Lucen.31.num. 19. reprobari depositum , quod nimis est cautelatum

Rot.

Rot. Gen. decis. 144. nu. 15. Carot. quæst. 5. n. 4. nisi esset conditio per recipientem implenda Alexan. conf. 26. col. fin. vol. 6. Curt. Iun. conf. 39. col. 3. Carot. nu. 4. Marescot. resolut. 7. nu. 10. Rimin. Iun. conf. 666. nu. 24.

3 Tertium est, vt sit legitimum, nec interusuria ex eo percipiat deponens ad tex. & glos. l. si ventri §. in bonis, vbi Rip. nu. 4. ff. de priuil. credit. l. si hominem §. quoties ff. depos. Castr. in l. fin. C. eo. idem Bald. & alij nouissimè relati per Nouarium in suis quæst. Forensibus quæst. 21. lib. 1.

4 Quartum est, vt parte citata fiat, tradunt Menoch. cas. 9. & cas. 232. numero 3. Carot. quæst. 5. nu. 3. & de oblat. par. 1. q. 101. Felician. de cens. lib. 4. cap. 1. numero 2. Rol. conf. 63. numero 31. vol. 1. Burs. conf. 112. nu. 14. Gabr. tit. de cit. concl. 1. nu. 289. Ludou. decis. Perus. 103. nu. 3. Rim. Iun. conf. 656. nu. 49. Franch. decis. 462. nu. 2. 3. Carp. stat. 417. nu. 60.

5 Quintum, vt sit integrum ex l. acceptam, vbi glos. Salicet. & reliqui C. de vsur. Rip. in l. quod te numero 22. ff. si cert. pet. Rim. Iun. consilio 666. numero 46. Menoch. de arbitr. casu 232. num. 7. Nouarius in suis quæstionibus Forensibus quæst. 23. vbi quod non solum in sorte, sed etiam in decursis redditibus, quia sortem sine prætensis vsuris non tenetur creditor accipere lege 2. C. debit. ven di. pign. imped. non poss. & d. l. acceptã, ibi sortẽ cũ vsuris offeras l. tutor §. Lucius ff. de vsur. Alb. conf. 759. nu. 2. Tiraq. lib. 2. retract. §. 4. glos. 6. nu. 27. §. 5. glos. 4. nu. 6. magis comm. Anch. Iun. lib. 1. quæst. 13. nu. 11. Baez de decim. tut. cap. 28. num. 14. Rol. conf. 27. nu. 17. vol. 2.

Cum ergo in casu de quo agebatur in Curia Archiepiscop. depositum non esset integrum, fuit dictum, contractum ex deposito facto non integrè

6 non dici rescissum, cum si nummus desit in deposito illud non valere, latè firmauimus, supra decis. 246. p. 3.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus nequit impartire licentiam clericis suis asportandi arma, sed limita, vt nu. 7.*
2 *Clerici possunt asportare arma ex dispensatione Summi Pontificis, sic etiam si haberent inimicitias capitales nu. 4.*
3 *Dispensatio facit de prohibito permissum.*
Concessum maiori dicitur prohibitum minori ibid.
5 *Defensio est de Iure Naturæ, & debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
6 *Arma armis repellere licet.*

An stante capitali inimicitia, possit Episcopus impartiri licentiam clerico asportandi arma.

DECISIO CCLVII.

Porrectum fuit Memoriale Illustrissimo Domino nostro ab N. Clerico Neapolitano, vt stante inimicitia capitali, quam habebat cum quodam Assassino, qui vt plurimum minabatur ei mortem, licitum sibi esset portare sub pallio, secreteque quædam arma, videlicet *vna pistola, vna meza spata, & l'armeuto di ferro*, quare cum in Congregatione lectũ fuerit prædictum Memoriale à Reuerendissimo D. Vicario, & meo Domino obseruandissimo D. Abbati Lelio Tassio viro in negotijs agendis, & pertractãdis

1 valdè experto, doctissimoq. & ob eius virtutes multum præclaro dicebatur, quod regulariter Episcopus nequit concedere licentiam clericis asportandi arma, vt in proprijs terminis est doctrina Graff. in decis. aur. part. 2. lib. 3. cap. 6. num. 3, qui alleg. te

2 in argument. text. in l. 1. C. vt vsus armorum lib. 11. vbi tradit, quod arma ex permissione, & licentia Summi Pontificis possunt à clericis deferri, sequitur Graff. in tract. de effectibus clericatus ef-

3 fect. 20. nu. 22. adducens rationem, quia dispensatio Summi Põtificis facit de prohibito permissum ergo videtur hanc facultatem esse prohibitam Episcopis, nam quod maiori est licitum, minori videtur prohibitum.

4 Tamen vbicunque clericus haberet inimicitias capitales licitum ei esset asportare arma absque scandalo, vt ait glos. in cap. 2. in verbo clerici arma vbi Abb. nu. 8. & alij Scribentes de vita, & honest. cleric. Monal. conf. 125. nu. 8. lib. 2. Graff. de effectibus clericat. d. effect. 20. num. 26. vbi refert alios contrarium tenentes, quorum opinionem dicit procedere, vbi non esset inimicitia capitalis, de cuius materia latè Mascard. de probat. conclus. 901. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 110. & Farinacc. in practicam q. 49. & de hoc quidem mirãdum nõ

5 est, cum defensio sit de Iure Naturæ, vt dicit text. in clement. pastoralis de re iudic. & in l. vt vim vbi DD. ff. de iust. & iur. quam defensionem omnes leges, & iura permittunt l. scientia §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil. & defensio debet esse cum mo-

6 deramine inculpatæ tutelæ, videlicet arma armis repellere licet l. 1. §. eum qui versic. arma armis repellere licet ff. de vi, & vi armata, ergo Illustrissi-

7 mum Dominum posse in tali casu licentiam asportandi arma d. clerico potenti præbere fatebamur, sed ex causis sibi benè visis noluit impartiri talem licentiam.

SVMMARIVM.

1 *Clerici ex causa itineris possunt arma asportare, sed declara, vt nu. 2.*
3 *Arma clericorum debent esse lacrimæ, & orationes.*

Edictum Curiæ Archiepiscopalis circa prohibitionem delationis armorum, an comprænendat clericos illa asportantes in itinere.

DECISIO CCLVIII.

Fuit captus D. Paulinus de Honofrio, dũ quõdam Casale Ciuitatis Nolæ versus iter arripiebat, ex eo, quia asportabat quædam ensem, verum ductus ante præsentiam Reuerendissimi

dissimi D. Vicarij fuit deinde dimissus, cum fuerit probatum, illam asportare ex causa itineris quo casu licitum esse clericis asportare arma pro eorum defensione, præcipuè si essent transituri per loca periculosa, vt fuit per eum probatum, tradunt Socc. regul. 30. limit. 6. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 393. nu. 58. Decian. in tract. crim. part. 2. lib. 8. c. 2. nu. 2. Fusc. singul. 119. Conrad. in Têplo Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 3. nu. 4. latè Farinacc. q. 108. nu. 110. Graff. alios cumulans de effectibus clericatus effect. 20. nu. 23. vbi licet referat aliquos cōtrarium tenentes, tamen ab hac opinione recedendum non putat, asserens bene, verum, quod non ita
3 passim debet permitti clericis delatio armorum ex causa, quia sunt itinerantes, & transituri per loca periculosa, sed tunc solum, quando essent transituri per loca inculta, deserta, & periculosa, & solitum esset in eis morari latrones, viarumq; grassatores, iuxta textum in cap. Maximianus 23. q. 3. cum regulariter arma clericorum debeant esse
3 lachrymæ, & orationes cap. conuenit 13. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Reliquiæ Sanctorum vendi non possunt.*
2 *Vendere Reliquias Sanctorum est expressa simonia.*
3 *Si Reliquiæ sunt ornatæ argento, potest vendi argentum limita nu. 4.*
5 *Vendens Reliquias, nullo modo est excusandus.*
6 *Furans rem Sacram non est simpliciter fur, sed sacrilegus.*

An Regularis volens vendere Crucifixi Imaginem, Sanctorum Reliquijs circum ornatam centum, cum verus illius valor non excederet triginta, compensando materiam, & artificium, censeatur voluisse vendere Reliquias, ac proinde cōmittere simoniæ crimen.

DECISIO CCLIX.

FVit à quodam Reuerendissimo Generali requisitus, quid nam sentirem de quodam sibi subdito Regulari, qui védidit Crucifixi Imaginem, Reliquijs ornatam, an commisisset simo-
1 niam, & dicebam primo, quod Sanctorum Reliquiæ vendi non possunt, & est quæstio, de qua dubitari non potest, ex eo, quia magna eis irrogatur iniuria, vt quæ non cadat sub humana æstimatione, & illarum sanctitas violaretur, vt per Less. de Iust. & Iur. lib. 2. cap. 35. dub. 28. nu. 159. & expressè habetur in l. nemo Martyres C. de Sacros. Ecclesijs, & cap. vltimo de reliq. & veneratione Sanctor. & latè Doctores, & has vendere est
2 expressa simonia per Syl. verb. simonia q. 2. citat Rayn. & Goff. in 1. q. 1. cap. qui studet.
3 Quando verò, vt in casu contingit, ipsæ Reliquiæ esse ornatæ argento, vel auro, certum est apud omnes Theologos tantū posse vendi quantum valet materia illa, ac artificium, ex quibus cōstat ornamentum, & adduntur expensæ pro ijs factæ in ornatu, ratio est, quia illud materiale, & artificiatum sunt pretio æstimabilia, & cad unt sub humana industria, vt latè Doctores de sim onia, vbi de temporali annexo spirituali antece d entur, & excommunicationi Valentia to. 3. disp. 6. q. 16. punct. 2. quæst. 5. Suarez lib. 4. cap. 12. nu. 12. ad primum tom. 1. de religione, tum quia illud materiale est valde extrinsecū ipsis reliquijs, & n ihilominus cum proportione obseruare debet vendens, ne carius vendat tabernaculum, seù orn amentum propter habitudinem ad rem, quam continet, vt idem Suarez cod. lib. 4. nu. 24.
4 Cum vero, vt supponitur dictus Regularis de facto vendiderit Iconem cum Reliquijs, neque constet vtrum habuer t intentionem eas vendendi huiusmodi intentionem venden li videtur ex præsumptionibus, ac coniecturis, quæ non secus se habent in hac Icone Reliquijs exornata, ac de alijs vasculis, & rebus Deo consecratis, quorum materia antecedebat consecrationem, & erat pretio æstimabilis, quemadmodum enim hæ nō possunt vendi, nisi ratione materiæ, ita nec Reliquiæ ratione ornamentorum, porrò de illis Theologi firmant doctrinā, vt quando venduntur quanti earum materia, & impensæ, quæ factæ sunt in conficiendo ornamento æstimatur, quod si plus vendantur, tunc venditæ censentur, tamquam spirituales, ita Azor. instit. moral part. 3. lib. 12. cap. 17. q. 1. qui citat Ang. verb. simo. 2. num. 23. Riccard. quodlibet 2. quæst. 27. Syl. verb. sim. q. 12. & DD. omninó ad quod monent nihil plus accipiendum pro re temporali antecedente spirituali annexæ quam sit iusta æstimatio eius ratione materiæ, & artificij, vt Toletus in sum. lib. 5. c. 87. n. 2. §. quarta regula, nisi vt euitetur simoniæ specimen saltim præsumptum.

Tum quia si non intendisset vendere Reliquias aut carius propter illam tabellam poterat eas extrahere ab ea, & in Ecclesia, vel alibi illas decenter asseruare, & sic tabellam vendere cui libuerat, & si ob id carius, vt infra vendidit simoniacus est per ea, quæ Val. ex com. tradit vbi supra.

Nec ob id excusandus est, quasi vendens tabel-
5 lam carius vendat ex affectu quem habet ad eam in quo casu poterit forsan videri iniustus, sed minime simoniacus, quia respondeo cum Suarez to. 1 de religion. lib. 4. cap. 2. nu. 11. non ideo excusari, tum quia de se præbet speciem simoniæ, quod euitandum, & eo ipso quod quid fit contra legem præsumitur incidisse in illam, & cum lex prohibeat largitionem rerum temporalium pro spiritualibus propter præsumptionem, & occasionem simoniæ cum alioquin bene possit fieri, vt etiam detur quid spirituale pro temporali abstrahendo in foro conscientiæ à simonia, & nihilominus in foro iudiciario externo is simoniacus censeatur ideoq. actio contraria legi semper præsumitur simoniaca, vt Suarez vbi supra cap. 36. num. 8. tum quia is affectus, vel est erga tabellam præcisis Reliquijs, & sic poterat eam vendere illis extractis, vt supra, vel cum illis, quia. s. magis ornabatur tabella, & tunc lucrum videtur cepisse ex eis, quod est simoniacum ex Valenz. vbi supra, & comprobatur à Concilio Tridentino sess. 24. de veneratione Sanctorum §. omni porrò, vbi damnantur Re-

R liquia-

lequ[illegible]trum quæstores, & turpis quæstus ex Reli-
quijs capitur venditione, locatione, & exstensione
ex Nauarr. in man. cap. 17. de peccatis falsario-
rum nu. 169. vers. 54.

Multo minus videtur excusari, quia voluerit de-
cipere emptorem, sicque iniustum apparere, non
simoniacum, quia emptor est harum rerum valdè
gnarus, neque præsumatur in tantum potuisse
decipi, vt excederet in soluendo iusto pretio vltra
duas partes, tum quia quandocunque vnus actus
habet duplicem difformitatem, vnam ad genus,
alteram ad speciem, potius contraponendum spe-
6 ciei quam generi, quemadmodum furans rem sa-
cram non est simpliciter fur, sed sacrilegus pro-
pter materiam circa quam fit actus, ita in præsen-
ti, cum actus iste venditionis possit referri ad iniu-
stitiam in genere, & ad simoniam in specie est re-
ferendum potius ad speciem, quam ad genus, quæ
doctrina fundatur in supra all. ex Suarez cap. 2. nu.
11. & cap. 36. nu. 8. & omninò si ex minori delicto
posset excusari maius istud nunquam puniretur,
sic enim pretio compacto ministrare posset quis
Sacramenta, & excusari non vt simoniacus, sed vt
auarus, Ius tamen ipsum declarat simoniacum
esto, quod tantummodo habuerit intentionem
non vendendi Sacramenta, sed comparandi sibi
pecunia ob suspitionem, & præsumptioné. Ex his
igitur & alias iudicari d. Regularem esse, tãquam
simoniacum puniendum, nec vllo modo posse ex-
cusari & iuxta hæc fuit per D. Reuer. Genera-
lem exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Obtinens plura beneficia, etiam simplicia cum dispẽ-
satione ad suam tantum vtilitatem, si alter eo-
rum est sufficiens, an sit tutus in foro conscientiæ,
quando fructus conuertit in causam piam.*
2 *Dispensatio in dicto casu quid operatur.*
3 *Consuetudo non potest plus valere quã dispensatio.*
4 *Papa non dispensat contra Ius naturale.*
5 *Habens plura beneficia, quorum alter sit suffi-
ciens, an possit aliud retinere sine peccato mortali.*
6 *Consuetudo, & dispensatio ad plura beneficia sim-
plicia obtinenda, quando excuset in foro conscien-
tiæ. & nu. 7 & 8.*
9 *Confessarius non potest illum absoluere, nisi resi-
gnet beneficia superflua, vel saltem impendat be-
ne fructus.*

Consuetudo, & dispensatio ad plura beneficia simplicia obtinenda, quando excuset in foro conscientiæ.

DECISIO CCLX.

1 Beneficia plura obtinens, etiam simplicia
cum dispensatione ob suam tantum vtilita-
tem si alter eorum est sibi sufficiens non
est tutus in foro conscientiæ, quando fructus con-
uertit in causam non piam, licet in foro exteriori
securus sit, ita Panor. in cap. conquerente nu. 2. de
cleric. non resid. & in cap. in tantum num. 3. de
præbend. & in cap. extirpandæ §. quia vero nu. 46.
in fin. eod. tit. & Nauar. in manual. cap. 25. nu. 129.
& sentit Inn. in cap. cum iam dudum nu. 3. in fine
cum sequ. de præb. & docet optimè Silua de be-
nefic. par. 4. q. 3. per totam.
2 Vnde obiter notabis, dispensationem in prædi-
cto casu obtentam nil aliud operari, nisi quod vi-
gore ipsius non poterit priuari alijs beneficijs, quæ
habet vltra beneficium sufficiens, alias possit, vt
notat idem Abb. per textum ibi in d. cap. conque-
rente nu. 2. vbi ad hoc valdè commendat, & sic di-
spensatio tantummodo operatur in foro exteriori
& non interiori, quod tene fixum menti perpetuò
quia multi in hoc decipiuntur, putantes cum dicta
dispensatione securos esse, etiam quoad Deum, vt
cumque, & quomodocunque fructus expendant
idem docet D. Thom. quodlibeto 9. quæst. 7. Ar-
chid. in cap. non liceat 12. q. 2. Ioan. Andr. in cap.
dudum 2. de elect. & Sylu. in summa verb. benefi-
cium 3. q. 2.

Addens, non valere consuetudinem cõtrariam,
nec mirum, quia consuetudo non potest plus va-
3 lere quam dispensatio secundum Nauarr. in d. cap.
25. nu. 128. nec è conuerso secundum Abb. in cap.
in tantum num. 3. de præb. ratio est, quia est con-
4 tra Ius naturale in quo Papa non dispensat vt in
princip. & in cap. 1. dist. 13. probatur etiam in cap.
non est peccatum 6. dist. quod quis sine causa iu-
sta sed solum ad satiandum suam cupiditatem, de
quibus alij pauperes clerici viuere potuissent, tum
quia Ecclesiæ, ad quarum vberiorem cultum be-
neficia fuerunt fundata priuantur maiori seruitio
seruirent quippe alij in illis beneficijs, si sic per vnũ
non essent occupata, tum quia isto casu non solum
alteratur Iuris positiui dispositio, sed etiam Chri-
sti patrimonium iniustè dispergitur, vnde cum
bona Ecclesiæ Papa sine causa alienare non possit
sine graui peccato, vt dicit Archid. in d. cap. non
liceat, & Silua vbi supra, multo minus dare possit
licentiam alteri ipsa dispergendi arg. cap. nuper de
donat. inter vir. & vxor.

Nec prædictis obstat glos. in cap. dudum in ver-
5 bo retinere de elect. quæ dicit ab habente plura
beneficia, quorum alter sit sufficiens non pos-
se sine mortali peccato aliud retineri, sed dispensa-
tione reddi licitum, quod erat illicitum, quam
glos. dicit singularem, & cõmuniter approbatam
Nauar. cap. 25. nu. 125. & cons. 26. nu. 1. de præb.
6 Ex qua habes, dispensationẽ circa pluralitatem
beneficiorum, quorum alter per se sufficeret
ad vitam beneficiati facere de illicito licitũ, & sic
se excusare in cõscientia, maximè cum per totum
mundum contraria cõsuetudo circa pluralitatem
simplicium beneficiorum obseruetur, vt dicit glo.
verb. intitulatum in fi. in d. cap. dudũ, & glos. verb.
de Iure teneri in cap. gratia de rescript. lib. 6. quã
consuetudinem Papa scienter tolerat, vnde si dictæ
vniuersali consuetudini addatur specialis Papæ
dispensatio, videtur quis tutus esse in conscientia
alias Ecclesia deciperet impetrantes, quod non est
dicendum, ad quid enim expẽderet quis magnam
pecuniæ quantitatem ab obtinendum à Sede Apo
stolica circa dictam pluralitatem, si post obtentam
non esset securus in conscientia, quod quoad fo-
rum exterius tutus sit ex prædicta generali con-
suetu-

suetudine, nam respondeo primo, prædictam generalem consuetudinem solum excusare quoad vtrumque forum, cum nullum beneficium est per se sufficiens, tunc enim licitum est habere plura simplicia beneficia, secus si alterum per se sufficeret, quo casu, etiam quoad forum exterius probata sufficientia vnius non excusaret prædicta generalis consuetudo, vt ex Conc. Triden. sess. 24. cap. 17. ex dicta glosa verb. retinere D. Thom. d. quodlibet. 9. art. 15. Maior. in 4. distin. 24. quæst. 13. Bernard. Diaz in pract. cap. 42.

Secundo respondetur, quod licet impetretur dispensatio pro foro interiori, intelligitur tamen esse concessa non ad luxum, & auaritiam, seu vanam pompam Mundi alias dico tibi secundum Host. quem refert lauacrum cōscien. cap. 8. fol. 36 quod sic dispensare est cum licentia Papæ infernum intrare, nec vt impetrās fiat absolutus dominus ad impetrandum fructus beneficiorum in res illicitas, & prophanas, ad hæc enim non extenditur dispensatio, nec est, nec esse posset de mente Papæ, quod velit suam dispensationem, & licentiam extendere ad dissipādum Iesu Christi patrimonium sed vt dictis beneficijs, & eorum redditibus licitè vtatur impendendo eos in res, & causas pias, & honestas, vltra ea, quæ ad suum honestum statū conseruandum necessaria sibi erunt, & cum hac intentione obtinens dispensationem securus est, & secundum prædicta intelligenda est Innoc. doctrina in cap. cum ad Monasterium nu. 3. de stat. Monach. vbi dicit, habenti plura beneficia sufficere dispensationem Papæ, etiam sine causa obtentum, cuius dicti meminit glo. 1. in extrauag. execrabilis de præb. Ioan. 22. nam alias non esset tutus, quia hodie in conscientia habens plura beneficia, vltra annum sufficiens etiam cum dispensatione sine causa ex Abb. cap. conquerente nu. 2. in fi. de cleric. non resid. & Naua. cap. 25. nu. 129.

Vnde obserua singulariter, dispensationem Papæ in isto casu posse iustificari, tam ex parte Papæ, quam ex parte impetrantis, scilicet obtinēdo eam non ad splendidiorem victum, vestitum, & famulatum, & alia huiusmodi, sed ad largius ex fructibus erogandum in pauperes, & opera pia, retento sibi tantum ad vitam decentem necessariò secundum Card. in clem. gratiæ de rescript. quæ licet loquatur de impetratione sola beneficiorū absq; dispensatione in quo sensu hodie post Conc. Trid. sustineri non potest secundum Nauarr. cap. 23. num. 15. & 12. & cap. 25. nu. 129. & Beia. 1. par. casu 2. ex propositis 22. Anno 1581. pa. 331. & 334. tamē in impetratione dispensationis puto verissimam esse opinionem Card. & sic cum dicta intentione licitum esse dispensationem, & posse in conscientia retineri plura beneficia simplicia, licet alterum sit per se sufficiens, & ita postea in hanc sententiam reflexit Nauarr. in d. nu. 129. & tenet expressè Beia supra p. 335.

8 Ex quo colligitur in vtroque foro licitè posse impetrari, & retineri plura beneficia, licet alterum sit sufficiens, dummodo duo concurrant, scilicet quod simul impetretur dispensatio à Papa ad ea simul retinenda secundum quam impetrans habeat prædictam intentionem impendendi fructus in opera pia extra necessaria honestæ substentationi, & opere compleat, nam si deinde id nō exequatur valebit quidem dispensatio, & consequenter licitè retinebuntur prædicta beneficia, erit tamen in malo statu, dum non impenderit in opera pia fructus eorum

9 Vnde Confessarius nō poterit illum absoluere, nisi resignet beneficia superstitia, vel saltem impendat bene fructus præfatos, & hoc modo intellecta d. glos. verb retinere in 1. cap. dudum est verissima quæ retinere nemo alibi inuenies sic explicatam d. glos. & cum his poteris dissidentes Doctorum opiniones ad concordiam reducere, & saluantur quamplurimæ dispensationes circa hoc à Sede Apostolica impetratæ, quoniam licet impetrantes careant dicta bona intentione tempore supplicatæ gratiæ, quia tamen ea est semper intentio Papæ, & in dubio est præsumenda, ideo saltem ex parte eius tales dispensationes debent iudicari legitimæ, & validæ, vnde meritò dicit dicta glosa verbo retinere dispensationem Papæ facere de illicito licitum.

Tandem circa pluralitatem beneficiorum vide Panorm in cap. extirpandæ §. qui verò num. 18. de præb. Socc. & Ioan. Andr. in repetit. cap. de multa eod. tit. Selua de benefic. 3. part. quæst. 3. & 39. Reb. in prax. benefic. tit. de dispensat. ad plura benefic. pag 366. Diaz in pract. crim. cap. 42. cum sua addit. Lop. in l. 3 tit. 16. par. 1. & Duen. in reg. 71. Et plures causas iustificantes prædictam pluralitatem vide apud Nauarr. d. cap. 25. n. 128. vide et tria exempla in Prato Spirit. lib. 5. in Floribus de Apibus cap. 6. 7. & 9. in quibus fuerunt quidam condemnati æternaliter propter dictam pluralitatem, quorum duo refert etiam Villegas. parte cuius titulus fructus sanctorum titulo de auaritia discursu 6. 9. *el autor del libro* de Apibus.

SVMMARIVM.

1 *Patronus laicus in foro exteriori non tenetur præsentare ad beneficia, etiam curata digniorem, sed sufficit, vt sit dignus, & idem procedit in foro exteriori num. 3.*

2 *Patronus laicus, & Ecclesiasticus, an differant in præsentando dignum, vel indignum.*

Patronus laicus, & Ecclesiasticus, an differant in præsentando dignum, vel indignum.

DECISIO CCLXI.

1 PAtronus laicus in foro exteriori non tenetur præsentare ad beneficia, etiā curata digniorem, sed sufficit, vt sit dignus, ita probat tex. in cap. Monasterium 16. quæst. 7. & Conc. Triden. sess. 25. cap. 9. ibi, ad hæc liceat Episcopo præsentatos à patronis, si idonei nō fuerint repellere, melior textus sess. 24. cap. 18 vbi Concilium facit differentiam inter patronos Ecclesiasticos, & laicos, vultq; vt Ecclesiastici teneantur præsentare digniores, laici verò si præsentauerint idoneos admittantur, & ita docet post Lambert. Coua. in regul. peccatum §. 7. nu. 5. Nauar. cons. 5. nu. 2. & cōs.

6. num. de Iur. patron. Petr. à Nauarr. post alios lib.
2. cap. 2. nu. 150.

Quæ differentia posita à Concilio quantum at-
2 tinet ad laicos, intelligenda est permissiuè posita
non approbatiuè, nam in foro conscientiæ nulla
est distinctio inter patronum Ecclesiasticum, &
laicum, quia vterque tenetur eligere digniorem
vt probat idem Couar. loco supra citato post Fe-
der. de Senis cons. 95. idem tenet Rebell. de ob-
lig. iust. 1. par. lib. 3. quæst. 4. num. 5. & 6. quicquid
cōtra teneat Lambert. de Iurepatr. 1. par. quæst. 10.
& Tolet. lib. 2. de restit. cap. 2. nu. 50. Concilium
.n. vbi supra solum voluit dare patronis laicis ele-
ctionem, decernens ad eos, & non ad Episcopos
spectare eligere instituendum, non tamen ex hoc
eis concessit facultatem eligendi minus dignum
relicto digniore, cum id semper vergat in detri-
mentum Ecclesiæ, vnde cum electio ad Episcopos
non pertineat tenentur admittere quemcunque
patroni elegerint, dummodo sit dignus, quæ con-
firmatur ex traditis per idem Concil. d. sess. 24.
cap. 1. vbi dicitur, peccare mortaliter habentes Ius
ad præsentandum ad Cathedrales si elegerint mi-
nus dignum, & non digniorem, & sic obligat Re-
ges sub peccato mort. ad præsentandū digniores.

Idem quod diximus circa præsentationes ad be
neficia, dicendum est circa nominationes, & colla-
tiones aliorum munerum, & officiorum Republi-
cæ, vnde Reges, Prælati, Domini terrarū, & alius
quilibet distributor, & collator beneficiorum,
Magistratuum, Episcopatuum, Iudicum, & alio-
rum munerum Reip. vel Ecclesiæ, tenentur in fo-
ro animæ ea conferre dignioribus, & vtilioribus
Ecclesiæ, vel Reip. sub pœna mortalis peccati, li-
cet ad nullam restitutionem teneantur, si contra-
fecerint, cū nihil ademerint digniori, vt docet Co-
uarr. supra dicto §. 7. num. 6. & Sot. lib. 5. de Iust. &
Iur. q. 6. art. 3. ad sextum.

3 In foro verò exteriori sufficit præfatis eligere,
nominare, & conferre prædicta munera, & offi-
cia publica, vel beneficia personis idoneis, ac di-
gnis, relictis dignioribus, nec de hoc conqueri po-
test dignior, aut saltem non reuocaretur electio,
nominatio, vel collatio facta digno, vt docet idem
Couar. d. num. 6. ad fin. quia eo casu nullum dam-
num Reip. vel Ecclesiæ infertur, ex quo eis digni
ministri exhibentur.

Vno tamen casu conqueri potest dignior, & re-
uocaretur collatio facta digno, relicto digniore
in vacationibus scilicet, ac prouisionibus benefi-
ciorum curam animarum habentium, quæ sint
mediante concursu ex noua extrauag. Pij V. circa
hoc edicta; in foro tamen conscientiæ valet talis
nominatio digni, relicto digniore, & sic non tene-
tur Electus, & prouisus illi renunciare, donec per
sententiam ad id compellatur, non enim quis de-
bet esse examinator sui Ruin. in cap. per vestras
de donat. inter vir. & vxor. num. 356. vbi post.
Bald. in l. id quod pauperibus quæst. 22. C. de Epi-
scop. & cleric. tenet etiam in exequutore dato ad
eligendum pauperes, vel fœminas maritandum
seruandam esse prædictam differentiam, quia non
satisfacit in foro poli eligēdo idoneum pauperem,
seu fœminam quācunque si alius, vel alia est pau-
perior, ratio est, quia tunc talis fungitur munere
distributoris, at iustitia distributiua læditur, nisi
pauperior eligatur, quoad tēpora, nisi excessus sit
paruus per not. per Soto lib. 3. de Iust. quæst. 6. art.
2. conclus. 9. §. at vero antequam, Nec puto contra
facientem in hoc vltimo casu peccare, nisi venialı-
ter arg. eorum, quæ docet idem Soto loco supra
proxime citato ad fin.

SVMMARIVM.

1 *Committens crimen proditorium non gaudet immu-
nitate Ecclesiæ.*
2 *Occidens aliquem veneno dicitur committere cri-
men proditorium nu. 6.*
3 *Proditoriè dicitur quis aliquem occidere, quando
occidit per insidias, & alium mente, & aliud ver-
bis gerit.*
4 *Proditoriè dicitur quis aliquem occidere, quando
à tergo occidit.*
5 *Proditor homicida quis dicatur.*

Occidens veneno, an dicatur committere crimen proditorium, ad effectum, vt confugiens ad Ecclesiam non gaudeat eius immunitate.

DECISIO CCLXII.

IN Bulla Gregorij XIV. de immunitate Ec-
clesi. inter casus exceptuatos est homicidium
1 proditorium ideò, quod illud committens non
gaudeat immunitate Ecclesiastica, vt ibi, & ante
sic tenuerunt Rebuff. in const. Gall. de immunit.
Ecclesiæ fol. 335. nu. 16. & alij quos more suo re-
fert, & sequitur Farinacc. in pract. crim. de carcer.
& carcerat. q. 28. n. 24. & seq. Foller. in cap. Regn.
fol. 103, num. 12. Tap. de Iure Reg. tom. 1. fol. 69.
num. 36. Ambros. de immun. Eccles. cap. 6. fol. 44.
& sequent.

2 Quibus suppositis in casu subiecto fuit resolu-
tum, huiusmodi delinquentem non posse frui im-
munitate Ecclesiæ, nam de eo possent dici omnia
quæ de proditorio homicidio narrātur, nam pro-
3 ditoriè occidere est, occidere per insidias, quando
aliud verbis, & aliud mente geritur, & est exem-
plum latū ab Alex. in cons. 145. nu. 5. lib. 7. in socio
criminis sequitur Suarez de stat. Religionis lib. 3.
4 c. 11. n. 12. vbi dixit, quod per insidias, & prodito-
riè quis dicitur occidere aliquem, quando à tergo
illud occidit, vel quocunq. alio modo, nihil tale
præcauentem, nulla præcauendi causa præceden-
te, quod exemplificat in eo, qui aliquem dolosè
circumuenit, & callidè seducit, & eum occidat,
vel in occidente sedentem in mensa Guttierrez
pract. quæst. lib. 1. q. 2. vbi quod proditor homici-
da dicitur is, qui alterum occidit non de facie ad
5 faciem, sed retro, & num. 9. proditor homicida di-
citur is, qui vnum actū ostendit, & aliud in mente
gerit adeo, quod taliter occisus non potuerit ca-
uere de insidijs, quod est proprium in occidente
veneno, nam occisus veneno non potest præcaue-
re mortem, hæc & alia exempla adducit Ambros.
de

9 de imm. Eccles. c. 6. nu. 1. & seq. imò quod proditorium dicatur homicidium commisisse occidens veneno, & proinde non posse frui immunitate Ecclesiastica tenuerunt Boer. decis. 109. nu. 5. vers. secundo in eo, qui occidit veneno Decian. cū allegatis per eum in tract. crim. lib. 6. c. 28. nu. 19. vbi etiam ita obseruari testatur Germon. de sacror. im. lib. 3. cap. 16. num. 63. Azeued. in constit. Hisp. lib. 1. tit. 2. l. 3. nu. 10. Suarez de statu Religionis lib. 3. cap. 11. nu. 12. in fin. Ital. de immun. Eccles. lib. 1. cap. 5. §. 4. nu. 3. vers. & quemadmodum is, & latius num. 36. & seq. & idem dixit de illis qui malis medicamentis procurant abortum.

SVMMARIVM.

1 *Natus in octauo mense habetur pro non nato.*
2 *Probationes de Iure admittuntur ad sciendum cōceptionem pueri.*
3 *Conceptio pueri quomodo probetur.*
4 *Monitorium non debet concedi ad sciendum conceptionem pueri.*

An monitoria debeant concedi ad sciendum quo tempore puer sit conceptus.

DECISIO CCLXIII.

QVidam instabat in S. Consilio pro restitutione dotium N. suæ filiæ cōtra A. quas sibi tradidit propter eiusdem N. mortem sine liberis, dicebat dictus A conuentus q͂ non tenebatur restituere dictas dotes, quia dicta N. mortua fuit superstite filio, qui successit matri in dotibus maternis, iuxta notata in l. post dotem ff. solut. matrimonio, & in l. dos à patre C. eod. & in auth. defuncto C. de legitimis hæredibus, maximè ex aditione facta per patrem, & licet dictus filius post aliquos dies mortuus fuit, pater succedit ei in dotibus maternis, iuxta l. infanti C. de Iur. deliber. re-
1 plicabat pater dictæ N. q͂ ille filius natus habetur pro nō nato, quia natus fuit in octauo mēse, vnde cum ignoraretur dicti pueri conceptio adiuerunt Curiam Archiepiscopalem, & ibi petierunt monitoria, ad sciendum quando dictus puer fuerit cōceptus, ad effectum de quo supra, & fuit dictum
2 de Iure admitti probationes ad sciendum conceptionem pueri, secundum Afflict. in decis. 136. vbi
3 dixit constare de conceptione, vbicunque fuerit probatum, mulierem fuisse virginem vsq. ad certum tempus, eoq. tempore fuisse consummatum matrimonium per carnis copulam, & deinde grauidam reperiri, Secundo posset probari per testes dicentes audiuisse ab ipsamet muliere à tali die fuisse prægnantem, ad hoc allegatur glos. & Ang. in l. Illud ff. si part. hæred. pet. vbi dicunt, quod creditur mulieri dicenti se prægnantem, etiam si non dicat ex quo sit prægnans, secundum Bart. in l. 3. §. 1. ff. de liber. agnoscendis, posset tamen probari ex assertione viri si forte asseruerit tali die ingrauidasse suam vxorem.
4 Quoad monitorium autem concedendum, fuit resolutum non esse concedendum, ne res tanti ponderis in ludibrium poneretur, dum publicatur.

SVMMARIVM.

1 *Creditum semper est probandum.*
2 *Debitum debet probari per testes, aut per instrumenta.*
3 *Literæ familiares faciunt fidem contra scribentem.*

An per literas missiuas tertio, in quibus fit mentio de debito probetur debitum, ad effectum arrestandi aliquem de fuga suspectum.

DECISIO CCLXIV.

FVit arrestatus per nostram Curiam Archiepiscopalem exterus quidam à creditore, qui iurauit illum habere suspectum de fuga, atque dato termino pro verificatione crediti,
1 quod vtique est probandum, iuxta tradita in l. hæc autem §. non defendi ff quib. ex caus. in poss. eat. & plenissimè cumulata per Nouarium in allegatione inserta inter nostras decisiones part. 2. f. 184. fuerunt pro parte dicti creditoris præsentatæ literæ missæ à dicto debitore, tempore quo existebat Romæ causa negotiandi, vulgo *speditioneri* tertiæ personæ, in quibus asserebat se esse debitorem dicto creditori in summa ducatorum centum, quos misit dictus creditor Romam ad eumdem directos pro expediendis nonnullis Bullis, quare fuit dubitatum, an per hoc probaretur debitum, ad effectum de quo supra, & dicebatur dictum genus probandi non esse sufficiens ad probandum, nam debitum debet doceri per testes, aut per in-
2 strumenta, vel per æquipollens, ex quo Iudex aliquo modo valeat credere verum esse, quod asseritur, facit tex. in l. iubemus §. si qua tamen, & ibi Bart. nu. 6. C. de erogat. milit. an'non. lib. 12. & tex. in l. litibus, & ibi Bart. in fin. C. de agricol. & cens. lib. 11. Castrens. cons. 31. num. 1. & 2. vol. 1. Natta cons. 330. nu. 7. & sequent. vol. 2. Ias. in l. si ab arbitrio nu. 9. in fin. ff. qui satisdar. cogant. & alij, quos refert idem Nouarius loco citato sub nu. 5.

Verum Domini contrarium tenuerunt in causa clerici Vincētij Antonij de Sorella, moti ex eo,
3 quod literæ familiares faciunt fidem contra scribentem, si agnoscantur, vt volunt omnis Scribentium schola per capit. 2. de fide instrument. vbi Abbas num. 8. & Decius nu. 15. & omnes ita prodidere in l. ad monendi ff. de Iureiur. & alij, quos refert Mascard. de probationibus conclus. 632. fol. 364.

libros, vel capitula, ex quibus victus lucratur idem docet Host. in summ. titulo de decimis quæst. 8. Abbas in cap. cum homines numero 5. eod. tit. & Floren. 2. part. tit. 2. cap. 8. in princip. & ideo secundum doctrinam Martæ in decis. 18. restitutio ablati differri potest vbi debitor habita ratione status, & dignitatis grauissimam pateretur ex restitutione iacturam, & ita firmarunt Archidiaconus in cap. si res 14. quæst. 6. Angelic. in verb. restitutio 3. nu. 4. & hanc opinionem valdè probat Caiet. q. 62. art. 8 q. vlt. & Anchar. in reg. peccatum col. 9. de reg. iur. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Prouisus à Sede Apostolica non potest capere possessionem, nisi literis expeditis.*
2 *Beneficio vacante succedit Camera in fructibus.*
3 *Declaratur text. in cap. auaritiæ de elect.*
4 *Dispositio textus in cap. auaritiæ, an procedat in eo, qui percepit fructus, & ipsos erogauit in vtilitatem Ecclesiæ.*
5 *Ex verbis prohemialibus arguitur mens Conditoris.*
6 *Refertur decisio Rotæ.*

Dispositio textus in cap. auaritiæ de electione, an procedat quoties fructus percepti erogantur in necessitatem Ecclesiæ.

DECISIO CCLXVII.

1 PRouisus à Sede Apostolica non potest possessionem adipisci, nisi literis expeditis, & contra tales administrationi se ingerentes extat extrauag. cõmunis incip. iniunctæ nobis de elect. quæ fuit innouata per Iul. II. fol. 151. in Bullar. & per Iul. III. fol. 154. & ampliatur per Paul. III. fol. 360. & per Pium IV. fol. 804. & cum ante confectionem literarum gratia Apostolica sit informis voluit Summ. Pontifex in reg. Cãcell. 25. de non iudicando iuxta formam supplicationum, sed literarum expeditarum, & in Regno hoc Neapolitano, ad hoc, vt prouisi faciant fructus suos vltra literas Apostolicas, requiritur quod possessionem recipiant de manu Nũtij ob Breue Pij V. de anno
2 1568. die 8. Ianuarij fol. 1008. incip. cupientes, & ratio est, quia beneficio vacante succedit Camera in fructibus, vt Nũtius Apostolicus reddatur certior, quando Camera desinat possidere, & de electo se ingerente administrationi ante confirmationem est tex. in cap. auaritiæ de elect. in 6. & ratio prædictorum est, quia ex quo gratia à mente Papæ dependet, & ipse nõ vult quod gratiatus gratia vtatur, nisi literis expeditis secundum Gomez in reg. de non iudicando iuxta formam supplicat. q. 9. & talis concessio habeat quasi tacitam conditionem, videlicet si per Cancell. transierit, vt per Mandos. in ead. reg. Cãcell. q. 3. hinc dicitur, quod in beneficialibus literæ expeditæ habentur loco tituli Staphil. in tract. de litter. grat. in princip. nu.
3 17. licet Rota teneat in pœnas d. cap. auaritiæ non incidere quem per solam administrationem, sed requiri fructuum perceptionem, vt per Verall. decis. 17. part. 2. nec fructuum perceptio arguitur ex sola possessione, vt per Puteum decis. 45. lib. 3. cuius verba sunt videlicet; In causa Calgurit. conclusum fuit, quod licet electa probaretur fuisse in possessione auctoritate confirmationis, quod si nõ probaretur quod percepisset fructus, non incidisset in pœnam cap. auaritiæ, & sic quod in casu illius capituli ex possessione non præsumeretur fructuum perceptio, vt quis in pœnam ipsius cap. incidat, quia sumus in pœnalibus, & text. loquitur de electo administrante in temporalibus, & spiritualibus ante confirmationem, & omnes Moniales Abbatissæ electæ præstiterant. quod per talem præstationem obedientię diceretur administrasse, & incidisse in pœnam illius cap. per ea, quæ dicit Abbas in cap. generaliter in princip. de elect. & quod ex sola possessione non incidit in pœnam illius cap. auaritiæ, faciunt, quæ dicunt ibi Doctores, & inter cæteros Franch. dum dicit, quod ex instantia facta de electione non incurrit quis pęnam illius cap. auaritiæ.
4 Quibus suppositis, cum fuisset dubitatum, an dispositio dicti cap. auaritiæ procederet in eo, qui ante literas expeditas fructus percepit & non erogauit in proprios vsus, sed in beneficium Ecclesiæ Parochialis, cui præfectus fuerat, puta in reparationem fabricæ, in paramenta, vasa sacra, oleum, ceras, & his similia, & dicebam pro opinione negatiua, quod ex prœmialibus verbis dicti textus ibi, auaritiæ cæcitas non incurritur pœna dicti c. quæ verba non sunt applicanda casui nostro, dum fructus fuerunt in necessitatem Ecclesiæ expensi,
5 & non in proprios vsus erogati, ex verbis enim prohemialibus arguitur mens conditoris l. fin. ff. de hæredib. instit. & latè per Bart. in l. 1. de vulgar. & pupill. subst. Adde insuper ad cõprobationem huius opinionis aliam decisionem Rotæ in vna
6 Cassalen. Parochial. cuius verba sunt. Resoluerũt DD. quod non intrat in casu de quo agitur dispositio c. auaritiæ de elect. in 6. quia nullitas relationis examinatorũ, & institutio Ordinarij non est ita clara nulla, vt dici possit Salomonijũ credendos istos esse in lata culpa, vel dolo, quæ requiruntur, vt intret pœna dicti cap. auaritiæ, nam Conciliũ Trid. non dicit clarè, quod exãminatores non committant informationem de ætate, & moribus ipsi Episcopo, nam qui per alium facit, per se facere videtur, præsertim cum remittantur Ordinario ea de quibus ipse melius, quam ipsi examinatores possit esse informatus, & Rota non habuit rem pro tam clara, vt arbitrata fuit à Congregatione Conc. Trident. sicque clarum est, quod error Iuris dubij inducit bonam fidem, saltem ad euitandam pœnam, & DD. addebant Abbatem in cap. quia plerique nu. 11. de immun. Eccles. quæ decisio potest etiam applicari casui nostro, cum ille qui præfectus fuerat non erat in lata culpa, vel dolo. & ideo fuit decisum, non incurrere pœnas d. cap. auaritiæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Prius licentiatus, & postea doctoratus est præferendus medio tempore licentiato, & doctorato.*
2 *Obtinentes eandem gratiam à Sede Apostolica, ille præfertur qui prius præsentauit.*
3 *Inter habentes æquale Ius, melior est conditio præuenientis.*

Quis obtinentium eandem gratiam à Sede Apostolica præferatur in assecutione illius.

DECISIO CCLXVIII.

Mensibus præteritis, cum vacasset Primiceriatus Cathedralis Ecclesiæ Bisacienf. D. Nuntians Cela petijt Romam, & statim gratiam fuit assecutus, & redijt antequam Bullæ essent expeditæ Primiceriatus, tamen antequam vacasset, fuit renunciatum ad fauorem D. Petri Antonij Tedeschi, qui pariter misit Romã pro expediendis Bullis dicti Primiceriatus, expeditis Bullis D. Nuntiãtis, illas præsentauit, & possessionem cepit, & cum D. Petrus Antonius pariter suas Bullas expedisset, licet non præsentasset, dubitatũ fuit, quis eorũ esset in mer. possessione constituendus, & causa mihi commissa à Vicario D. Ciuitatis Bisacien. dicebã, debere præferri dictus Petrus Antonius tamquam primo receptus antiquiori in prouisione, & posteriori in receptione, quamuis per eum non steterit, inuenio Rotæ decisionem, quæ est 6. de cõsuetudine in antiquioribus Bisigneti, vbi adducit bona fundamenta, & maximè mouetur, quia secunda receptio retrotrahitur, ex quo quis primus impetrans erat recipiendus, & per eum non stetit, & subijcit, quod per tres sententias, ita pronunciatum fuit, quam decisionem refert, & sequitur Roch. de Curte in cap. fin. de consuetudine sect. 4. nu. 11. quod potest etiam corroborari per tex. expressum in l. 1. vers. quod si quis prior C. de consulib. lib. 12. vbi statuitur, quod si quis fuerit prior consul, & vltimo patritius est præferendus in honoribus medio tempore facto consuli, & patritio. Hinc emanauit illa magis communis opinio, quod prius licentiatus, &
1 postea Doctoratus sit præferendus medio tempore licentiato, & doctorato, de qua per Fel. in rubr. de maiorit. & obed. num. 3. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 45. nu. 7. & faciunt tradita per de Franch. decis. 138. & 144.

2 Nihilominus contrarium iudicaui, & ita fuit exequutum, quia ille præfertur, qui præuenit in præsentatione suæ gratiæ coram Executore cap. capitulum in fine de rescriptis cap. duobus eod. tit. in 6. Rot. decis. 5. & decis. 13. nu. 1. de rescript. in nouis, & decis. 58. de rescriptis in antiquis, Puteus decis. 156. & facit, nam si nascuntur duo filij primogeniti insimul, nec scitur quis illorum primus natus fuerit, & sic vterq. succedit insolidum quoad exercitium Iurisdictionis Regni iuxta l. 12. tit. fin. par. u. vt per Molin. lib. 3. de Hisp. primog. c. 1. nu. 21. tunc inter illos erit locus præuentioni, nisi Iurisdictionis exercitium sit diuisum Cou. arr. in præst. cap. fin. num. 1. in princip. denique quis esset per exẽpla procedere in infinitum, generalis, n. regula sit, quod inter habentes æquale Ius melior est
3 conditio præuenientis ex vulgata regula, qui prior est in tempore de reg. iur. in 6. Rom. conf. 47. nu. 1. de qua reg. plura tradunt Rip. in l. priuileg. ff. de priuileg. Mascard. de probat. conclus. 1134. & hæc opinio est amplectenda, quæ cum magis vera ex rationibus in ea adductis, ita seruatur in omnibus Ecclesijs, & Collegijs, iuxta decisionem Rotæ factam 27. Aprilis 1594.

SVMMARIVM.

1 *Plura beneficia etiam simplicia non possunt simul teneri.*
2 *Consuetudo Ecclesiæ Neapolis retinendi plura beneficia simplicia est valida, limita nu. 4.*
3 *Consuetudo quam Papa scit, & tolerat, excusat.*

Consuetudo Ecclesiæ Neapolis retinendi plura beneficia simplicia insufficientia ad victum, an sit valida.

DECISIO CCLXIX.

1 Clarum est in Iure, plura beneficia etiam simplicia nõ posse simul teneri si requirũt personalem residentiam, iuxtà mentem Abbat. in repet. c. extirpandæ §. qui vero de præbend. nu. 30. & constat ex decreto Sacri Concilij c. 17. sess. 24. de reform. at, quo supposito dubitatur an consuetudo nostræ Ecclesiæ, vt quis possit re-
2 tinere plura beneficia simplicia ad victũ insufficientia sit valida, & fuit resolutũ q; sic; nã Innoc. in c. fin. de cler. non resid. nu. 1. indistinctè tenet plura beneficia non requirentia residentiã pura mẽte nõ pp auaritiã, vel ambitionẽ posse retineri sequitur glos. in cap. gratiam de rescripti. in 6. Lap. allegat. 76. nu. 1. Card. in cap. iam dudum de rescript. nu. 12. vbi ait communem, & ab ea non esse recedendum in consulendo, & iudicando, licet non procedat de rigore de Iuris, Ferret. conf. 255. num. 3. Nauarr. in man. cap. 25. nu. 129. & vt inquit Card. loc. cit. opinionem Innocentij seruat consuetudo, adeo, quod Innoc. ibi loquitur posse retineri de consuetudine, quam Papa scit, & tolerat, & ita etiam seruari testatur Capra reg. 90. nu. 96. & Rebuff. in praxi tit. de dispensat. ratione ætatis verb. in Cathedralibus vers. quod est verũ ait, quod ista opinio de consuetudine inualuit Spe
3 culator tit. de dispensat. §. dicendum num. 6. inquit quod cum ista consuetudinem Papa sciat, & tolerat, videtur excusare, quod etiam ait Ferret. qui supra, eandem sententiam videtur tenere Sot. de Iust. & Iur. lib. 3. q. 6. art. 3. conc. 4. vbi ait, in beneficijs simplicibus residentiam non exigentibus nullam esse necessariam dispensationem, vt plura eadem persona obtineat, & quod non solum eam recepit vsus, verum, & ratio id docet, & eum sequuntur Doct. Aragon. secunda secunda quæstione 63. art. secundo conclus. 3. & Valentia 3. to. super 2. 2. disp. 5. quæst. 7. punct. 2. vers. 4. quæritur

ritur, dicens, plura beneficia fimplicia eatenus poffe quem licito Iure habere, quatenus id fuerit vfu, & confuetudine receptum Tufch. concluf. 61. lit.B.

4 Quæ tamen limitauimus, modo non effet magna beneficiorum coarceruatio, & nimia pluralitas beneficiorum, qua ftante non videtur poffe à peccato mortali excufari, nec acceptantem, nec retinentem, nec etiam conferentem propter deformitatem, deordinationem, & fcandalum, quæ inde in Ecclefia fequuntur, & patet ex Doctoribus fupracitatis.

S V M M A R I V M.

1 *Vbi cœptum eft iudicium, ibi finiri debet, limitatum.*
2 *Electio fori competit perfonis priuilegiatis, etiam fi fuerint actores.*

Difpofitio textus in l. vbi cœptum ff. de iudic. an procedat in perfonis priuilegiatis.

DECISIO CCLXX.

1 REgulam illa, quod vbi cœptum eft iudicium, ibi finiri debet ad tex. in l. vbi cœptũ de iudic. §. quoniam auth. de teftibus quam poft alios exornat Giurb. in decif. 23. vbi affignat rationem, nam caufa a fe ipfa eft magnæ continentiæ ex Cyno in l. vlli prorfus de iudic.
2 Surd. conf. 222. nu. 12. limitauimus in quadam facti contingentia, non procedere, & habere locum in perfonis priuilegiatis, vt in proprijs terminis docet Socc. in conf. 44. num. 3. Afflict. in conft. ftatuimus nu. 25. Theff. decif. 177. nu. 6. vbi Additio fic decifum refert, Natta confilio 590. Et fuit dictum non obftare id quod opponebatur per aduerfarium conuentum tanquam reum effe conueniendum coram fuo Iudice Ordinario, attenta difpofitione textus in l. Iuris iniquum C. de Iurifd. omn. iudic. & l. Actor C. de probat. quibus Iuribus probatur, actorem fequi forum rei, nam hæc iura non procedunt in caufis priuilegiatarum perfonarum, vt tenet Cala de mod. articul. & proband. in princip. & decifum refert Amat. in decif. 105. & clarum eft, beneficium electionis fori competere talibus priuilegiatis perfonis, etiam fi fuerint actores, iuxta doctrinam Bald. & Caftrenf. in l. vnic. C. quand Imperat. inter pupill. & vid. & Menoch. de arbit. Iudic. lib. 2. caf. 66. nu. 17. 2. vbi affirmat ita effe quotidianam praxim, & vfu receptam.

S V M M A R I V M.

1 *Teftes examinati abfque interogatorijs non probant.*
2 *Teftes examinati abfque interogatorijs repetuntur cum interogatorijs.*
3 *Probat teftis referens fe ad articulum.*

Teftis in repetione, datis interogatorijs per reum, an teneatur deponere per extenfum, an vero fufficiat referre fe ad primam depofitionem.

DECISIO CCLXXI.

1 TEftes examinati fine interrogatorijs datis à parte, non folum non probant, fed fi pars velit poffit eos adhuc repeti facere cum dictis interrogatorijs, fic enim communiter dicũt omnes Doct. & in fpecie fcripferunt Spec. in tit. de tefte §. iam de interogatorijs nu. 21. verf. item cautè facit Aduocatus Felynus in cap. cum causá nu. 8. verf. 6. nota extra de teftibus Practic. Corradi rub. de interrogatorio nu. 4. fol. 63. col. 2. in fin. Luc. Pet. in pract. capit. lib. 2. cap. 5. rubr. de admiffione articulorum nu. 15. etiam facta teftium publicatione Burfat. conf. 358. nu. 10. lib. 4. Viuius opin. 396. nu. 6. per totum in difcurfu, & Rota diuerforum decifione 84. par. 3. lib. 1. dicit, fuiffe
2 aliàs refolutum in Rota, teftes examinatos fine interrogatorijs partis, repeti per candem parté, datis interrogatorijs, quod procedit non folum in ciuilibus, fed etiam in criminalibus ad textũ in l. fi poftulauerit §. quæftion. ibi interrogandiq; facultas datur Patronis ff. de adult. Aretin. Blanc. Bertazzo. & Burfat. in locis relatis per Honded. in conf. 101. nu. 28. & licet Clar poft Foller, quem allegat in pract. crimin. §. fin. quæftione 23. verf. item quæro teftetur de contraria confuetudine, quod fcilicet in caufis criminalibus admittantur interrogatoria Fifci contra reum, non autem rei contra Fifcum, vide tamen bené deductos per Follerium, & Clar. refpondentes Honded. in dicto conf. 101. nu. 4. iuncto nu. 28. & num 37. & feq. & apud nos quendo reus eft præfens, non folum teftem confrontatum poffe per eundé reum interrogari, fed fi repetatur debere etiam cum interrogatorijs eiufdem rei examinari ad faturitatem.

Dubitatum tamen fuit in Curia Archiepifcopali, an teftis repetitus cum interrogatorijs rei teneatur refpondere per extenfum, an vero fufficiat fe referri ad primum examen, & quod fufficeret dicebatur, talé relationem perinde effe, ac fi in indiuiduo fingulas qualitates in articulo pofitas exprimeret Parif. conf. 88. nu. 8. & fequent. lib. 3. &
3 probat teftis; qui referens fe ad articulum dicit contentia in eo effe vera Bal. conf. 20. nu. 6. vol. 1. Soccin. conf. 56. nu. 12. vol. 4. Caffad decif. 3. nu. 9. de probationibus, Ludouif. decif. 578. & pluries Rota tenuit hanc opinionem, quod fufficiat, quod teftes deponant, contenta in articulis effe vera etiam fi explicitè per extenfum non deponant.

Rota

Rota penes Farinacc. post. 2. lib. conf. decis. 8. in princip... & fuit etiam dictum in Colonien. Canonicatus coram Cardin. Pamphilio impressa penes Garz. de benefic. par. 10. cap. 2. nu. 74. & in Iacen. Parochialis coram Bon. Memor. Penia impressa penes Marchesi. de commiss. tom. 1. fol. 462. & in Zamoren. confraternitatis 14. Iunij 1591. coram bon. mem. Gypsio, à qua opinione toties per Rotam firmata non est recedendum, licet pluries in contrarium tenentes referat Farinac. de testibus quæst. 80. nu. 100. huic opinioni est conformis alia opinio, quam passim Rota seruat, quod testis secundo loco examinatus possit se referre ad primum examen, etiam si illud sit nullum, & probat licet hoc secundo examine per extensum non deponat Seraphin. decis. 1147. Rota decis. 430. nu. 4. par. 1. diuers.

Curia tamen Archiepis. censuit supradicta minime procedere vbi dantur interrogatoria per reum, quo casu necesse est, vt respondeat per extensum, nec sufficeret se referre ad primam depositionem.

SVMMARIVM.

1 *Depositum non integrum lite pendente potest reintegrari.*

2 *Depositum nulliter factum, potest deinde conualidari.*

Depositum potest fieri in qualibet parte Iudicij ibidem.

3 *Creditor posterior in Iure offerendi, in secundo iudicio offerre potest.*

Depositum non integrum, an lite pendente possit decerni per Iudicem, vt reintegretur.

DECISIO CCLXXII.

DEposita quadam pecuniarum quantitate, ad affectum rescindendi contractum per debitorem clerici fuit per eius creditorem aduersariũ nonnulla opposita, & inter cætera, depositum non fuisse integrum, quare Curia præcepit reuideri præfatum depositũ si integrum esset, quo viso fuit dubitatum, an lite pendente po-
1 tuisset reintegrari, & fuit affirmatiue resolutum, nam depositum si à sui principio integrum non fuerit, pendente lite reitegrare poterit retrahens, vt obtineat ad textum in l. si rem §. fin. ff. de pignor. act. Tiraquell. lib. 1. retract. §. 1. gloss. 8. numero 13. Lancell. consilio 14. numero 41.
2 Ita quod si à principio litis nullum pretium in retractu deposuit poterit pendente iudicio deponere, vel si nulliter factum fuerit poterit denuo valide fieri cum hoc permittatur in quauis parte iudicij Menoch. de arbitr. in add. cas. 232. numero 47. post Corn. consilio 82. numero 8.
3 volum. 4 sic quoque iniure offerendi posterior creditor, qui primo iudicio saltim pendente non obtulit, in appellat ione offerre poterit Afflict. decis. 16. nu. 5. Ruginell. de appellat. §. 10. glos. 3. num. 16. Crauett. cons. 331. num. 20. Minad. conf. 19. num. 12.

SVMMARIVM.

1 *Depositum non dicitur integrum si quid soluitur singulis hebdomatis in excompitum eiusdem depositi.*

2 *Depositum debet esse purum, & simpliciter fieri.*

3 *Initium est spectandum.*

Depositum, an dicatur integrum, si deponens quid singulis hebdomadis in excompotum eiusdem depositi aliquid recipiat.

DECISIO CCLXXIII.

1 OPponebatur ex parte creditoris in Curia Archiepiscopali contra quendam clericum debitorem deponentem ad effectum distrahendi depositum nõ fuisse integrum ex eo, quod euidenter apparebat initam fuisse conuentionem inter ipsum clericum deponentem, & Bancherium in singulis hebdomadis in excompotum eiusdem depositi Bancherius quid soluerer, quare fuit in eadem Curia dubitatum, an prædictum depositum esset integrum, & fuit comuni voto resolutum ad effectum de quo verba facimus minimè integrum dici posse, etenim ad integrandum depositum, vt pluries supra diximus, necesse est, vt pure, & libere fiat iuxta opinionem, quam sæpissime Rota amplexa fuit in decis. 71.
2 nu. 9. par. 1. Rota Perus. in decis. 105. Turret. cons. 8. nu. 5. vol. 3. Menoch. plenissime de arbitrar. iudicum casu 232. num. 4. & in conf. 460. num. 7. & sequent. vol. 1. vnde merito Magon. in decis. Rotæ Florent. 31. nu. 19. censuit, ex mente eiusdem Rotæ reprobari depositum; quod nimis est conditionibus inuolutum, & cautelatum, sequitur Rota Genuen. in decis. 144. num. 15. Carroc. decis. 5. nu. 6. præterquam si esset conditio per recipientem implenda, iuxta tradita copiosè per Alexand. cons. 26. col. fin. vol. 6. Curtius Iun. in conf. 39. col. 3. Marescott. resolut. 7. nu. 10. Riminald. Iun. in conf. 666. nu. 56. Et ex ijs fuit in Curia Archiepis. resolutum, depositum non fuisse integrum per text. & glos. l. si ventri §. in bonis, vbi Rip. num. 4. ff. de priuil. credit. l. si hominem §. quoties ff. de depos. Bald. Salyc. & Castr. in l. fin. C. eod. Idem Bald. conf. 142. vol. 5. Castr. conf. 285. num. 4. vol. 1. Felyn. in cap. cum ordinem num. 2. de rescriptis Lup. de vsur. §. 3. nu. 61. quod procedit si à principio pro soluendo annuo interesse con-
3 uentum fuerit latè Giurb. decis. 98. assignans rationem, nam initium est semper seruandum, vulgatis iuribus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Clausula, dummodo centum remaneant Titulari requirit plenam probationem, & est iustificanda deductis oneribus nu. 2.*

3 *Quæ onera sunt deducenda, vbi adest clausula, quod remaneant centum pro Titulari num. 4. & vide nu. 5.*

Clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore, an intelligatur detractis oneribus; & quænam onera sint deducenda.

DECISIO CCLXXIV.

1 CLausula, dummodo centum, seù mille remaneant Titulari requirit plenam, & concludentem probationẽ Paris. de resignat. lib. 6. quæst. 2. nu. 25. Seraphin. decis. 1122. num. 2. & fuit dictum in Cusentina Parochialis coram Litta impressa penes Marches. de commiss. tom. 1. fol. 629. Marta qui decis. Rot. cumulat in clausulario par. 1. claus. 42. nu. 1. & ideo licet regulariter valor sufficienter probetur per publicam vocem, & famam, tamen non procedit, quando agitur ad effectum iustificationis clausulæ, dummodo, & pluries fuit decisum, & præsertim decis. 443. sub nu. 1. & 4. par. 2. in recent.

2 Et est iustificanda dicta clausula deductis oneribus, quia centum, vel mille debent remanere libera ab oneribus, vt fuit dictum in foro Sẽpronien. pensionis 9. Februarij 1615. coram Cardin. Sacrato, & in Cremonen. pensionis 28. Maij 1618 coram R. P. D. Caualerio, onera autem quæ sunt

3 deducenda sunt onera ordinaria, & necessaria, & non alia Gig. de pens. quæst. 96. nu. 2. Cassad. decis. 19. nu. 1. & 2. de præbend. & latè fuit dictum in Roman. pensionis 6. Nouẽbris 1619. corã R. P. D. Buratto confirmata corã Eodem 6. Aprilis 1620. & de oneribus extraordinarijs, quod illa non sint deducenda, fuit resolutum in decis. 298. nu. 2. par. 1. & in Cusentina pensionis coram Litta impressa penes Marches. de commiss. tom. 1. fol. 619. & in dicta Romana pensionis coram R. P. D. Buratto, & in incertis, & variabilibus, & non perpetuis, quod non sint deducenda Puteus decis. 201. lib. 3. Rota decis. 158. nu. 20. par. 1. in recent. & fuit dictum in dicta Roman. pensionis 6. Nouembris, ad istum autem effectum, subsidium, & excusatum, quod soluitur Regi Catholico censetur perpetuum, & est detrahendum, quia licet solum sit ad quinquenniũ concessum, tamen finito quinquennio solent Pontifices de nouo illud reconcedere Garzi de benef. par. 5. cap. 3. nu. 174. & sequent.

4 item quod onera voluntaria, & arbitraria nõ sint deducenda est glos. in cap. si propter tua in verbo specialis gratiæ de rescript. lib. 6. & fuit dictum in dicta Cremonen. pensionis 28. Maij 1618. coram R. P. D. Caualerio, & in dicta Romana pensionis 6. Nouembris, in quibus decisionibus fuit consideratum, quod non potest Rector ad libitum imponere onera voluntaria in præiudicium Pensionariorum. Hinc est, quod onus, quod potest per ipsummet Titularem subiri non est detrahendum Rot. decis. 158. nu. 19. par. 1. in recent. & fuit dictũ in dicta Romana pensionis 6. Nouembris: hinc etiam est, quod onus vnius Coadiutoris, seù Cappellani, seú Vicarij non est detrahendum; vt fuit dictum in dicta Cremonen. pensionis, quia regulariter in Parochiali vltra Sacerdotẽ sufficit vnus simplex clericus Cassad. decis. 19. sub num. 1. de præbend. Rot. decis. 56. num. 10. par. 2. diuers. fuit dictum in Valisoletana seruitij 11. Ianuarij 1619. corã Bo. Men. Andrea, si tamen probaretur, quod vnus Rector solus sine alio Sacerdote Coadiutore non posset supplere, tunc bene Coadiutor diceretur necessarius, sed ad istum effectum probari debet, quod ob defectum ministrorum, & multitudinem incolarum infantes sine Baptismo, & homines sine Sacramentis obierint Host. in cap. ad audientiam il primo nu. 3. de Eccles. ædific. Veral. decis. 240. nu. 3. par. 2. & fuit dictum in dicta Valisoletana seruitij coram Bo. me. Andrea vbi etiam respondetur ad decisiones in contrarium, nec sufficeret probare, quod tempore Quadragesimali, & Paschatis nõ sufficiat vnus Rector pro audiendis Confessionibus, & subministrando Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, quia tunc pro illo tempore tantum est necesse toto tempore anni huiusmodi Coadiutores retinere, ita fuit consideratum in dicta Valisoletana seruitij eadem etiam non est detrahendum salariũ vnius Factoris vti mere voluntarium non necessarium, vt fuit dictum in dicta Cremonen. pensionis 1618 coram R. D. P. Caualerio, vbi consideratur, quod prædicta poterãt locari colonis portionarijs, & sic cessabat necessitas Factoris.

5 Onera verò necessaria detrahenda sunt, vt salarium vnius clerici in minoribus constituti, qui inseruiat Missis, & cæteris necessarijs, iuxta text. in cap. vt quisque de vita, & honestat. clericorum Cassad. decis. 19. de præbend. & fuit dictum in dicta Cremonen. vbi salarium dicti clerici fuit taxatum ad scuta viginti quatuor, & in dicta Romana pensionis, vbi fuit solum taxatum ad scuta 12. ex eo, quia Ecclesia non erat Parochialis insignis, prout erat in dicta Cremon. item sunt subducenda onera expensarum pro cultu diuino, scilicet ꝓ cera Hostijs, Vino, Oleo, pro luminaribus Sanctissimi Sacramenti, & pro Musica in festo eiusdem Ecclesiæ, & similibus, vt fuit dictum in d. Cremonen. Item Rota in dicta Romana pensionis coram R. P. D. Buratto dixit, quod pensionarij concurrere debebant pro rata ad refectionem domorum Ecclesiæ, & Fabricæ Ecclesiæ sunt etiam subducenda cambia, quæ pro transmissione pecuniarum à loco beneficij ad locum, vbi soluenda est pensio Titularis patitur, vt fuit dictum in Monopolitana pensionis 3. Aprilis 1598. coram Orano.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri recedenti à viro ex causa debentur alimenta.*
2 *Pendente causa alimentorum debentur alimenta filijs à patre.*
3 *Maritus non lucratur dotem, nisi post mortem uxoris.*
4 *Maritus non obligatur ad præstationem alimentorum, quando mulier habet vnde dotem percipere potest.*
5 *Maritus tenetur ad alimenta ex dote non obstante opulentia vxoris in parafrenalibus.*
6 *Pendente lite super matrimonio debentur alimenta mulieri etiam adulteræ.*
7 *Alimenta debentur etiam si dos non ascendat ad quantitatem alimentorum.*
8 *Alimenta debentur vxori etiam extra domum viri commoranti, quando ab eo aufugit causa seuitiæ.*

Mulieri habenti bona parafrenalia, & dotalia, an debeantur alimenta ab eius viro pendente lite super separatione Thori.

DECISIO CCLXXV.

CErti, indubitatique iuris est mulieri litiganti super separatione Thori impartienda esse alimenta ab eius viro, vt latè per Affli. post alios in decis. 10. & 11. Valasc. in decis. 1. vnde Bald. notabiliter in cons. 176. vol. 1. quem refert, & sequitur Crauett. in cons. 164. voluit, mulieri
1 recedenti à viro ex causa deberi alimenta lite pendente, quibus addo Neapod. in consuet. Neapol. in tit. de alimentis præstandis nu. 81. vbi pendente causa alimentorum debere alimenta filijs à patre,
2 & iuxta hanc sententiam fuisse iudicatum in Sacro Consilio refert Vrsill. in add. ad cit. decis. vnde Triuis. in decis. 16. par. 2. ideo deberi alimenta dicit, ne tædio famis adulterium committat, & alias esset exequi sententiam ante sententiæ prolationem, vt probatur in cap. ex parte de accusationibus Feder. de Senis in cons. 176. in fine num. 1. Riminald. in cons. 274. nu. 1. in fine, imo Triuis. loco supra cit. nu. 5. aliam rationem reddit, quia maritus alias dotem lucraretur, vir enim dotem,
3 vel dotis quotam partem non lucratur, nisi post mortem vxoris l. post mortem ff. de pactis dotalibus.

Dubitatio tamen de qua in Curia Archiepisc. controuersa valde fuit, in eo versabatur, an scilicet supradicta conclusio procederet, vbi mulier bona parafrenalia vltra dotalia possideret, & prima consideratione dicebant Domini, maritum non obligari ad huiusmodi alimentorum præstationem ex eo, quod d. mulier haberet aliunde vn-
4 de dotem percipere potuisset, iuxta tradita per Alex. in cons. 72. volum. 5. Anan. cons. 54. num. 4. post Fel. in c. si diligenti nu. 5. de foro cõpetenti.

Cæterum Curia Archiepisc. contrarium iudicauit, maritum scilicet teneri ad alimenta ex do-
5 te, non obstante opulẽtia vxoris in parafrenalibus de iure enim maritus tenetur alimentare vxorem l. quod in vxorem cum late ibidem traditis C. de negotijs gestis Bald. cons. 71. num. 6. & seq. vol. 1. Alex. in cons. 339. vol. 3. & in l. fin. in fine ff. soluto matrimonio; imò mulieri adulteræ pendente lite
6 super separatione Thori debentur alimenta voluit Bolognin. in cons. 23. & Grat. in cons. 57. vol. 1. & Triuis. loco iam sæpius cit. imo si aliter assereretur esset contra iuris dispositionẽ, qua cauetur lite pendente esse quemlibet alimentandum ideo contra quem lis dirigitur c. ex parte vbi latissimè DD. communiter de accusationibus, & in l. fin. C. de ordine cognitionum, & ad cõprobationẽ præsentis speculationis adducitur decisio Peguer. 20.
7 nu. 7. vbi alimenta debentur vxori pendente lite super matrimonio de redditibus dotis, etiam si nõ ascendat ad quantitatem alimentorum, vt refert Butrig. in l. si cum dotem §. sin autem in sæuissimo ff. soluto matrimonio Guid. Papa in cons. 127. & in decis. 4 & decis. 9. num. 6. vbi firmat licitum esse vxori fugere, quando ipsa acriter à marito
8 verberatur, & tunc debentur alimenta, etiam extra domum sequitur Neuiz in Silua Nuptial. col. 4. circa finem, & post Bald. in l. 1. nu. 9. de legatis, & Ang. cons. 17. nu. 6. & Lofred. in cons. 7. num. 6. & sequent. vbi quãdo mulier habet dotem, quam possidet eius maritus debet alimenta lite pendente ex eisdem bonis dotalibus percipere, quinimo maritus tenetur ad alimenta, etiam si vxor nullam dotem in eius domo reportauit, iuxta glosam communiter receptam in cit. l. quod in vxorem C. de negotijs gestis, latissimè Surd. de alimentis lib. 3. quæst. 27. cum alijs apud Aufrer. ad Capp. Tholos. in decis. 176. vbi plenissimè articulum discutit, & facit ad hoc Alciat. de præsumptionibus lib. 3. regula 4. vbi pro regula traditur lite pẽdente semper præstanda esse alimenta, & litis expensas vt notabiliter pariter voluit Milanens. Rota Siciliæ decis. 10. par. 2. vbi multa ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Vnusquisque potest votum suum liberè renunciare limita nu. 3. contrarium nu. 4. & vide nu. 5.*
2 *Vnusquisque potest iuri suo renunciare.*

Voci actiuæ, an quis possit renunciare.

DECISIO CCLXXVII.

1 IN causa mihi commissa hæc dicebam, suffragium suum, & votum posse quem de communitate liberè omittere, ipsique renunciare non veniendo ad Cõclaue, Capitulum, & Congregationem, vel ab ea recedendo, vel schedulam albam mittendo in vas, seu saccum tempore electionis, & suffragiorum, vel clara voce renunciando, vt probat textus in cap. cum nobis cap. quod sicut & c. quia propter, & ibi glos. verb. voluntaria iura allegat. de elect. & in cap. vbi periculum §. 1. vers. sane eod. tit. lib. 6. hinc est non posse quem cogi ad suffragium suum dandum, vt probat textus per argumentum in clementina, ne Roman.

§. porrò

§. porrò de elect. nisi intersit Ecclesiæ, vt ibid.

2 Et ratio est, quia iure suo potest quis liberè renunciare l. si quis in conscribendo C. de pact. tum quia iam remanet potestas Capituli in alijs ad negotium peragendum, qua ratione alij capitulares communiter lætantur de talibus renunciationibus, quia facilius negotium cum paucis, quam cum multis expeditur, tum quia nemo tenetur dare rationem suffragij, nec ad id cogi potest, & ideo parum curatur vtrum iste vel ille nolit, aut velit votum omittere, vel eo frui, quia parum, aut nihil interest communitatis, cum sicut proximus maneat tota Capituli potestas penes alios, & ita tenet glos. d. cap. vbi periculum §. 1. vers. sanitatem Host. in sum. tit. de elect. itum. t t. Lap. allegat. 131. num. 4. Panor. d. cap. quia propter num. 4 Sil. verb. elect. 1. q. 5. num. 3. & 5. Rodrig. in summ. tit. de elect. cap. 102. nu. 7. & tom. 2. regul. quæst. 11. artic. 13.

3 In foro verò conscientiæ quidā tenent, nō posse quē suo voto renunciare, sed teneri ipsum dare, & rationē et ipsius reddere si aliquā habeat bonam, & vtilem, vel sic coadiuuet alios, allegatur pro hoc Felyn. in cap. si diligenti nu. 16. & 20. de for. compet. vbi dicit non posse quem renunciare iuri suo, quando ipsius vtilitas priuata est inseparabilis à publica, sed hac solum ratione attenta, nec in foro exteriori posset quis suō suffragio renunciare, cū contrarium supra probatum sit, allegatur etiam pro hoc Panor. loco supra citato, sed nihil facit pro foro conscientiæ, allegatur denique Morla in suo Empor. iuris tit. 1. nu. 19.

4 Sed sanè nō video rationem diuersitatis in vtroque foro, nam si votū daturus sit persona sapiens, & erudita, & suffragium eius vtile sit communitati ad alios imbuendos, & erudiendos in rebus proponendis, is talis etiam in foro exteriori cogi poterit ad votum suum emittendum, & ad id tenebitur in vtroque foro. Si vero non sit talis in neutro facit alicui iniuriam ex voti sui renunciatione, & sic poterit absque scrupulo, & vllo peccato renunciare, etiam in foro conscientiæ.

5. Quod intellige verum, quando negotium propositum non est magni momenti, nec graue, secus in altis, quia sæpè ex tali suffragiorum renunciatione concluditur negotium propositum in damnum, & præiudicium nō modicum totius communitatis, præsertim cum intercedit, & immiscetur passio aliquorum, vel subornationes adsunt itaq; in negotijs grauibus peccat grauiter, qui suffragium suum denegat communitati, & ita intellige Sil. verb. consensus quæst. 3. in fin. vbi reprehendit religiosos voci suæ renunciantes, quando videtur authoritatem prouidendi remanere penes eos, qui zelo carent sequitur Graff. lib. 2. suarum decis. cap. 117. nu. 18. adde Rebell. t. p. oblig iust. lib. 3. q. 7. nu. 9. & 10. vbi idem in effectu tenet.

SVMMARIVM.

1 *Quod decernit maior pars, ab omnibus factum censetur.*

2 *In maiori parte consistit communitas.*

3 *In foro interiori non tenetur quis subscribere id quod contradicit.*

Conclusum à maiori parte Couentus, vel Capituli, an debeant dissidentes, & discordes subscribere.

DECISIO CCLXXVII.

1 IN causa mihi commissa hæc dicebam, quod si Canonicus, vel Monachus, siuè alius de communitate dissentiat à maiori parte Capituli nihilominus in foro exteriori tenetur subscribere quod maior pars subscripserit, quod enim decernit maior pars censetur de Iure ab omnibus factū

2 quippè trahit ad se alios, quia in dicta maiori parte stat, & consistit omnis communitas, & eam repræsentat, vnde alij, & si dissentiant tenētur saltem se subscribere, & firmare quod maior pars subscribit, quia alias possent multa inconuenientia inde euenire, nam qui sunt extra Capitulum facile scirent vota quorumcunque, qui nimirum consensissent, & qui dissensissent, propter hæc, & similia inconuenientia vitanda, & quia Iuri consentaneum est, vt in nominibus actionibus Capituli omnium Canonicorum nomina subscribantur, quāuis aliqui ex eis contradixerint ijs, quæ maiori parti placuerint, idem docet Paleot. in lib. de Consist orio Papæ, & seruatur quotidiè in practica in ferendis, & subscribendis sententijs.

Attamen verum est, si contradictorum intersit, vt de eorum dissensione constet posse fieri, vt in fine instrumenti Capitularis apponatur eorūdem contradictio, seù dissensio, vel seorsum, & hoc melius recipiatur instrumentum de illorum contradictione, & intellige prædicta esse vera, & procedere, quando maior pars collegialiter consentit secus si separatim, & sigillatim, accipiēdo subscriptionem cuiusque in singulorum domibus, vel cellis, tunc enim non tenetur quis se subscribere, licet maior pars Conuentus se subscripserit.

3 In foro verò interiori non tenetur quis subscribere id quod contradicit, quia dura res est cogere quem ad subscribendum, quod impugnat, quia talis subscriptio est quædam approbatio, saltē præsumpta quoad ignorantes eius contradictionem, præterea in prædicto foro animæ cessant inconuenientia superius tacta.

Vnde nisi requiratur à Notario recipiente instrumentum, vel alias, vt subscribat, quod fuerit decretum á maiori parte non tenetur se offerre, imò potest tutè se eximere, si commodè possit, vel non assistendo illa die in Capitulo, vel à domo, vel Capitulo descedendo tempore propositionis faciendæ, vel rogando Præsidem, vt ipsum ad subscriptionem non cogat.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet tenetur denunciare hæreticos, limita nu. 2 3. 4. 5. 6. & 7.*

S Eru-

Enumerantur casus, in quibus quis non tenetur denunciare Inquisitoribus hæreticum.

DECISIO CCLXXVIII.

1 Regulariter, & absque aliqua Iuris interpretatione quilibet sciens aliqua de ijs, quæ in edictis fidei continentur tenetur reuelare & indicare Dominis Inquisitoribus sub pœna peccati mortalis, & alijs pœnis, de quibus ibi, vt tradit Royas in singularibus fidei sing. 5. á nu. 14 vbi po-
2 nit octo ampliationes, & tres limitationes. Notandum est tamen sub hac regula non includi ipsummet delinquentem, vt quidam perperam aliquando intellexerunt, ratio est, quia nemo tenetur se ipsum prodere, iuxta Regulam B. Il. Greg. non dico vt te prodas de qua in cap. quis aliquando de pœnitent. dist. 1. docet D. Tho. 2.2. quæst. 69. art. 2. & Soto lib. 5. de Iust. quæst. 6. art. 1. & 2. & in specie Royas sup. nu. 35. pro quo facit nullũ teneri detegere suam turpitudinem l. alias ff. de Iureiur. quod esse communiter receptum tradit Dec. in l. fin. nu. 60. C. de edendo, & Iul. Clar. §. fin. quæst. 45. vers. sed quæro, & intellige non teneri reum se ipsum prodere, quando nec indiciatus est, nec infamatus, nec est contra eũ semiplena probatio, vt per DD. sup. & Bernard. de Arcualo in suo tract. de correc. frater. fol. 194. in fin. cum seq. Padilla l. transigere nu. 5. C. de transact. alias teneretur se prodere, & confiteri delictũ sub pœna peccati mortalis, vt per Nauarr. cap. 12. nu. 8. & Marant. de Ordin. Iudi. 6. parte in 7. membro iudicij nu. 9. Bal. in l. 2. §. quod obseruari nu. 23. vers. concludo ergo C. de iuram. calum. D. Thom. optimè 2.2. quæst. 69. art. 1. Inn. & commun. in cap. 1. de confess.

3 Limita primo prædictam regulam, quando errans circa fidem est idiota & simplex, ita vt magis credendum sit errare ex ignorantia veritatis, aut determinationis Ecclesiæ, quam ex militia, & pertinacia, quia talis non est hæreticus in foro conscientiæ, secundum Nauarr. in Manual. prælud. 1. num. 10. vnde circa hos seruanda est regula, quam Doctissimus Fr. Petrus de Salamanca Ordinis Prædicatorum obseruandam dicebat, aiebat enim si quis dicebat aliquid apparens hæreticum non teneri me statim de ipso denunciare Dominis Inquisitoribus, sed sufficere ab ipso percontari quomodo verbum illud intelligebat, & si eum pœnitebat verbi male, vel erronee prolati satis esse, & sic videtur aliquo modo deobligatus ad eum denunciandum, idem docet Bernard. de Arcualo vbi supra fol. 188. col. 2. quod tamen limitandum puto, dummodo errans circa fidem non sit de genere Hæbreorum, vel apertè deprauatæ vitæ, nam secundum Aug. hæresis prouenit in pœnam peccati.

4 Limita secundo in eo, qui scit aliqua ex contentis in edicto, quæ non spectãt ad fidem, sed ea habent Domini Inquisitores ex commissione speciali puta in quibus est locus præuentioni, & potest quis adire Ordinarium Ecclesiasticum, vel seculare, vt est peccatum sodomiæ, seu nefandum vsuræ, Laruarum, seu maleficarum, & similium, nam tunc sufficit, vt indicem, & detegam alicui ex dictis Iudicibus, dummodo statim post publicationem edicti id faciam, alias præceptum edicti obligat me ad reuelandum, cum præuenta sit Inquisitorum iurisdictio, saltem quoad obligandum ad denunciationem; verum tamen cum æquè sint alij Iudices dictorum casuum videtur sufficere vni ex illis manifestare saltem in foro conscientiæ non obstante dicta præuentione Inquisitorum.

5 Limita tertio, quando per Sacramentum Pœnitentiæ patet quem non esse corde, sed tantum ore hæreticum, vt in exemplis adductis per Nauarr. sic intelligendum cap. 11. nu. 24. §. 3. quem sequitur Viualdus in suo Candel. aur. tit. de absolutione nu. 11. & Pet. de Aragon 2.2. quæst. 11. num. 3. pag. 344. obserua tamen in hoc casu vnum mente retinendum, videlicet si quis adeat Confessarium, & confiteatur se aliquid dixisse, vel fecisse exterius, sapiens hæresim, non tamen ex corde, sed fictè ob timorem, vel aliam causam, vt sæpè accidit in Anglia, & Francia, tunc Confessarius tenetur ei credere, alias inferret iniuriam pœnitenti, & cum talis non sit verè hæreticus poterit ab eo absolui, iuxta præfatos, & communem.

6 Limita quarto in his in quibus delictum se fundat in præsumptione, vt in chiromanticis, nigromanticis, & alijs qui in expectione rimularum, vel linearum manuum aliqua prædicunt, si alias ego certo scio non habere tales pactum vllum cum Dæmone, nam Motus proprius Xisti Quinti circa hoc editus fundat se in hoc pacto, in dubio autem tenetur quis eos denunciare.

7 Limita quinto in eo, qui aliqua audiuit, seù vidit quæ sapiunt hæresim, vel sunt suspecta, sed non bene recordatur de verbis, seù factis, nam nemo denunciandus est, nisi de certo, & indubitato crimine communem dicit Areualo vbi supra fol. 189. col. 1. & fol. 193. quod habui in facti contingentia, nam quidam dixerat cuidam amico suo quædam quæ fecerat in certo casu, quæ postea amicus existimauit esse, vel cum pacto Dæmonis, vel saltem suspecta de hæresi; sed quia non potuit bene recordari de ijs, quæ ille dixerat nunquam eum denunciauit, quia nesciebat quid certi dicere posset, faciunt not. per Nauar. cap. 25. nu. 46. §. 2. & 3.

8 Limita sexto, in filio contra patrẽ maximè si pater non inducebat filiũ ad hæresim, ita Royas sing. 12. à nu. 2. & ità intellige eundem sing. 5. num. 29. idem videtur dicendum de vxore, marito, & fratre, sed contrarium in his tenet Royas dict. sing. 5. nu. 30. quod verius credo saltem quoad fratrem, & tenet in terminis Direct. Inquis. 2. par. tit. de præsumpt. in cap. literas §. 14. comment. 15. vbi dicit, quod etiam si pater, vel frater sit, qui dictum crimen commiserit tenetur filius, vel frater ipsos denunciare, & ratio principalis limitationis est, quia videretur se ipsum accusare, cum pater, & filius sint vna eademque persona.

SVM-

SVMMARIVM.

Episcopi quomodo se intromittant cum officio sanctæ Inquisitionis in cognoscendo de crimine hæresis.

DECISIO CCLXXIX.

1 EPiscopi licet de Iure communi sint Iudices ordinarij in vtroque foro in crimine hæresis cap. ad abolendam de hæreticis, docet Viuald. tit. de absolut. nu. 12. post Caiet. quem ibi refert, adeo vt inter casus eisdem Episcopis de Iure communi reseruatos ponat dictum crimen Host. in sum. §. cui confitendum vers. in hoc & Rip. in tract. de peste cap. fin. nu. 39. per priuilegia tamen à Sede Apostolica officio sanctæ Inquisitionis concessa restricta est Episcoporum potestas quoad d. crimen, nam solum ipsis conceditur cognoscere de dicto crimine in Tribunali, & domo dicti Sacri Officij vna cum Inquisitoribus vt constat ex text. in cap. per hoc de hæret. lib. 6. itaque potestas illa ampla quam Episcopi de Iure communi habebát
2 ad cognoscendum de crimine hæresis in vtroque foro, & in quacunque parte, & loco suarum Diœcesum, stricta est hodie quoad forum exterius ad Tribunal, & domum sancti Officij Inquisitionis, vbi omnes Episcopi, qui sunt in districtu eiusqué domus Inquisitionis assistunt per se, vel per suos Delegatos ad decidendum causas fidei suarum Diœcesum, vt docet Genuens. in praxi Cur. Archiep. Neap. cap. 66. & alij citati ab Addittionante Sum. Tolet. in vltimo fol. sine quibus quidem Episcopis, seù Delegatis non possunt dicti Inquisitores decidere causas fidei subditorum præfatorum Episcoporum, vt notat Rodrigu. sum. tit. de prælados cap. 29. conclus. 4. & est ratio, quia Officium
3 Inquisitorum cum Ordinarijs Episcopis est cumulatiuè, & non priuatiuè, vt probat text. d. cap. per hoc, quem ad hoc notat Fely. in cap. excommunicatus nu. 43. de hæreticis.

4 Præterea Episcopi non solum in foro exteriori nequeunt cognoscere de crimine hæresis, nisi vt dictum est, sed etiam quoad forum interius, & cóscientiæ est sublata ipsis Iurisdictio, & potestas absoluendi hæreticos per Bullam Cœnæ Domini, vt notat Caiet. verb. excom. cap. 1. & Nauar. in man. cap. 27. nu. 273. itaque quamuis per Concilium Tridentinum sess. 24 cap. 6. sit dictis Episcopis restituta facultas cognoscendi, & absoluendi de dicto crimine hæresis in foro conscientiæ, postea tamen per eandem Bullam Cœnæ Domini ablata est ei dicta facultas, per verba illa Bullæ superaddite post Concilium, seù à cuiusuis Concilij, per quæ manet derogatum d. cap. 6. Concilij Trid. quoad potestatem datam ibi Episcopis absoluendi à crimine hæresis in foro conscientiæ, licet enim sit cótrouersum inter Doctores an sit necessaria derogatio, & mentio specialis ad derogandum Concilio, & multi graues Doctores teneant affirmatiuam. & sic non sufficere clausulam, non obstantibus hanc esse communem opinioné testatur Menesi in l. vniuersi ff. de diuers. rescript. vbi dicit quod totus mundus sequitur istam sententiam cui fauet cap. ex parte de Cappell. Monach. sed verius est non esse necessariam specialem derogationem, sed sufficere generalem per clausulam, non obstantibus, vt affirmat Inno. & Abb. in d. cap. ex parte & cap. 1. num. 14. de rescript. Henriq. de indulg. cap. 26 §. 3. in fi. & ita seruatur in practica, & ita etiam decreuit Pius V. per specialem Bullam motus proprij in qua declarauit quoad derogandum Concilio Trid. sufficiebat derogatio generalis per clausulam, non obstantibus, nec obstat dict. cap. ex parte, quia est speciale, secundum Acóstam in lectura dict. cap. 1 de rescript. Itaque hodie nullus præter Papam extra articulum mortis potest absoluere hæreticum, & in foro conscientiæ, & quod sit derogatum per Bullam Cœnæ d. cap. 6. Concilij Triden. in specie declarant Pius Quintus & Greg. XIII. teste Nauarr. d. cap. 27. num. 273. & sæpius ita fuisse pronunciatum Romæ in Almo Sacrosanctæ Inquisitionis Prætorio testatur Direct. Inquis. idem etiam declarant Illustrissimi Cardinal. Congreg. Concil. Trid per hæc verba. Episcopus neque Inquisitor absoluere possunt hominem hæreticum in foro conscientiæ, licet hæc facultas à Concil. Trid. tradita sit Episcopis, & tradunt Nauarr. cons. 43. nu. 3. de sent. excom. Maiol. de irregul pag 478. & Suar. to. 4. disput. 30. sect. 2. nu. 10. Azor. & alij citati ab Additio. summæ Tole. lib. 4 cap. 4. & in fol vlt. quidquid contrarium tenuerint aliqui ex recentioribus, vt Nauar. sibi contrarius d. cap. 27. nu. 273. & cons. 15. nu. 1. de sent. excomm. Cordub. quæst. 8. Pet. ab Aragon. 2. 2. quæst. 11 art. 3. pag 343. & Rodriq. verb. Heregia cap. 131. §. 3. Viual. in candel. aur. tit. de absolutione nu. 13. Henriq. de pœnit. cap. 4. nu. 7. post Guttier. in quæst. canon. & alios per eũ citatos, & Rodriq. in quæst. regular. lib. 1. q. 20. art. 10.

5 Et hactenus dictis constat Episcopos in foro conscientiæ nó posse hodie absoluere quemquam hæreticum, in foro vero exteriori posse vna cum Inquisitoribus in Tribunalibus dicti Sancti Officij.

Constat etiam, Dominos Inquisitores fidei posse cognoscere de crimine hæresis, & absoluere hæreticos à censura, & excommunicatione ob dictũ crimen incursa in foro exteriori non tamen posse absoluere eos à foro à peccato hæresis in foro pœnitentiali, quia tantum sunt Iudices quo ad forum contentiosum, & hinc est, quod plures ex ipsis non sunt Sacerdotes, sed tantum clerici primæ tonsuræ.

Denique obseruandum est, quod postquam præfati Domini Inquisitores abiurare faciunt hæreticos, & eos absoluunt ab excommunicatione, quoad forum exterius, tunc potest quilibet Con-

fessarius virtute Bullæ Cruciatæ, eos absoluere à peccato hæresis, quia sublata censura nõ remanet dictum crimen reseruatum, nullum quippe peccatum est Papæ reseruatum, nisi ratione censuræ, quia sublata, remanet peccatum non reseruatũ, vt est cõmunis opinio omnium Doctorum, & notat Rodrig. d. lib. 1. quæst. regul. q. 10. art. 10. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus à quonam debet absolui.*
2 *Hæreticus potest absolui à quocunque Sacerdote in casu mortis.*
3 *Dispositio tex. in cap. eos, qui de senten. excommun. in 6. an procedat in hæretico absoluto in periculo mortis.*

Hæreticus à quonam absolui debeat.

DECISIO CCLXXX.

1 HÆreticus licet per Conciliũ Tridentinum sess. 24. cap. 6. poterat quoad forum interius à suo Episcopo absolui, vel ab alio Cõfessario de eius licentia, & cõmmissione, secundum. Nauarr. consi. 1. de constit. nu. 88. cum sequ. & consi. 15. nu. 3. de sent. excommun. Cordub. casu 8. Petr. ab Aragon. 2. 2. quæst. 11. artic. 3. Viual. in Candel. aur. tit. de absolutione nu. 12. & 13. Henriqu. lib. 3. de pœnit. c. 4. nu. 7. Guttier. quæst. Canon. & alios Neotericos, quos refert, & sequitur Rodriquez to. 1. quæst. regularium quæst. 20. artic. 10. pag. 181 & in summa 2. par. cap. 29. nu. 4. per Bullam tamẽ Cœnæ ex edicto canoni derogatũ fuit, vt declarãt Gregor. Pap. XIII. & Pius V. teste Nauar. cap. 27. nu. 273 & Maiol. de irregula. pag. 437. & Suar. 4. to. disput. 30. sect. 2. à nu. 10. declarauit etiam Congregatio Illustrissimorum Card. Concilij Triden. & ita est tenendum, quidquid in contrarium tenuerint præcitati, & aliqui alij recentiores.

2 In vno verò casu poterit à quocunque Sacerdote absolui, cum scilicet præfatus hæreticus fuerit constitutus in aliquo periculo, vel articulo mortis quia tunc nulla est reseruatio, & tradit Azor. 1. to. lib. 8. cap. 19. quæst. 5.

Quo ad forum tñ exterius à nullo põt absolui nisi à Papa, vel ab Inquisitore hæreticæ prauitatis.

4 Est tamẽ pulchrũ dubium, an, s. cũ hæretico absoluto in articulo, & periculo mortis sit seruanda dispositio capitis eos qui de sentent. excomunic. lib. 6. quatenus obligat taliter absolutos, vt se præsentent coram Superioribus cessante articulo, vel periculo, In hoc dubio distinguendum est, aut hæreticus est occultus, aut non, sed accusatus, seù denunciatus apud officium sanctæ Inquisitionis, & tanquam hæreticus condemnatus, primo in casu non tenetur se presentare, in secundo verò casu videtur quod sic, sed contrarium est tenendum, nam cum tales propter eorum absentiam, & contumaciam non comparendo soleant condemnari ad mortem igne adhibitam, & ita eorumdem statuæ concremantur, durum nimis esset obligare eos ad se præsentandum, & sic ad subeundam dictam mortem, quia nemo tenetur facere illud, vt mors sequatur, vt post D. Thom. tradit Silu. verb. accusatio quæst. 16. & faciunt not. à Caiet. 2. 2. quæst. 69. artic. vlt. ad 8. dubium, & ab Armilla verbo accusatio quæst. 21. facit etiam l. 1. ff. de bon. eorum, vbi dicitur ignoscendum esse ei, qui sanguinem suum qualitercunque redemerit licitum enim est iustè condemnato fugere à carcere, quãto ergo magis erit licitum non ire ad eã, ad mortem euitandam.

SVMMARIVM.

1 *Filij non possunt reuocare præsentationem factam à patre.*
2 *Pater, & filius eadem persona censentur.*
3 *Factum defuncti debet per hæredes ratificari.*
4 *Miserabilis persona in lite incepta cũ defuncto cui successit, non potest declinare forum.*
5 *Variatio est odiosa, & legibus inimica.*

An filij possint reuocare præsentationem in Iurepatronatus factam à patre, vel teneantur illam ratificare.

DECISIO CCLXXXI.

1 IN quadam causa Iurispatronatus vertente in Curia Archiepiscopali ortum est dubium, an stante præsentatione facta à patre, deinde mortuo ante institutionem præsentati possint filij illam reuocare, vel ratificare, & communi Dominorum voto fuit conclusum contra filios, non posse scilicet per ipsos præsentationẽ factã à patre reuocari, sed omninò esse cogendos ad ratificationẽ, Nouar. in addit. ad prax. elect. & variat. for. q. 50 vers. & scias sect. 1. & meritò cum factum à patre censeatur factum à filijs, stante ipsorum connexitate, nam pater, & filius ita sunt naturæ lege con-
2 iuncti, quod pro vnica persona reputantur l. fin. C. de impub. & alijs substit. adeò quod vbi vnus est alter esse videtur cap. cum contradicimus §. auctoritate 35. quæst. 3. & vox patris dicitur vox filij, & è contra §. ei qui instit. de inutil. stipulat. ita quod ex Iuris fictione, vt diximus pro vnica persona reputantur, & quodammodo promiscua est possessio patris, & filij, & quod ab vno possidetur, censetur ab alio possideri Bald. in l. 2. in fin. C. de legit. hæred. vbi firmat regulam, filios personæ priuilegiatæ habentis fori electionem gaudere eodem beneficio electionis fori.

Et eo magis ad sic decidendum moti sunt Domini, nam filij volentes præsentationem factam à
3 patre reuocare erant instituti hæredes, & factum nomine defuncti debet ratificari per hæredẽ l. quo enim §. si procuratori ff. rem ratam haberi, imò eo ipso videtur ratificari Bart. in l. 1. ff. solut. matrim. cũ factum hæredis reputetur factum defuncti, vt notat Angel. in consi. 85. per textum in l. vxorem §. agri plagam ff. de leg. 3. & hæres non potest improbare factum defuncti l. si cum à matre C. de rei vindic.

vendic. l. si uxor ff. de bon. author. iudic. possid. unde qui promittit pro se, pro hæredibus promisisse videtur glos. & Bart. in l. si sic ff de verb. oblig. ubi quod qui promittit tantum de facto suo non excludit hæredem, ex quibus, & alijs firmatur regu-
4 la, miserabilem personam in lite incepta cum defuncto, qui successit non posse declinare forum ex priuilegio l. unicæ C. quando Imper. inter pupill. & vid. cum hæres censeatur una eademque persona cum defuncto, iuxta latè tradita per Gabriel. in conclus. 11. de reg. iur.
5 Cui opinioni etiam fauet illa regula Iuris, qua cauetur variationem esse odiosam, & legibus inimicam, ac doli mali plenam Bald. cons. 326. nu. 4. vol. 1. ubi firmat ob id tanquam odiosam venire restringendam Calder. cons. 21. de Iur. patron. & Cardinal. in clem. 1. de renunciat. notab. 2. ubi scribit, quod creditor qui elegit rem unam ex oblatis à suo debitore vigore Auth. hoc nisi C. de solut. non valeat deinde variare petendo aliam.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à maiori parte patronorum est instituendus.*
2 *Successio in Iurepatronatus fit in stirpes, secus si Iuspatronatus legetur, vel donetur alicui familiæ ut num. 3.*
4 *Præsentatorum alter ab uno patrono, alter verò à decem, qui successerunt in stirpes, quis sit instituendus.*

An maior pars patronorum succedentium in Iurepatronatus in stirpes, sufficiat, vel sit necessaria omnium patronorum vox.

DECISIO CCLXXXII.

1 IN una Iurispatronatus Bisacien. dixi, quod sufficit maior pars patronorum, nam præsentatus à maiori parte patronorum semper est instituendus, ex eo, quia maior pars maiorem vocem facit, & ideò cum sint descendentes, & hæredes succeditur in stirpes in Iurepatronatus ad tex.
2 in clem. si plures de Iurepat. ex quo textu apparet successionem fieri in stirpes, atque ita plures descendentes ab uno unius dumtaxat loci haberi, ut tradunt Abb. in cap. 1. nu. 5. de Iurepat. Perez lib. 1. tit. 7. l. 7. pag. 140. vers. mouere iuuat Abbas cōs. 54. ex nu. 3. post medium Tiraquell. de primogenit. q. 36. nu. 3. latè Rochus de Curte de Iurepatr. verb. ipse vel is nu. 2. latissimè Lambert. de Iurepatron. lib. 1. 2. par. 25 art. 1. q principal. fol. 107. unde hæredes unius patroni quantumuis plures sint vocem unius dumtaxat habebunt in præsentatione beneficij, ut optimè deducit Cened. in suis collect. in collect. ad d. clem. si plures de Iurepat. & maximè præcitati DD. asserunt id procedere, quando
3 succeditur Iure hæreditario, secus si alio Iure, sæpè legati, vel donationis, quia tunc si legetur, vel donetur Iuspatronatus familiæ, omnes de familia succedunt in capita, & non in stirpes, ita Alex. de Neno cons. 163. nu. 3. & 4. ex Bald. in l. 2. sub num. 4. C. de suis & legit. idque tenuit Rot. in una Regien. Prioratus coram Penia 13. Nouembris 1601. & etiam quando Iuspat. pertinet ad singulos vti singulos non vti uniuersos, quia tunc si cōpetit alicui Collegio, seu familiæ vti uniuersis fit præferendo per capita, & non per stirpes, ita Lamber. de Iurepat. loc. citat. nu. 17. quem sequuta est Rota Rom. coram Illustriss. Card. Pamphilio in una Staturien. Iurispat. 21. Ian. 1583. ubi ex coniecturis fuit dictum quoddam Iuspatronat. competere quatuor familijs non tanquam diuersis corporibus, sed tanquam facientibus unum corpus sub nomine familiæ.
4 Quibus suppositis venit dubitandum, an deberet præferri præsentatus ab altero ex patronis ei, qui erat præsentatus ab octo ex decem, qui successerant alteri patrono, attento, quod duo ex dictis decem etiam præsentauerunt ipsum, & sic superabant præsentatum ab octo tantum, cum non haberet unam integram vocem, vel an essent pares quasi quilibet haberet unam integram vocem, & resolui, quod habebant Ius æquale, taliter quod magis idoneus veniebat præferendus, alias in omni paritate erat locus gratificationi, fundamentum est in eo, quod dixit Card. in d. clemen. plures q. 2. circa finem, quod vox illorum decem erat apud maiorem partem, & de suffragio minoris, aut præsentatione non est curandum idem Abb. in cap. pastoralis in principio vlt. col. de rescript. dum ait quod unus ex pluribus de eodem corpore pro nihilo reputatur, quando maior pars illius corporis remansit in contradictione.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus bona fide ante legitimam ætatem, an incurrat pœnas Pij II. cum ex sacrorum.*
2 *Non decet ignorare quod cōmuniter omnes sciunt.*
3 *Statutum puniens præsumentem aliquid facere, non comprahendit illum, qui ignoranter id fecit.*
4 *Ignorantia non prodest, quando agitur de lucro.*
5 *Ignorantia probabilis excusat à pœna.*

An Bulla Pij II. cum ex sacrorum, procedat stante bona fide, & ignorantia ordinati.

DECISIO CCLXXXIII.

BVlla Pij II. quæ legitur in Bullario fol. 79. infligit pœnam suspensionis suscipientibus ordines sacros ante legitimam ætatem absque literis dimissorijs, & extra tempora à Iure statuta absque dispensatione canonica, & si huiusmodi suspensione durante in eisdem ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant, & beneficijs priuentur; Quibus suppositis cum in Curia nostra Archiepiscopali euenisset casus quedam ordinatum fuisse ante legitimam ætatem
1 bona fide testimonio parentum credendo se legitimam ætatem habere in ordine suscepto ministrasse, fuit dubitatum, an deberet eisdem pœnis, quæ in d. Bulla habentur puniri, & Domini ex

2 parte dixerunt, easdem pœnas dictum ordinatum incurrere ex eo, quia non decet ignorare, quod communiter omnes sui ordinis sciunt Fuscus in tract. de visit lib. 2. cap. 28. sub nu. 37. Toletus in sum. lib. 1. cap. 48. vers. quarta habetur, & cum in casu nostro tractatur de lucro, puta de celebratione Missæ insurgit generalis regula, quod licet ignorantia satis operetur, non tamen debet prodesse circa validitaté actus in quo agitur de lucro arg. cap. Apostolicę de cler. excom. ministr. vt doctè aduertit Cassad. decis. 1. num. 2. 3. & 6. de præben. vnde videmus, quod ignorans se excommunicatum non potest benaficium, & literas Apostolicas impetrare, vt optimè probat cum alijs ibi allegatis Costa de facti scient. & ignorant. inspect. 196.

Tamen maior pars Dominorum in cõtrariam partem se inclinata fuit tanquam seniorem, scilicet non debere dictum ordinatum incurrere pœnas dictę Bullæ, nam irregularis non dicitur is, qui contra dictæ constitutionis dispositionem ordine sacro insignitus in eo ministrauerit bona fide sine dolo sibi licere putans alioquin non facturus Nauarr. in cap. accepta opposit. 8. sub nu. 34. de rest. spoliat. & hoc propter verbum, præsumpserit, in ea appositum, cum statutum puniens aliquid præ-
3 sumentem non compræhendat eum, qui id bona fide ignoranter, aut imprudens, seù inaduertens facit, iuxta doctrinam singularem Cardinalis in clem. 1. q. 39. de priuileg. ideoq. si quis bona fide parentum testimonio putans legitimam ætatem habere non habens ordinatus fuerit non incurrit vllam pœnam, idem Nauarr. cons. 50. de tempor. ordinat. in antiq. qui tam in d. cap. accepta, quam in man. cap. 27. nu. 156. idem dicendum affirmat de eo, qui temerariè quidem ordinatus est, postea tamen bona fide, & candida simplicitate per pœnitentiam purgato peccato illius malæ susceptionis ordinem exercuerit, existimans id sibi licitum esse sequitur Couarr. in clem. si furios. par. 1. §. 1. nu. 4. in fin. de homicid. nec debet procedere illa
4 regula generalis, quod ignorantia non prodest, quando agitur de lucro, nam lucrum in casu nostro non inspicitur, inspicitur tamen damnum irregularitatis, suspensionis, & peccati, & in pœnis valdè operatur ignorantia, quoad illas effugiendas Menoch. cons. 767. nu. 16. vbi etiam dicit, quod
5 ignorantia probabilis excusat à pœna excommunicationis, seù suspensionis sequitur in cons. 898. nume. 15. & seq. imo ignorantia est apta ad excludendum contemptum Bat. in cap. si celebrat col. 4. de cler. excom. minist. Cald. cons. 11. in princip. de verb. significat. & qui ignoranter contrauenit suspensioni non est excommunicatus Surd. cons. 419. nu. 38. Cacher. decis. 71. num. 23. Bursat. cons. 433. nu. 3. vol. 4. & à peccato etiam excusare voluit Decian. cons. 72. vol. 3. quoniam ignorans dicitur in bona fide Paris. de resignat beneficiorũ lib. 3. q. 6. num. 55. & lib. 10. q. 9. num. 11.

Et huic opinioni etiam fauet id quod communiter ab omnibus est receptum, scilicet bonam fidem semper excusare maximè attenta æquitate Iuris Canonici, qua cauetur, successores malæ fidei præscribere posse si sint in bona fide Din. & alij in Regul. possessor malæ fidei in 6. Zannet. in different. Iuris Ciuil. & Canonic. different. 1. num. 145. quos refert, & sequitur Notarius in praxi elect. & variat. fori quæst. 42. num. 15. sect. 2. vbi subdit contrarium esse cautum de Iure Ciuili ex Laurent. de Pin. Crauett. & Riminal. Iun. quos allegat.

SVMMARIVM

1 *Falsitas probari potest per alios testes, qui interfuerunt corruptioni, vel subornationi illorum.*

2 *Falsitatem testium probare sufficit absque eo, quod probetur pecunia, vel alio modo corrupti.*

3 *Falsitas testium probari potest etiam post eorum dicta publicata, & etiam post sententiam.*

4 *Falsarij non admittuntur contra falsarios.*

Falsitas testium, an possit probari per alios testes.

DECISIO CCLXXXIV.

1 IN quadam causa fuit resolutum, falsitatem posse probari per testes, licet non fuerit concessa facultas recipiendi depositiones ob bonum respectum, quod honestatis gratia taceo, & quod admittantur testes contra testes falsum deponentes, qui interfuerunt corruptioni, vel subornationi probatur in cap. ex tenore de testibus, vbi
2 Bald. dicit passim hoc admitti, quinimò probari falsitatem testium absque eo, quod probetur pecunia, vel alio modo corrupti, tradit glos. in cap. licet causam de probat. vbi Imol. & Anan. ille numero 15. iste num. 7. Alciat. respons. 62. vbi voluit indubitatam esse DD. sententiam, testium falsitates posse testibus probari sequitur Capye. in decis. 30. Cacher. in decis. 19. Abb. & Fel. in cit. cap. licet in 6. conclus. quam communiter Scribentes sequi attestatur Socc. in cons. 40. nu. 9. vol. 2. quem refert,
3 & sequitur Mascard. conclus. 746. vbi ampliat procedere etiam facta publicatione, nàm huiusmodi falsitas potest probari etiam post ipsorum testium dicta publicata, & etiam post sententiam, vt probatur in §. quia vero in Aut. de testib. & ita seruasse tradit Spec. de probat. in §. videndum restat num. 25 vbi inquit, quod probata huiusmodi falsitate rescinditur sententia ex huiusmodi probationibus lata, & quid quid inde sequutum est, quorum omnium ratio desumitur ex l. in exercendis C. de fide instrumentorum, vbi eandem vim obtinet testium depositio, & instrumentorum productio, vt probatur etiá in cap. scripturæ eod. tit. Adducebatur insuper, quod si falsitas probetur coniecturis glos. in l. fin. C. de seruis fugitiuis Bald. in cit. cap. licet nu. 6. & sequent. latè Farinacc. de falsitate quæst. 13. igitur à fortiori, & testibus, & edictum de testibus est prohibitum, iuxta tradita per Iureconsult. in l. 1. ff. de testibus, in quorum depositione admittuntur omnes nisi reperiantur expressè
4 prohibiti, vt tradit Farinacc. q. 3. de testibus, licet Falsarij contra falsarios non admittantur Innoc. in cap. 1. de confess. & in cap. 1. de lit. contest.

SVMMARIVM.

1 *Exitus acta probat.*
2 *Vulnera declarant animum vulnerantis.*
3 *Qui allegat negligentiam, aut malam curam debet probare.*
4 *Intra quantum tempus præsumatur ex vulneribus decessisse.*
5 *Irregularitas non contrahitur sola voluntate.*

Clerico rixante, & percutiente aliquem in capite, an si incontinenti famulus clerici occidat rixantem, & percussum, dicatur clericus irregularis.

DECISIO CCLXXXV.

PRima consideratione videbatur dicẽdum, dictum clericum contraxisse irregularitatem ex sola illa percussione in capite, & quod in dubio de occiso tenetur, quia vulnus præsumitur
1 læthale, ex quo exitus mortis acta probat l. rem non nouam §. fin. ff. de iud. & in 1. constit. digesto-
2 rum, & sic euentus mortis ostendit, quod vulnera fuerunt mortalia arg. l. aut facta §. euentus ff. de pœn. ita Bald. in cap. 1. vers. 6. queritur quibus mo-
3 dis feud. amitt. qui enim negligẽtiam, aut malam curam allegat debet eam probare l. quoties §. qui dolo ff. de probat. ita inquit Felyn. in l. qui occidit §. fin. ff. ad l. aquil. Alber. in l. item Mela §. celsus ff. eod. Salyc. in l. prima C. de emen. seru. Gand. in tract. malefic. in tit. de homicid. in fin. latè Socc. cons. 178. lib. 1. vbi subdit, quod ista est verior opi-
4 nio, Grammat. consilio crimin. 49. numero 2. & infra quantum tempus vulneratus dicatur ex vulneribus mortuus, vario modo scriptum inuenitur, nam glos. in const. 1. Regni pœnam eorum in princip. dicit, si percussus morietur infra centum, & decem dies, præsumptio est, quod illa percussione sit mortuus, & sic tanquam de occiso tenetur item si infra octo menses moritur, præsumitur ex illa percussione defunctus per cap. 2. extra de cleric. percuss. idem si à die illati vulneris semper processit de malo in peius, & nunquam reconualuit, adeundo peritos Medicos, vt hic, & Medicus bene deponit cum iuramento non solum si infra octo menses moritur, sed etiam si postea præsumitur ex vulneribus mortuus, vt firmat Abb. in cap. 2. de cleric. percuss. Isern. in constit. terminũ vitæ, vbi etiam Afflict. col. 4. circa medium vers. cui addo numero 17. Hippol. de Marsil. cons. 7. colum. 3. Boer. decis. 11. vers. quinimo, latè Campagna in cap. Regni ad peruersorum de compos. numer. 55. & quod est in arbitrio Iudicis infra quod tempus ex vulneribus sit mortuus secũdum Socc. in cons. 178. col. 3. lib. 2. & alios per dict. Campag. dicto in loco adductos vers. quare in tanta varietate, Gramm. consil. crim. 49. numer. 3. & ex alio pariter dicebatur ex percussione mortuum fuisse, quia scilicet in loco periculoso fuisset percussus, scilicet in capite secundum Bald. in cons. 195. vers. 2. dixi lib. 1. quem sequitur, & ex alijs firmat Boer. decis. 323. nu. 3. Campag. in dict. loco num. 56. & firmat Alberic. in lege idem erit ff. ad leg Aquil. & quando dubitatur, an vulneratus fuerit ex vulnere mortuus, & sunt plures Medici diuersimodè deponentes, eo casu iudicatur contra percussorem, scilicet quod ex vulnere decesserit, & sic in duriorem partem iudicatur, vt in terminis firmat Bald. in cap. 1. quibus modis feudi amitt. colum. 6. quem sequitur Fely. in cap. presbyterum 1. col. in fin. de homicid. & Catald. in tract. syndic. num. 287. vers. vide quod quando, & sequitur Hyppol. de Marsil. in lege 1. §. Diuus ff. ad legem Cornel. de sycar. vers. 8. pro quo dicto videatur tex. in cap. significasti il secondo §. fin. de homicid. Gram. cons. 45. nu. 6 maximè quod percussus in loco periculoso, vt in ventre, & pectore, vt prædiximus esset multum difficile prætendere, & probare quod non sit mortuus de vulneribus, vt firmat Gramat. in cons. crim. 2. num. 5. & 6.

5 Cæterum supradictis non obstantibus contrarium fuit resolutum in Curia Archiepiscop. prædictum, scilicet clericum nullo modo contraxisse irregularitatem, ex eo, quod non apparebat realiter fuisse ex percussione mortuum, sed ex vulneribus per famulum eiusdem clerici illati, cõ quidem in gratiam dicti clerici, nec ipso mandante, & proinde subintrat regula illa, irregularitatem non incurri ex sola animi intentione, sed ex solo actuali homicidio, & mutilatione, vnde qui tentaret occidere hominem, aut inflixit lætale vulnus à quo tamen etiam per miraculum sanatus est irregularis non erit, vt Sotus lib. 5. de iust. q. 1. art. 9. ante medium Bart. Medina lib. 1. in summ. cap. 11. §. 10. & Henriquez in sum. lib. 14. cap. 3. §. 6. & §. 8. & Mich. Salon. 2. 2. in q. 64. ar. 18. controu. 1. conclus. 1.

Licet de iure Ciuili, qui hominem non occidit, sed vulnerauit, vt occidat, pro homicida dãnandus sit, & sic punitur affectus nõ sequuto effectu Iser. in cap. 1 §. porrò in princip. quæ sit prima caus. benef. amitt.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quæ separauit Thorum, debet stare in domo honesta mulieris.*
2 *Domus paterna, & domus filiorum dicuntur loci apti, quoad hoc vt in eis valeant stare, filiæ, & matres, quæ separauerunt Thorum, sic etiam decidit Curia Archiepiscopalis de domo sororis nu. 3.*

Domus sororis, an dicatur locus aptus, quoad hoc, vt pendente discussione separationis Thori possit in ea permanere mulier.

DECISIO CCLXXXVI.

INtentatum fuit iudicium separationis Thori in nostra Curia Archiepiscopali per vxorem vnde pendente discussione si talis separatio deberet admitti, & si causæ allegatæ militarent comparuit maritus implorando auxilium ipsiusmet Curiæ,

Curiæ, vt stante pendentia litis ipsa vxor includeretur intus Monasterium tanquam locum tutum.

1 Opponebatur tamen per vxorem se non esse cogendam ad introeundum ad Monasterium, sed sufficere quod permaneret in loco, & domo mulieris honestæ, iuxta terminos tex. in cap. cum locum de sponsalibus, vnde dicebatur meritò fuisse
2 per eandem Curiam decisum, domum paternam, & domus filiorum dici loca apta ad hoc vt mulieres in casu separationis Thori possint permanere, vt nouissimè post decisionem Rotæ in vna separationis Thori 18. Iunij 1594. coram Seraphino, & post nos in decis. 21. & 291. supra par. 2. refert, & sequitur Nouarius in suis collectaneis decis. super pragmat. Regni collect. 34. nu. 11. & 12.
3 par. 1. situata in pragmat. 11. sub rubrica de Baronibus. Instabat igitur se esse reponendam in domo suæ sororis, & ita ex mandato d. Curiæ fuit exequutum, cum constaret, ipsam sororem esse mulierem honestam, bonæ famæ, & valdè morigeratam.

SVMMARIVM.

1 *Delatio habitus conceditur propter officium clericatus.*
2 *Beneficium datur propter officium.*
3 *Promouendus non debet esse irregularis.*
4 *Ordo, & habitus habent adinuicem correspondentiam.*
5 *Irregularitas non tollit clericatum.*

Clerico irregulari, an possit prohiberi per Episcopum delatio habitus.

DECISIO CCLXXXVII.

CVm fuisset perpetratum homicidium à quodam clerico, & per consequens incurrisset irregularitatem, fuit per suum Ordinarium ei prohibita delatio habitus, fuit dubitatũ, an de Iure potuisset id facere, & pro parte affirmatiua dicebatur omninò posse prohiberi dela-
1 tionem habitus, quia ipse habitus conceditur propter officium clericatus ad quem cum non posset per irregularem deueniri stante impedimento irregularitatis est cogendus illum dimittere, quem-
2 admodum dicimus, quod beneficium detur propter officium cap. fin. de rescript. in 6. ideo promouendus non debet esse irregularis, facit cap. 3. &
3 cap. diuersis fallacijs de clericis coniugat. & collatio seù prouisio beneficij facta irregulari est nulla Dyn. in reg. 1. in 6. num. 23. Fel. in cap. Inquisitionis de accusat. nu. 7. Rebuff. de pacifi. possess. nu. 280. Achilles de Grass. decis. 341. nu. 3. Caputaquen. decis. 236. nu. 4. par. 2. & facit, quod cum or-
4 do, & habitus habeant adinuicem correspondentiam igitur cum homicida irregularis ad ordines promoueri non possit cap. fin. de tempor. ordinat. c. de cætero de homicidio Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 7. nec in susceptis ministrare cap. suscepimus de homicidio, & beneficium obtinere nequit Conc. Trid. d. cap. 7. ante eum voluit Fel. in cap. 2. de rescript. n. 4. sequitur Gutterrez plures referens can. q. lib. 2. cap. 5. nu. 92. Zerol. in praxi 2. par. verb. homicida §. 1. ita nec habitum deferre.

Nihilominus his, & alijs non obstantibus contrarium resolui, & ita fuit ordinatum à dicto Episcopo suo Vicario, quod non prohiberet dicto clerico delationem habitus, nam irregularitas non
5 tollit clericatum, sed tantum facit clericum inhabilem ad suscipiendos alios ordines, vnde subintrat Regula, ad officium boni Prælati pertinere omninò, & semper vt clerici siue in Ciuitate degentes, siue in itinere ambulantes vestibus clericalibus decentibus vtantur cap. nullus, & per totum 21. q. 4. & dicitur in cap. Episcopi ibid. quod sicut mulier orans in Ecclesia non velato capite deturpat caput suum, iuxta Apostoli vocem, ita clericus sine operimento deturpat officium suum.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali habet locum, etiam in foro interiori.*
2 *Causæ ob quas fuerit emanata regula de triennali.*

An regula de triennali habeat locum in foro interiori.

DECISIO CCLXXXVIII.

1 CVm discuteretur in quadam Curia Episcopali de vigore, viribus, & effectu regulæ de triennali, & cum denique dubitaretur, an etiam procederet in foro interiori, fuit á me resolutum eandem vim habere in foro interiori quã exteriori, & beneficiatus tutus est etiam quoad Deum, vt tenet Nauar. cons. 41. in fin. de præb. & cons. 42. & cons. 3. num. 2. de renunciat. sequutus Rot. quæ post multas propositiones, discussiones, atq; conflictus tandem ita conclusit teste Gomez super d. reg. de trienn. q. 42. ad finem, vbi dicit hoc intelligendum esse non quod taliter possidens acquirat verum dominium, seù titulum, sed quia acquirit exceptionem ex titulo illo colorato cum possessione triennali, per quam exceptionem est securus in conscientia durante toto tempore vitæ suæ, etiam si alter sit prouisus de illo beneficio, & habeat verum titulum, quia propter suam negligentiam non poterit recuperare beneficium durante vita illius triennalis, & eo mortuo poterit de
2 vita sua experiri, & simul dicit id ita fuisse sanctissime conclusum; primo vt q̃ beneficiorũ possessores sint certi de suis beneficijs, ob quorum incertitudinem diuinus cultus, & Ecclesiarum cura negligi posset, secundo vt sit litium finis, tertio in pœnam negligentiam, quarto propter plenissimã potestatem quam habet Papa in beneficialibus vnde non solum exceptionem, sed etiam verum dominium, & Ius posset conferre dictis triennalibus si placeret, quinto, quia etiam litis pendentia non constituit possessorem in mala fide, nisi quando est pronunciatum contra eum, & sicutũ triennalis non habet contrariam sententiam nõ potest vere dici malæ fidei possessor, & cõsequenter non

mirum

mirum si dicta triennalis, quæ est altera veluti præscriptio sufficiat ei, & proficiat ad securè manendū in sua possessione, & repellendum quemcunque molestatorem, sexto, quia patientia collitigantis, seu alterius prætendentis titulum verum videtur quamdam tacitam renunciationem includere, vt in c. ex ore de his, q̄ fiūt à maiori part. Capit. septimo quia alias dicta regula si solum esset pro foro exteriori inijceret nobis loquere contra id, quod dicitur in c. de viduis 27. q. 1. Octauo, pp̄ter Theoricam Bal. post alios in c. quæ in Ecclesiarum de const. quæ habet legem si fuerit iusta in foro fori, iustam vtiq. esse in foro poli. Nono propter paruū præiudicium, & recuperabile, quod irrogatur. Negligentibus non enim annullantur eorum tituli, sed tantum suspenduntur durante vita possessoris triēnalis, & morte eorum subsequuta possunt agere de Iuribus suis. Decimo, quia minore, seu breuiore tempore potest beneficiarius priuari Iure suo, & ipso beneficio, vt patet tot. tit. de cler. nō residentibus, quanto magis potuit suspendi eius Ius propter negligentiam, & absentiam trium annorum. His & alijs rōnibus tandem inclinata est Rota, & conclusit, regulam de triennali procedere tam in foro iudiciali, quam pœnitentiali. & sic in vtroq. foro esse tutum triennalem possessorem, idem testatur Arag. dec. 14. & Crescent. dec. 136.

SVMMARIVM.

1 *Pensio est onus reale.*
2 *Odia debent restringi.*
3 *Pontifex habet plenissimam potestatem in beneficijs*
4 *Pensiones imponunt onera, & seruitutes Ecclesijs.*
5 *Renunciatio beneficij non potest fieri coram laicis quacunque dignitate fulgentibus.*
6 *Concessio pensionis ad tempus facta per Episcopum alicui laico est valida.*

An Rex possit imponere pensionem in beneficijs eius patronatus.

DECISIO CCLXXXIX.

CVm Rex noster Catholicus nonnulla obtineat beneficia, aut ex Iure patronatus, vel ex concessione Summorum Pontificum, cumque inter alia hic Neapoli obtineret vnum magni valoris, eiq. imposuisset pensionem, ac illā contulisset cuidam laico benemerito, fuit coram me dubitatum, an de Iure potuisset dictam pensionem imponere, illamque laico suo benemerito conferre, & dicebam non posse, nam pensio cum
1 sit onus reale, & seruitus, idcircò est odiosa, & per consequens eius impositio, vel collatio non debet residere pęnes plures Gigas in tract. de pens. q. 46 num. 1. cum plur. seq. Cass. dec. 3. num. 1. de pen-
2 sion. odia enim debēt restringi, c. odia de reg. iu. in sexto. Et pensio per Summum Pontificem tantum constituitur, & ad ipsum solum spectat
3 collatio, cum in beneficialibus plenissimam, liberrimamq. habeat potestatem c. 2. de præbend. in 6 Clem. 1. in fin. vt lit. pendent. plenè Rom. cū alijs ibi allegatis cons. 369. sequitur Boer. cons. 19 hinc videmus Legatos de Latere, Nuncios, Archiepiscopos, & Episcopos non posse in beneficijs imponere pensionem, nisi id faciendi expressam habeant à Summo Pontifice potestatem, argumen. eor. quę scribunt Coras. in sacerdotior. paraphrasi p. 1. c. 4. nu. 9. Gig. de pension. q. 6. in qua latè discutit, an Legati de Latere, & alij possint imponere pensionem, ad quam sufficit remissio Oldr. consi. 226. & ratio iudicio meo esse potest, nam pensio-
4 nes imponunt onera, & seruitutes Ecclesijs, imò ipsas destruunt, vt tenet Verall. dec. 177. nu. 3. lib. 1 Ferret. cons. 388. vbi dicit, vt plurimum practicasse, Beneficiatos Ecclesias suas deseruisse, & cultum diuinum prætermisisse ob curam nimiæ pēsionis soluendæ, quo casu non habetur recursus ad Regem, sed ad Papam, tanquam patrē, & Rectorem omnium Ecclesiarum, & facit à contra-
5 rio, nam sicut renunciatio non potest fieri coram laico, etiam constituto in dignitate, quamuis maxima, scilicet Regali, aut Imperiali, ita Bal. in c. in dubijs in principio de renūciatione, ita nec imponere pensiones, quia Rex, aut Imperator non sunt superiores, cum sint laici. Fusius de visit. lib. 2 c. 28. n. 12. relatus per Paris. de resignat. benef. li. 7 q. 11. num. 12.

Nihilominus contrarium fuit à me resolutum,
6 nam videmus concessionem alicuius pensionis per laicum factam alicui laico ad tempus validā esse, secus si in perpetuum, eo enim casu requireretur consensus Capituli Guid. Pap. in d. c. 179. eo magis potest Rex. & quod diximus, renunciationem non posse fieri coram laico, etiā in magna dignitate constituto, ita à contrario, nec imponere pensionem, limitatur quando Reges habent Ius conferendi ex priuilegio, quod possunt habere Abb. in cap. ad supplicationem n. 4. de renunc. Oldrad. cons. 209. & cons. 1. & exemplum habemus in quibusdam beneficijs existentibus in Regno Neapolitano, quæ ex priuilegio dato in fundatione, vel dotatione conferuntur per Proreges, & pro corroboratione huius opinionis addo, q̄ pensionis concessio in stipendium, vt in casu nostro non est beneficium, sed est beneuola actio, vt testatur Caccialup. in tract. de pension. q. 17. vers. non est dubium, quo casu de Iure concessa cernitur, & laicus capax est per tex. in cap. quamuis, vbi Archid. de præben in 6. hinc est, quod si pensionarius vxoretur, vel miles fiat, non vacat pensio Imol. Card. Flor. & Laudens. in clem. 1. §. eadem de supplend. negligentia Prælat. quos, & alios refert Caccialupus d. tract. q. 15. per totam, & cum Rex habeat ius conferendi dictum beneficium sine assensu, & institutione Summi Pontificis, potest, & debet pēsionem concedere laicis benemeritis, eo magis cū in priuilegio nostri Serenis. Regis inspiciātur illa verba, cum potestate addendi, vel minuendi, ergo potest minuere introitus in damnum clericorū, & beneficium benemeritorum.

SVMMARIVM.

1 *Testes interrogandi sunt non solum in articulis, sed etiam in circumstantijs.*
2 *Interrogatoria non tendentia in fauorem Fisci, non sunt facienda, contrarium fuit decisum nu. 3.*

An

An Fiscus teneatur assentire interrogatorio partis, an testis sit amicus, vel inimicus inquisiti.

DECISIO CCLXXXX.

1 Regulariter, testes interrogari possunt non solum super principaliter contentis in articulis, sed etiam super illorum circumstantijs, tex. est in cap. cum causam in illis verbis, & de singulis circumstantijs diligentes inquires, & ibi glo. in ver. circumstantijs, vbi quod alias nō peruenitur ad veritatem Io. Andr. post nu. rerum tertium, & in verbo circumstantijs, & nu. 13. Bal. nu. 3. & nu. 47. vbi quod circumstantiæ sunt quæcunq; aggrauant factum, vel possunt mouere animum Iudicis ad credendum, vel discrepandum Bellamer. post nu. primum in verbo circumstantiæ Butr. nu. 17. vbi tamen tunc vtile, vbi explicat aliquas circumstantias Zabarell. in summario, Anchar. post nu. 3. vers. 4. nota, & num. 15. vers. & prædicta Abb. nu. 1. in fi. vers. nota Iudicē ex officio, & nu. 10. Aret. nu. 4. in termino not. extra de testib. glos. in c. præsentium in verbo interrogatoria lit. N, in princ. & ibi Io. Monach. in textu ver. interrogatoria de testib. in sexto, Io. And. in c. per tuas post nu. 1. extra eodem Alberic. in l. 3. nu. 8. in fi. ff. de testib. Bar. in l. testium nu. 11. C. eod. Aegid. in tract. de testib. nu. 50. in fin. Pract. Corradi rub. de interrogatorio sub num. 2. fol. 63. col. 1. Monticel. in reper. test. rub. testes qualiter sunt de circumst. interrog. per tot. fol. 172. vbi de materia.

Dubitatum tamen fuit, an fiscus teneatur assentire interrogatorijs, an testes sint amici, vel inimici inquisiti, & prima consideratione videbatur dicendum, quod non, ex c. 5. quod talia interrogatoria non tendant in fauorem Fisci, & tanquam impertinentia non sunt admittenda, si admittantur respondere non tenetur, & si respondet dicatq; se nescire, talis depositio non vitiatur Spec. in tit. de test. §. iam de interrogatorijs, nu. 79 in n. ver. caueat tamen Iudex, Alber. in l. 3. nu. 8. ad fin. ff. de testibus, Butrig in l. testium col. 2. vers. non tamen & c. C. eodem Bar. in l. 1. nu. 9. & ibi etiam Salycet. post numerum quartum Paul. de Castr. num. 16. vers. sed si esset impertinens Ias. nu. 16. ver. secundo aduerte Ripa nu. 34. & nu. 41. vers. vltimo in quantum Bar. nu. 3. ff. si cer. pe. glos. in c. præsentium in verb. interrogatoria lit. N. in fin. vers. & si qua reperit superflua, vel impertinētia, & ibi Hostien. nu. 30. & Archid. nu. 7. de testib. in texto, Hostien. in c. per tuas nu. 1. & ibi Io. Andr. nu. 5. in ti. de testib. Aret. in c. cum causam post nu. 5. extra eod. Alberic. de Malet. in tract. de testib. c. 7. post nu. 2. vers. & in hoc versatur officium Iudicis, Adden. ad Papien. in form. iuram. testium verbo citati nu. t. lit. A. Pract. Corradi §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. rub. de interrogatorio num. 2. fol. 63 col. 2. Luc. Pet. in pract. capitul. lib. 2. c. 5. rub. de admissione articulorum nu. 14. Viu. opin. 912. n. 6 vbi remissiue ponit casus 17. in quibus quis non tenetur respondere interrogatorijs impertinentibus, ex C or rado in pract. d. §. 2. tit. de interrogatorio nu. 5. & seq. fol. 27. sed loquitur Corr. in interrogationibus parti facientibus, non autem testi, Monticell. in repert. test. rub. quomo. & qualiter testes circa, vel extra articulos sint interrogandi fol. 169. col. 1. vers. 4. & seq. vbi de materia, & rub. qualiter testes sunt de circumstantijs interrogādi fol. 173. col. 1. vers. penul. Gayl. obseru. 95. nu. 8 & sub nu. 6. lib. 1.

3 Cæterum contrarium fuit resolutum in Curia Archiepiscopali, nam fuit dictum, Fiscum teneri admittere interrogatoria tam facientia in eius fauorem, quam contra se, ex notab doctr. Bal. in l. si generaliter C. de Episcopali Audientia, & facit q in dubio interrogatoria sunt iudicanda non impertinentia, & consequenter admittenda Ias. in l. 1. nu. 16. vers. nota hoc, quia Iudex in dubio debet illa admittere ff. si cer. pet. Adden. ad glo. in c præsentium in ver. interrogatoria in fin. num 3. & ibi Franch post nu. 6. vers. & in dubio Iudex de testibus in s. xto.

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens delinquentem in Ecclesia, non procedit, si delictum sit commissum in ostio Ecclesiæ, Ampliα nu 3.*
2 *Insultans in ostio Ecclesiæ, non dicitur in Ecclesia insultasse.*
4 *In odiosis casus mixtus non continetur sub simplicibus.*
5 *Nemo debet extrahi inuitus à propria domo. Limita nu. 6.*
7 *Retinens arma in hospitio punitur pœna edicti Curia Archiep. contra retinentes arma domi.*

Arma retinens in hospitio, an puniatur pœna edicti Curiæ Archiepiscopalis contra retinentes arma domi.

DECISIO CCXCI.

Quidam Clericus aduena inquirebatur de duobus, primo de furto facto suo fratri, secundo quod in hospitio vbi morabatur fuerit reperti duo sclopeti parui, vulgo (*scoppettuoli carichi*) & cū de primo delicto Curia filuisset, ex quo fuerunt restituta bona furata, & facta fuit remissio à fratre. Tractabatur igitur de infligenda pœna edicti nostræ Curiæ contra tenentes arma domi, sed quia ipse retinebat in hospitio, fuit dubitatum an eandem pœnam incurrere deberet, & in eius fauorem, quod dicta pœna puniri non debebat, adducebatur primo, quia statutum puniens delinquentem in Ecclesia non pro-
1 cedit, si delictum sit commissum in ostio Ecclesiæ c. in pœnis de re iud. in sexto; l. cū quidā ff. de lib.
2 & posthu. & illi qui in ostio Ecclesiæ insultauit in materia pœnali, & odiosa non dicitur in Ecclesia insultasse, quoniam licet ostium sit de Ecclesia non tamen est in Ecclesia ad tex. in l. 1. §. in publ. flum. ff. de fluminib. & quod statutum puniens in
3 sultantem in domo non comprahendat illum qui insultauit aliquem in ostio domus, dixit Bart. in

in §. hoc interdictum, & post multos ibi Alex. in addit. & in d. l. 1. §. in publicen Bal. in l. Gallus, §. ille casus in ult. col. ff. de lib. & posthu. & facit, nam ille qui est in Ecclesia non dicitur esse intus Ecclesiam, ut dicit glos. sing. in c. cum sanctam in verb. vir ego de pœnit. dist. 2. quia in odiosis, & pœna-
4 libus casus mixtus non continetur sub simplicibus, Bar. & alij in l. 2. ff. de verb. oblig. nec etiam fit extẽsio de casu ad casum. Bero. cons. 177. n. 22. & facit in hoc nostro articulo regula illa, quod
5 nemo de domo sua inuitus extrahi debet, quam regulam intelligunt Doctores loquentem de domo propria, & quod perpetuò ibi inhabitet, quia ab illa extrahi non prohibetur, ut notat Bar. in l. nec in ea ff. de adulter. & facit text. in l. quod ait §. sufficit vers. sed si pater eod. tit. & notat Alber. in tract. statutorum p. 2. q. 25. quæ incip. itẽ quæritur vers. quid si aliquis!

Cæterum contrarium fuit resolutum, quia
7 quæ dicuntur de domo propria non habent locũ in aliena, ut notat Alex. post Abbat. in l. plerique ff. de in ius voc. & maximè, quia iura non loquuntur, quando iustitia impeditur, & ex causa, ut notat Bal. in l. 1. C. de seru. fugit. quia tali casu cessat ratio, quæ est in domo sua habitationis, & consequenter condemnauimus illum ad pœnam nostri edicti.

SUMMARIUM.

1 Fratres Sancti Francisci de Obseruantia sunt incapaces institutione vniuersali, limita nu. 2.

An Fratres Sancti Francisci de Obseruantia sint incapaces institutione, cum clausula, ut res vendantur, & in eorum vsus pretium conuertatur.

DECISIO CCLXXXXII.

1 REgulam illam generalem, Ecclesiàm. s. seu Fratres Sancti Francisci de Obseruantia esse incapaces institutione vniuersali, nõ modo concepta in propria Ecclesia persona, verum etiam ipsius Monachos Bart. in l. 1 C. de cõduct., & procurat. lib. 11. Anchar. in clem. exiuit vers. sed quæro de verb. signif. Barbatia in cap. nos de testamẽtis Bal. in auth. ingressi C. de sacros. Eccles. Angelus in authen. de Ecclesiast. tit. in §. si quis autem il secondo ex text. in d. clemen. exiuit §. porrò & in cap. 1. §. cõfirmatos ubi glos. in verb. professio de Religiosis domibus in 6. quorum sententiam fuit sectatum Concilium Tridentinum
2 sess. 25. cap. 3. de regular. limitauimus in Curia nostra Archiepiscopali, non procedere, scilicet quando fuit dictum à testatore, quod vendantur bona relicta dictis Fratribus, seu eorum Ecclesijs & pretium conuertatur in eorum quotidianum vsum, nam in dies sæpissimè videmus aliquid relinqui Cappuccinis, & alijs Fratribus Sancti Francisci de Obseruantia, quod cum non possint retinere illud vendunt, & pretium conuertitur in eorum quotidianos vsus, puta in victum, & vestitum, quæ praxis adeo est vera, & in vsum receptissima, quod per eam possumus reprobare sententiam Bald. in d. auth. ingressi asserentis, illam generalem regulam procedere, etiam quando in institutione fuerit dictum, quod vendantur bona, & pretium conuertatur in eorum vsus, sequitur Aret. in l. apud Iulian. §. constat ff. de leg. 1. quã conclusionem, licet dicat de iure communi, Ant. Gabr. in suis comm. opin. positis in 2. vol. tit. de hæred. instit. concl. 1. nu. 2. & 3. & in tit. de legatis concl. 1. nu. 1. Abb. in c. in præsentia nu. 62. de probat. & in cons. 27. volum. 2. Rom. cons. 195. & 263 Aret. & Imol. in l. 1. vers. quod autem de testam. tamen hæc comm. opin. annullatur per continuã, & contrariam consuetudinem.

SUMMARIUM.

1 Literæ cambij habent executionem paratam.
2 Pro literis cambij non datur actio de constituta pecunia.
3 A sententia lata pro literis cambij non datur appellatio.
4 Literæ cambij habent exequutionem paratam, tam contra scribentem, quam contra acceptantem.
5 Literæ cambij non habent executionem paratam contra correum, ad quem non peruenit pecunia.

An literæ cambij habeant exequutionem paratam contra alterum correum, ad quem non peruenit pecunia.

DECISIO CCLXXXXIII.

1 PRo vera habita illa opinione, quod literæ cãbij habeant executionem paratam, ut inter cæteros affirmat Bero. cons. 33. num. 12. ubi docet quod hæ literæ habent exequutionem celerrimam, & paratam, contra quam nihil ferè potest opponi, ut tenet Cauat. in suo tract. de camb. pag 225 c. de literis vers. quæro an literæ, & pag. 233. ubi subdit, hoc rationabiliter introductum esse, quia magna est præsumptio fraudis contra non soluentem, arg. tex. in l. qui sequutus C. de exercitor. act. fundatur .n. præcitati Doctores in
2 eo, nam pro literis cambij competit actio de constituta pecunia, quæ sola actio ex æquitate Prætoris retinet primæuam suam naturam Iurisgentiũ, ut ex solo consensu nudo producat actionem, & etiam habeat Regiam manum qua mediante expeditur, prout ante proditas actiones expediebantur, ut declarat Ias. inst. de act. §. in personam in princ. manus autem Regia idem importat, quod exequutiue procedere Bar. in extrauag. ad reprimendum vers. & figura in fine, & quia dantur decem dies, qui dantur miserationis causa condemnatis, ut dicit idem Bar. & alij in l. promissor §. 1. de const. pec. nã constitutũ nil aliud est, quam ficta traditio, igitur tenetur exequutiuè, & facit pro corroboratione huius opinionis, nam à sententia
3 lata pro literis cambij non datur appellatio, ut docuere Socc. Iun. Berous, Ruginel, ac alij, quos re-

bilit, & sequutus est Cauat. de cambijs pag. 225.
col. 1. in fin. cap. de literis, & nulla alia de causa po
test contingere, quin concedatur via exequutiua,
quæ omnia adeo vera existunt, vt procedant tam
contra scribentem, quam contra acceptantem,
ratio est, quia fauor viæ exequutiuæ non est respe
ctu scribentis literis cambij, nec acceptantis, sed
fauore illius, qui cambium dedit Decian. resp. 109
nu. 13. lib. 2. & ideo procedi debet tam contra
4 scribentem, quam contra acceptantem, vt in ter-
minis decisum refert Mastrill. dec 9 p 1. Fuit igi
tur in Curia nostra Archiepiscopali dubitatum,
an eadem via deberet procedi contra alterũ cor-
reum, ad quem non peruenit pecunia, & fuit di-
ctum, quod si factum fuerit, vt tantum ad vnum
perueniat pecunia, & alius esset fideiussor, non
tamen obligauit se principaliter, tunc via exequu
tiua agi non potest contra correum ad quem nõ
peruenit pecunia, si vero hoc non fuit actum cũ
creditore, sed tantum inter eos, tunc videtur quod
factum eorum non præiudicat creditori, vt in au-
then. hoc ita § si vero minus idonei C. de duobus
5 reis, tandem fuit resolutum contra alterum cor-
reum ad quem non peruenit pecunia non posse
procedi via exequutiua, argu. eorum quæ notat
Bar. in d. auth. hoc ita nu. 29. in fi. C. de duob. reis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus irregularis dicitur verè, & propriè cle-*
ricus.
2 *Clerico irregulari permittitur exercere ea omnia,*
quæ non concernunt actum ordinis.
3 *Irregularitas non impedit, quin character impri-*
matur.
4 *Clerico irregulari nequeunt conferri beneficia.*

Clerico irregulari, an possit interdici ab Episcopo, ne inseruiat in diuinis.

DECISIO CCLXXXXIV.

REuerendissimus Episcopus Castri Maris
de Stabijs interdixerat cuidam clerico, ne
inseruiret in diuinis, ex eo quod homicidiũ
perpatrarat, vndè cum me interrogasset, an de iu
re id potuisset facere, dicebam id minimè de Iure
1 sibi permissum fuisse, nam clericus irregularis di
citur verè, & propriè clericus. Bal. in c. 1. in fi. de
iudic ex quo habet characterẽ clericatus, licet nõ
habeat executionem illius Paris. cons. 69. n. 21. lib.
4. & Rebuff. in tract. nominationum q. 22. nu. 12.
Sum. Syl. in verb. irregularitas n. 10. vers. 10. quic-
quid in contrarium dixerit Guid. Pap. in dec. 449
cum contra eum sit gl. in c. primatus 71. distinct.
super verbo obtineat, & Rebuff. vbi supra, quem
allegat ad hoc Verall in dec. 126. p. 1. vbi clerico
2 irregulari permittitur exercere ea omnia, quæ nõ
concernunt actum ordinis, retinet etiam priuile-
gium clericale sicuti reliqui clerici, & remanet
sub iurisdictione Iudicis Ecclesiastici, donec de-
gradatur, si est degradandus c. dilectum 81. dist.
scribentes omnes, & præcipuè Abb. & Dec. nu. 6.
in c. cum non ab homine de iudic. idem Abb. in
c. non potest de re iud & in cap tuæ in vlt. not de
pœn. Alber. in l. penult. ff. si ex noxali causa agat
Socc. in c. ad abolendam nu. 21. de hæret. Decian.
in tract. crim. p 1. lib. 4. c. 9. nu. 19. quod adeò verũ
existimant præcitati Doctores, vt affirment pro-
3 cedere etiam si clericus tempore promotionis, iã
irregularitatem incurrisset, quia irregularitas nõ
impedit quin character imprimatur Abb. in d. c.
cum non ab homine nu. 5. de iud. & in c. cum illo-
rum circa medium de sent. excommun. Innoc. in
cap. 1. de scismat. Cæpoll. cons. 11. & 12. in crimi-
nalibus Maiol. in tract. de irregularit. lib. 4. cap. 33
nu. 1. vbi dicit, quod irregularis qui facit se ordi-
dinari recipit characterem actu, & habitu, & fit
verus Sacerdos, & vt verus Sacerdos accipit pote-
statem super consecrat. Eucharist. allegat Card. in
cap. Apostolicæ dist. 56. & vlterius dicit, quod hoc pro-
cedit etiam si ordinans esset irregularis, est bene
verum quod irregularis ita ordinatus non habe-
bit ordinum exequutionem, & si auderet ordines
ministrare incurreret nouam irregularitatem
Maiol. & Archid. in loc. præcitat. Nauar. cons. 37.
num. 2 de tempor. ordina. tom. 1. car. 120. & pro
huius opinionis corroboratione facit tandem, quod
irregularis potest exercere omnia ea, quæ non sũt
ordinis, vt per Couarru. in clem. si fur. § 2. de ho-
micid. Crass. de effect. cler. effect. 12. vbi dicit quod
4 cum clericus irregularis non habeat ordinum
exequutionem, propterea beneficia conferri ne-
queunt, & seruire in diuinis, prout celebrationi
Missarum non esse actum ordinis euidenter pa-
tet, cum sit de ijs, quę possunt exerceri per meros
laicos. vt quotidiana praxis, quasi in obseruantiam
id adduxit, videmus enim Sacerdotibus diuina
facientibus laicos inseruientes & ita nic rescribẽ-
te dicto Episcopo fuit exequutum & ordinatum,
vt dictus clericus admitteretur ad seruitium in
diuinis in sua Ecclesia, per doctr. Syluest. in sum.
in ver. ordo, il secondo.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus nõ gaudet priuilegio fori, nisi*
inseruiat alicui Ecclesiæ, vel beneficium obtineat.
2 *Electione facta acquiritur Ius electo, limita, nu. 5.*
3 *Creditor qui egit semel assistens super bonis cessis*
non potest deinde variare.
4 *Vicarius potest absente Episcopo mutare Ecclesiæ*
seruitium.

An Vicarius absente Episcopo possit mutare Ecclesiam, in qua Clericus fuit adscriptus pro ipsius seruitio, iuxta formã Concilij Trident.

DECISIO CCLXXXV.

1 EX Concilio Tridentino cap.6.sess.23.de reformat. clericus in minoribus constitutus non gaudet priuilegio fori, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tosuram deferens alicui Ecclesię ex mādato Episcopi inseruiat, vel in Seminario clericorum, aut in aliqua scola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur, de qua re nouiter tradit Cened. latè in suis quęstionibus Canonicis q.4. vbi vtilia ducit ad ornatum Concilij vbi supra, ex quo meritò, & si clericus habeat fori electionem, vt post alios quos allegat tradit Grass. de effect. clericat in prȩludio nu.412. tamen hoc procedit vbicunque superius relata ex Sacro Concilio clerici seruant, loquendo tamen de clericis minoribus.

Quare cum clericus in minoribus constitutus esset ascriptus cuidam Ecclesię, ad effectum gaudendi beneficio fori, iuxta mentem Concilij in loco supra relato, & instaret deinde alteram Ecclesiam assignari pro seruitio, fuit in nostra Curia Archiep. scopali dubitatum, si valuisset D. Vicarius existente Illustrissimo Ordinario Romȩ hoc facere, & videbatur pro neg. tiua parte concludendum, quasi quod aliter agendo videretur eripi Ius

2 Ecclesię assignato cui erat acquisitum, electione enim facta acquiritur Ius electo, & eligentes reuocare nequeunt, vt decidit Bart. in l. absenti col. 1.ff. de donat. vbi Castr. & Imol. Abb. cons. 47. relati per Franc. decis. 539. Eo magis, quia ex assignatione alterius Ecclesię indu ceretur variatio, quȩ legibus inimica est, vnde euenit, quòd Actuarius semel electus nō pōt variari, variatione enim prohiberi in ordinibus. & Beneficialibus dixit Archidiac. in cap. ne captādȩ de prȩbend. in 6. Achil. de Grass. in decis. 13. de pension. & clericus habens facultatem nominandi nequit variare Rot. decis. 1. de prȩbend. in antiq. sic Reseruatario non licet va-

3 riare Put. decis. 193. lib.3. vnde creditor, qui egit semel assistentia super cessis bonis, nequit deinde super alijs variare Capyc. decis. 33. licet nos contrarium decidimus in Curia nostra, vt in decis. 280. part. 2. & hinc creditor qui elegit rem vnam ex oblatis à suo debitore vigore Auth. hoc nisi C. de solut. non valet deinde variare petendo aliam, & sic Baro, qui pecunia recepta Terram vnam fecit Cameram, variando non potest aliam eligere.

4 Cȩterum contrarium censuimus, potuisse scilicet Reuerendissimum D. Vicarium commutare seruitium prȩdictum alteri Ecclesiȩ, per textum in cap. cum nullus de tempor. ordinat. vbi Episcopo in remotis existente potest Vicarius exercere ea omnia, quȩ ab Episcopo exigunt speciale mandatum.

5 Non obstat, quod electione facta, eligentes nequeunt reuocare, vt supra diximus, nam Regula hȩc procedit in electione necessaria, vt firmantes hanc Regulam supracitati dicunt.

Neque obstat, variationem esse legibus inimicā, nam hoc procedit in alijs terminis, quam in nostro casu.

SVMMARIVM.

1 *Ratione contractus quis sortitur forum illius loci in quo contrahit.*

2 *Habens fori electionem illa non gaudet vbi est conuentus in loco contractus.*

3 *Dispositio textus in cap. Romana §. contrahentes de for. compet. habet locum in illo, qui casu reperitur in loco contractus.*

Dispositio text. in cap. Romana §. contrahentes de for. compet. an habeat locum in illo, qui casu reperitur in loco contractus.

DECISIO CCLXXXVI.

1 REgula firmissima est in Iure, quod ratione contractus quis sortitur forum in loco cōtractus, quando ibidem reperitur ex vulgato text. in cap. Romana §. contrahentes de for. cōpet. & l hȩres absens ff. de iudic. in §. 1. quod latè examinant Couar. pract. quest. cap. 10. Duen. reg. 642. Guttierrez de iuram. confirmator. part. 2. cap. 16. Bellug. in spec. princip. rub. 11. §. visum est & ibi latè Borrell. in addit. ad lit. A. Auend. respōs. 40. Auiles in cap. 7. prȩtorum in glos. entreguen, quos refert, & sequitur Nouarius in sua praxi

2 elect. & variat. fori q.28 sect. 2. vbi firmat opinionem, habentem fori electionem illa non gaudere, vbi est conuentus in loco contractus scribens nu. 2. regulam supra firmatam non habere locum si non agitur ad obseruantiā contractus, sed ad districtum allegat Bald. in l. 2. num. 1. C. vbi, & apud quem cognit. rest. in integrum vbi Castrens. ita dicit se respondisse de facto, cum esset interrogatus a quodā Doctore, primo anno quo venerat ad legendum Paduȩ, subdens, quod tunc non erat memor dicti Baldi pro quibus facit quod reassumit Bart. in l. qui certo loco ff. de condit. indebit. refert, & sequitur Socc. in reg. 160.

3 Nos autem in Curia Archiepiscopali in facti contingentia decreuimus, dispositionem dicti textus in cap. Romana §. contrahentes procedere, & habere locum etiam in illo, qui casu reperitur in loco contractus.

IOANNIS MARIÆ NOVARII
J. C. Lucani

Circa intellectum textus in cap. Romana §. contrahentes de foro competenti, & l. hȩres absens §. 1. de iudicijs in Iure discursus.

COmmuni traditione receptum est, ratione contractus quem sortiri forum si ibi inueniatur alias secus, quia in contractibus regulariter non habet locum remissio, iuxta expressam dispositionem textus in cap. Romana §. contrahen-

T

trahentes de for. compet. in 6. & in l. hæres absens § 1. ff. de iudicijs, & vtrobique Doctores cap. fin. de for. compet. cum alijs relatis per nos in praxi electionis, & variationis fori quæst. 28. sect. 2. vbi firmauimus regulam, quod habens fori electionem, vt sunt pupilli, & cæteræ miserabiles personæ de quibus in l. vnica C. quando Imperator, & Const. Regni statuimus, illa non gaudeat vbi est conuentus in loco contractus.

Quæ conclusio procedit, si ibi i'est in loco contractus debitor fuerit repertus, nam in hoc casu, ne dum laicus potest ratione contractus ibi conueniri vbi contraxit vigore citati textus in l. hæres absens §. 1. sed etiam clericus poterit ibi conueniri vbi contraxit, etiam si absque licentia sui Episcopi in aliena Diœcesi contraxit cap. dilecti vbi notant DD. & d. cap. fin. de foro competent. cum cit. §. contrahentes eod. tit. tradit Rip. in cap. 1. num. 67. extra de iudic. & ideo si ibi i. in loco contractus non reperiatur, non poterit reus ratione contractus conueniri, si ibi domicilium non habeat.

Non tamen locum habet communis traditio superius relata, si contrahens in contractu renunciat proprio foro, quia tunc fit remissio, & si in loco contractus non reperiatur, vt est glos. singularis in l. 1. ff. si quis in ius vocatus non iuer. quam notandam dicit Bar. ibid. nu. 3. vbi Alber. dicit eam seruari in vsu iudiciorum, & sic post alios, quos allegat recenset Auiles in cap. prætor. cap. 27. in glos. Entreguen nu. 19. Diaz in regul. 632. Addit. ad Bellag in specul. princip. §. visum est rub. 11. lit. A. vbi alios refert concordantes, cum cæteris hanc esse communem opinionem scribentibus relatis per Guttierrez de iuramento confirmatio cap. 16. nu. 4. qui subdit n. 2. 6. supradictam communem sententiam, neque habere locum, si debitor cum iuramento promittat, se litigaturum, seù responsurum in loco contractus, quia tunc ratione iuramenti, quod facit promittentem præcisè teneri ad factum, potest contrahens conueniri in loco contractus, etiam si ibi non inueniatur ex Bart. Roman. Diaz, Bauer. Auil. & Couar. quos allegat quibus addo Castrens. Angel. Alex. Fulgos. Ias. Dec. Imol. Aretin. Anchar. Felyn. & Rip. relatos per Trentacinq. variar. resolut. lib. 3. resolut. 26. sub n. 18. versic. prima est, qui licet referat aliquos contrarium tenentes, vt etiam facit Addit. ad Bellug. in specul. princip. §. visum est rubric. 11. lit. A. tamē num. 19. durum esse dicit recedere à nostra opinione vbi illam defendit, & communem, & veriorem appellat.

Vt sic pariter dicimus, vbi quis conueniretur pro reddenda administratione, nam licet non reperiatur in loco administrationis, ibi tamen debet remitti ad reddendam rationem, vt est casus in d. l. hæres absens §. si quis tutelam, & ratio est, quia quoad reddendam rationem administrationis factæ conueniendus est quis, vbi administratio gesta est, cum ratione administrationis sortiatur forum illius loci, vbi gesta est administratio l. prætor §. is etiam ff. de edendo l. 1. & 2. C. vbi de ratiocin. agi apport. Rota Rom in vna Firman. die 29. Nouembris 1577. coram Blacchetto, & in vna Roman. seù Lugdunēs. redditionis rationis 17. Martij 1589 cum latissimè adductis per nos in praxi elect. & variat. fori quæst. 17. sect. 2. vbi meritò firmauimus regulam, Beneficium electionis fori non competere personis priuilegiatis in redditione rationum, & reliquorum solutione, ex quo D. Ioannes Dominicus Nouarius meus amatissimus Genitor obtinuit, quod dum intendebat Vniuersitas Terræ Bernaudi facere sibi reddere rationes, & reliqua restituere ab Administratoribus, qui elegerant in forum Regiam Dohanam Menepecudum Fogiæ rationes esse reddendas in dicta Terra in qua fuit facta administratio, & electio facta non fuit admissa per text. in l. hac perpetua C. vbi decur. vel cohortal. vbi Administratores vniuersitatis pro redditione rationum, & reliquorum solutione non gaudent priuilegio fori.

Sed quando alibi destinatur solutio, tunc in loco contractus quis non sortitur forum, sed in loco destinatæ solutionis est conueniendus, iuxta doctrinam Bar. in l. fin. ff. de bon. auct. iud. possid. per illum tex. & in l. quæro ff. de solut. vbi etiam Angelus, Fel. in cap. fin. nu. 40. de for. compet. Salyc. & Cyn. in l. 1. vbi cōueniat. in cert. loco Socc. cons. 31. sub num. 5. vol. 1. Rip. in cap. 1. nu. 63. de iudicijs, vbi quod additur forus celebrati contractus foro destinatæ solutionis, quando destinatio fieret ex interuallo, isto enim casu. & in loco celebrati contractus, in loco solutionis, & loco domicilij poterit conueniri subdens nu. 64. vbi etiam Dec. col. 20. in ver. tertio prædicta conclusio post Abbat. in cap. fin. de for. compet. quod licet in loco destinatæ solutionis possit conueniri, tamen intelligitur si ibi reperiatur sequitur Trentacinque. in d. resolut. 28. in tit. de solut. sub nu. 5. & n. 1. 22. vbi quærit an hæc conclusio procedat, quando in loco contractus, seù destinatæ solutionis non reperiatur Dominus, aut Procurator, & scribit Bald. in cons. 157. & Deci. in l. cōuenerit de iurisdict. omn. iudic. & in cap. 1. ext. de iudicijs vbi etiam Rip. sub num. 64. in vers. quinto amplia negatiuam partē sequi, ipse tamen horum omnium rem declarat procedere vbi ageretur actione personali ex promissione solutionis facta vbique, vel in tali loco certo, sed quando actione reali, secus esse dicit, quia hoc casu de iuris dispositione possessor cōueniri poterit actione reali, & maximè quando Procurator est in specie constitutus, vt decisum per Sacrum nostrum Consilium Neapolitanum tradit Franch. in decis. 177.

Sic pariter vbi contractus fuerit factus cum viatore, nam viator in loco contractus conueniri non poterit ex d. l. hæres absens §. proinde versic. nunc dicimus vbi glos. & DD. Trentacinqu. vbi supra nu. 4. dicens in hoc notandum, quod si conuentus asserat ibi contraxisse tamquam viatorem, & statim recessurum, debet hoc probare, quia nos habemus regulam, quod quis ratione contractus potest in loco contractus conueniri, si ibi fuerit inuentus, si igitur conuentus excipit, quod ibi contraxit tamquam viator, debet hanc exceptionem probare l. ab ea parte in princip. & l. in exceptionibus ff. de probationibus, cum alijs adductis in nostra praxi electionis, & variationis fori quæst. 6. sect. 3.

Et hæc breuiter annotasse sufficiat pro ornatu

textus

textus in cap. Romana §. contrahentes de foro competenti, & l. hæres absens ff. de iudicijs.

Ioannes Maria Nouarius I.C. Lucanus.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans tenetur verificare narrata in sua gratia.*
2 *Cui incumbat onus probandi ætatem, ad effectum vt gratia dicatur subreptitia.*
3 *Fundans se super ætate minori, vel maiori, debet illam probare.*

Defectus ætatis expressæ, an vitiet gratiam Pontificis.

DECISIO CCLXXXXVII.

1 REgulariter, impetrans tenetur verificare narrata in sua gratia, & per consequens tenetur verificare ætatem expressam Puteus decis. 187. & 202. lib. 1. & 277. lib. 3. Caputaq. decis. 128. 129. & 130. & seq part. 1. vbi de ætate in coadiutoria narrata, etiam si solum instet pro absolutoria, quando aduersarius, qui venit ex alio titulo illam alias Iustificauit Puteus decis. 300. lib. 1. Mādos. de ætat. minor. quæst. 28. nam si actor iustificauit gratiam suam reus exeipiens tenetur suam quoque iustificare, nisi secundus impetrans impetrauerit certo modo, quia primus nō expressérat veram ætatem, seu ob defectum ætatis legitimæ, nam tunc certo modo impetrans teneretur probare, illum non fuisse in illa ætate tamquam fundamentum suæ gratiæ Put. & Mandos. vbi proximè, & teneretur id probare plenè vt in decis. Hyspal. portionis 20. Iunij 1594. vide cons. Menoch. 316. lib. 4. vbi ait nō esse subreptitiam gratiam, & prouisionem beneficij in qua impetrans expressit se tunc esse in 13. suæ ætatis anno, cum solum esset in 12. non videtur verum maximè si ad 13. ætatis annum illi deesset vltra sex menses, quinimò videtur quod cum certa ætas absolutè narratur sine dictione, vel circa, de qua ibi debet omnino verificari, narratiua enim videtur indiuidua ratione formæ, sicut de sententia dicitur Rota decis. 221. par. 2. diuersorum.

Difficultas tamen oritur circa hunc articulum cui nā incumbat onus probādi ætatem, ad effectū, vt gratia sit subreptitia, & circa hoc mihi videtur distinguendum, quod aut quis petit sententiam canonizatoriam sui tit. seu adiudicatoriam beneficij, & ex aduerso negatur eum habere ætatem legitimam ad tale beneficium, & tunc canonizatoriam, seu adiudicatoriam petēti incumbit onus probandi ætatem tanquam fundamentum suæ intentionis, cum id petat tanquam habilis Baldus in cap. in præsentia de probat. num. 34. & ibidem Fel. nu. 38. Mandos. reg. 18 q. 3. nu. 4 Rota decis. 1. de præsumpt. in antiq quæ ait, quod non præsumitur quis legitimus, ad hoc, vt adiudicetur beneficium sibi, nisi probetur, quod etiam inquit in decis. 19. de test. spoliat. in nouis, quæ ait quod impetrans Prioratum Monachalem, ad quem requiritur professio expressa, illā si negetur probare tenetur Verall. decis. 308. num. 2. part 1.

Aut quis obstat pro absolutoria tantum, ac petitis, & tunc indistinctè non tenetur probare ætatem in sua gratia non expressam, etiam si ex aduerso negetur, nā ex quo nō fuit de ea facta mētio in gratia præsumitur habilis ad istum effectum, & dicenti, seu opponenti eum non habere ætatem legitimam incumbit onus probandi Rebuff. in praxi tit. requisita ad collationem bonam nu. 39. & in repet. cap. extirpandæ §. qui verò de preb. 2. nor. vers. si vult, Mascard. conclus. 657. nu. 6 & 8. & fa-
3 cit ad prædicta communis opinio, quæ habet quod fundans se super ætate minori, vel maiori debet illam probare Fel. in cap. cum in præsentia de probat. nu. 28. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 14. Duen. reg 258. & Mascard. d. conclus. 667.

SVMMARIVM.

1 *Testibus infamibus regulariter non creditur, nisi in tortura.*
2 *Socijs criminum non creditur, nisi in tortura.*
3 *Vbi lex nō distinguit, nec nos distinguere debemus.*
4 *Fauor fidei est ampliandus.*
5 *Declaratur textus in cap. in fidei fauorem de hæreticis in 6.*
6 *Testes infames absque tortura admittuntur in crimine læsæ Maiestatis.*
7 *Testes infames de Iure antiquo qualiter admittebantur.*

Dispositio textus in cap. in fidei fauorem de hæretic. in 6. an procedat, non illata tortura.

DECISIO CCLXXXXVIII.

1 REgulariter, testibus infamibus, & habentibus exceptionem non creditur absque tortura, ad latè tradita per Bald. in l. fin. C. de
2 accusat. vbi recenset hanc sententiam esse communem, de qua per Peguer. in decis. 5. quemadmodum etiam non creditur socijs criminum absque tortura, vt per Pegueram cit. decis. excepto in crimine hæresis, in cuius fauorem admittuntur testes socij criminis cap. in fidei fauorem de hæret. in 6.

Quare in Curia Episcopali Calatinæ fuit dubitatum, tempore quo ibidem residebat Illustrissimus D meus Horatius de Aquauiua, an dispositio d. textus cap. in fide fauorem inducat specialitatem respectu torturæ, vt credatur socijs in dicto crimine nullo illato eis tormento, & prima facie videbatur dicendum, quod sic, quia citatus textus indistinctè
3 loquitur, nec distinguit, an in tormentis, vel extra tormenta deponerent, vnde nec nos distinguere debemus vulgata l. de pretio ff. de public in rem act. l. si seruum §. non dixit prætor ff. de acquir. hæred. Et maximè quia illud fuerat inductum in
4 fauorem fidei qui fauor erat ampliandus, & non restringendus cap. odia de reg iur. in 6. l. in suis ff. de liber. & posth.

Et quia DD per text. in d. cap. in fidei fauorem concludebant, nullam exceptionem obstare testi, quin admitteretur, nisi inimicitiæ, & ea quæ erant

T 2 Iuris

Iuris naturalis nihil prorsus dicentes, quod talis testis etiam qui id pateretur exceptiones de quibus in illo textu deberet tor pieri, & quia nulla videretur specialitas in hoc cri nine cum alijs cri ninibus similiter admitterentur iuxta not. in l. fin. C. de accusat.

5 Sed ego replicabam, quod licet textus in d. cap. in fidei fauorem simpliciter disponeret socium criminis in causa fidei admittendum tamen intelligi debebat vt admitteretur secundum alias qualitates de iure, & socio criminis, & alias infami requisitas, & sic cum tormentis, & ita in terminis voluerunt Hipol. in conf. 109. n. 13. Gidifd. in tract. de heresi. q. 13. nu. 11 & 15. Venafrus conf. 27. nu. 2. Paris. conf. 2. nu. 83. vol. 3. Bier. decis. 319. n ...

6 & 3. Prout in simili videbamus in crimine læse maiestatis, & simoniæ, in quibus iura dicebant tales socios, & participes, vel alios infames in testes admittendos esse l. famosissi ff. ad legem Iul. Maiest. & no. in l. quoniam liberi C. de testibus cap. 1. ca. per tuas, & cap. licet Heli de simon. & tamen intelligebatur si id in tormentis deponerent, sicut etiam in alijs criminibus exceptis, vt per glos. & ibi Innoc. in dicto cap. per tuas in verb. adminicula, & per Scribentes in dicto cap. 1. Afflict. in constit. Regni in tit. de patarenis repe. num. 23. vers. quintus est casus Scribentes in d. l. fin Fulg. in

7 conf. 173. cum alijs cumulatis per Paris. in d. conf. 2. testes enim infames nunquam admittebantur sine tormentis l. ob carmen in principio ff. de test. 9. si vero ignoti Auth. eod. glos. in summa 15. q. 6. Arch. & Gemin. in cap. illi qui s. q. 5. & sic dicebam tolli primam rationem in contrariu adductam cum nos distingueremus, sed lex ipsa distingueret, & se ipsam declararet a l. vulgar. l. non est nouum & l. sed & posteriores ff. de legib.

Nec obstat id quod de fauore ampliando dicebatur, cum satis ampliaretur fauor in hoc vt causa fidei connumeraretur inter exceptas, quod antea in specie minime expressum fuerat, & quod DD. dicentes nullam exceptionem obstare non propterea excludebant, quin testes socij, & participes, vel alias infames essent torquendi, prout etiam in alijs exceptis requirebatur.

Nec est verum, quod textus in d. cap. in fidei fauorem voluerit inducere specialitatem respectu casuum exceptorum, & ab illis crimen hæresis excipere, qua specialitas in alio non fuisset nisi vt in causa fidei sine tormentis admitteretur, id enim expressè dixisset cum alias clarum esset tales testes etiam in exceptis non aliter quam cum tormentis admitti, vt in Iuribus supra allegatis, & circa vnu, & idem factum duo specialia minime concurrere debent vulgata l. 1. C. de dot. promiss. c. a. de transf. ep. quæ quidem si textus sic intelligeretur procul dubio concurrerent, primum quod admitterentur socij criminum contra reg. de qua in d. l. fin. & not. in l. quoniam liberi, & in d. cap. 1. de confess. secundum, quod sine tormentis contra text. in d. l. ob carmen.

Imò quod textus ex omnibus illis verbis apertè demonstrabat nil aliud inducere voluisse, nisi vt etiam in crimine hæresis testes, quod alias non admittebantur in alijs, prout & in cæteris exceptis æquiparare, prout ibi in quodam notabili addito ante glos. dicebatur cum textus expresserit vltra rius omnes eas qualitates quas, & in alijs excepta iura expresserant, videlicet quod admittatur præsertim in defectum aliarum probationum si ex verisimilibus coniecturis ex numero testium, & c. sic enim vt in alijs exceptis tales testes cum istis qualitatibus, &c. & non alias admitti debebant ad not. in d. l. fin. & in d. cap. cum P. vbi Are, & in omnibus alijs locis superius alleg. per Gram. in conf. 38. in fin num cum haberemus duas regulas vnam vt quod socij criminum non admitterentur contra socium, vt in d. l. fin. C. de accusat. annotat. in d. cap. 1. de confess. & aliam quod testibus infamibus nõ credetur sine tormentis d. l. ob carmen textus in d. cap. in fidei fauore non superueniens, & excipiens casum hæresis a reg. d. l. fin. de accus. debebat intellig. & interpretari secundum dispositionem legis antiquæ, & sic admitteretur prout, & in lege antiqua admittebantur cũ alijs suis qualitatibus ex interpretatione passiua ad not. in l. 1. §. lex falcidia ad l. falcid. in l. si quis seruo C. de fur. in l. quod vero ff. de leg.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ferens arma mortaliter peccat.*
2 *Clericis prohibitum est pugnare tam per se, quam per alios.*
3 *Arma clericorum debent esse lachrymæ.*
4 *Clericus non potest capi a laico sine incursu censuræ.*
5 *Naturalis defensio est etiam animalibus permissa.*
6 *Iudici de facto resistens, de facto resisti potest.*

Clericus, an possit resistere cum armis, birruario laico volente eum capere.

DECISIO CCIC.

1 Clericus ferens arma mortaliter peccat, & excommunicari potest secundum Card. in clemen. 1. §. præsenti de stat. monach. & Fely. in cap. petitio de homicid. & notatur in cap. venio 12. q. 3. & in c. clerici de vit. & hon. cler. clericis enim à lege vsus armorum expressè interdictus reperitur, vt in d. cap. clerici, & in clem. 1. eod. tit.

2 de vita, & honestate clericorum, & adeo hoc est verum, vt prohibitum sit clericis pugnare tam per se, quam per alios, vt firmat, & aduertit Aretinus in cap. in præsentia col. 15. deprobat. Imò clerici in quacunque factione arma capientes gradum dubio procul amittunt cap. clerici, & cap. reprehensibile 23. q. 8. quorum ratio esse potest, nam arma

3 clericorum debent esse lachrymæ, & orationes c. conuenior 23. q. 8 cap. porro, & ibi glos. 16. q. 4. Imol. in d. cap. clerici Lup. in tract. de bell. & bellator. §. habeas de Pap. & de Prælat. ac cler. sub nu. 1. & seq. Farinacc. in suis quæst. & com. opinio crim. q. 8. nu. 96. lib. 1.

Quibus sic suppositis, cũ in Curia Archiepiscopali euenisset, quod quidam birruarius quærebat capere quemdam clericum, & dictus clericus recusabat a dicto birruario laico capi allegando se esse clericum, intra quæ verba, cum birruarius cle ricum

ricum percusserit, & clericus birruarium reper-
cusserit, fuit dubitatum, an dictus clericus esset pu
niendus ob talem percussionem factam dicto bir-
ruario, & fuit dictum esse delictum verum excu-
sabile, cum id censeatur fecisse causa defendendi
sua iura, & sic priuilegij clericalis, cum non possit
4 capi clericus à laico sine incursu censuræ cap. nu-
per de sentent. excommun. vim enim vi repelli
posse lege non solum humana, sed etiam diuina
constitutum est, quod de lege diuina præter alios
docent Aquecus in l. vt vim lect. 2. nu. 72. ff. de Iust.
& Iur. Couarr. in clem. si furiosus par. 3. §. vnic. nu.
1. de homic. Menoch. cons. 61. nu. 1. lib. 2. vnde hęc
3 naturalis defensio etiam animalibus competit Pla-
za Hysp. in Epit. delict. cap. 29. ex quibus satis
liquido constare potest omnibus suppositis tute-
lam esse permissam vt non sine ratione glos. in
cap. felicis de pœnis in 6. verb. percusserit, & ibi
Io. Andr. & cæteri Doctores dixerint, id etiam ad-
uersus Cardinalem esse permissum, & sequitur
Iser. in constit. Regni, vt participatio col. 2. & ideo
6 non est dubitandum quin Iudici de facto proce-
denti iuste resisti possit text. in l. omnes C. de de-
cur. lib. 10. l. prohibitum C. de iure fisci eod. lib. 10.
Marsil. in l. edictum nu. 3. ff. de quæst. Gram. vot.
1. nu. 15. & multo fortius debet hoc procedere cō-
tra birruarium, qui de facto volebat capere dictū
clericum. & sic dictus clericus fuit excusatus, non
obstante quod cum armis repercusserit eum, qui
armis pariter ipsum percusserat.

SVMMARIVM.

1 *Eximens carceratum è manibus familiæ committit crimen l. Iuliæ de vi priu. & quid in criminalibus remiss nu. 2.*
3 *Birruarij de facto capientes videntur vim inferre.*
4 *Eximens carceratum captum sine mandato Iudicis è manibus familiæ, nullam pœnam incurrit.*

Pœna eximentis carceratum à manibus birruariorum, an locum sibi vendicet quoties apparet non habuisse mādatum Iudicis illum capiendi.

DECISIO CCC.

1 REgulariter, eximens carceratum pro debi-
to ciuili à manibus birruariorū cōmittit
crimen l. Iul. de vi priuat. l. legis Iuliæ ff. ad
legē Iuliā de vi priuat. & tenet Alciatus in rubric.
ff. ne quis eū qui in Ius vocatus est vi eximat, &
quæ sit dicta pœna ponitur in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi
priuat. & glos. in l hoc iure glos. 1. ff. de reg. iur.
quod etiam punitur pœna relegationis, quam glo.
sequitur Alber. in l. 1. ff. ad legē Iuliam de vi priua-
ta, & vide Cagnol. in l. 1. §. is videtur n. 27. ff. si quis
ius dicend. non obtēperauerit Farinac. de carcer.
q. 32. á nu. 62. cum sequent. Baiard. quæst. 68. a
nu. 35. & seq. Menoch. de arbit. cas. 583. Caball.
in resolut. crim. 8. nu. 22. Viui. decis. 92. de Franch.
2 decis. 342. & in criminalibus pœna eximentis ali-
quem è manibus familiæ, quæ nam sit vide Fari-
nac. loc. citat. de Amatis decis. 104.

Quibus sic enarratis cum in Curia nostra Ar-
chiepiscopali inquireretur quidam clericus Tur-
ris octauæ eximisse quemdam carceratum
è manibus familiæ, & cum pro eius excusatio-
ne allegabatur, dictam familiam non habere
mandatum à Iudice illum capiendi dubitatum
fuit in dicta Curia stante, quod non appareret
de mandato, an deberet procedere dicta pœna
3 legis Iuliæ, & fuit resolutum negatiuè ex eo, quia
birruarij de facto capientes videntur vim in-
ferre, & vim vi repellere licet, non solum pro de-
fensione sui ipsius, verum etiam amicorum (vt
erāt isti, Isernia in cōst. Regni vt participatio vers.
si autem omnibus nu 8. in addit. tex. in cap. dilecto
de sentent. excommun. in 6. Plaza in cap. 28. num.
21. pag. 472. quod etiam licet extraneo erga igno-
tum, nam permissum est extraneis vim vi repelle-
re ad defensionem ignotorum Doc. in l. vt vim
Florianus in d. §. qui cum aliter ff. ad leg. Iul. de vi
publica Plaza d. cap. 28. vers. rursus sit ad proposi-
tum, imo clarum est in Iure, quod Iudici de facto
procedenti iuste resisti potest text. est in l. omnes
C. de decur. lib. 10. l. prohibitum C. de Iure fisci
eod. lib. 10. cum similibus Plaza cap. 48. nu. 7. qui
& si aliquos dissidentes referat illos, tamen concin
ne satis conciliat, & ideo eximens de manibus fa-
4 miliæ carceratum captum de facto absque Iudicis
mandato nulla pœna tenetur, vt in terminis resol-
uit Paris in tract. de sindicat. verb. auth. nu. 1. & ra-
tio esse potest, quia cum non appareat de Iudicis
mandato nulla infertur Iudici iniuria, ob quam
venit infligenda pœna de qua supra, argumento
eorum quæ scribit Rom. cons. 143. Gram. decis.
93. & tandem dicebatur, neminē capi posse abs-
qu Iudicis mandato l. neminē C. de eximend. reis.

SVMMARIVM.

1 *Commissio Iudicis non præsumitur, quando agitur de sola citatione verbali.*
2 *Sollemnitas extrinseca non præsumitur.*
3 *Commissio Iudicis, an præsumatur in citatione reali.*

An in dubio præsumatur, birruarios capere aliquem mandato Iudicis, dum non constat de tali mandato.

DECISIO CCCI.

IN eadem causa fuit dubitatum, an præsuma-
tur, birruarios habuisse mandatum à Iudice
de capiendo reum si non constat de tali man-
dato, in quo dubio resoluimus constituendo duos
1 casus, primus est casus cum agitur de sola ipsa ci-
tatione verbali, quam personalem appellant, vt cū
quis in Ius vocatur ad respondendum, commissio
Iudicis non præsumitur Bart. in l. 1. §. cura num. 2.
ff. de off. præfect. vrbis, & in l. 2. qui ad ciuilia C. de
appellationibus Abbas in c. Alber. de testib. Aret.
cōs. 33. n. 5. vers. quartò præmitto, & hoc ea ratione

2 potest sustentari, quod commissio hæc, vel mandatum est extrinsecæ sollemnitatis, quæ non præsumitur l. quæcunque §. vlt. ff. de publician. in rem act. Nec obstant contrarium tenentes, ea moti ratione, quia nisi præsumeretur hæc commissio Iudicis, sequeretur quod Nuntius falsum committeret citando scilicet sub falsi Iudicis auctoritate, & nomine l. qui nomine ff. ad legem Cornel. de falsis Rom. cons. 303. quia respondetur Nuntium posse excusari, nam potuit ipse credere, quod posset citare sine Iudicis commissione, tum quod sc ob officium, quod gerit id posse sine Iudicis mandato credat quæ sanæ causæ, & si minus iuste sint attamen excusant l. igitur §. potest ff. de liber. caus. & cum hac nostra opinione concordant Ruin. cons. 15. nu. 8. lib. 4. & in cons. 103. nu. 8. lib. 5. Rip. in cap. 1. nu. 90. & ibid. Berous nu. 54. de Iud. & communem etiam attestatur Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 14. num. 4. vers. sed nunquid, & non nullas ampliationes ad firmatam regulam adducit Aret. in d. cons. 33. quas non refero ne extra articulum vager, Et sic ad secundum casum deuenien-
3 do, vbi consistit difficultas cum agitur de citatione reali, hoc est de ipsa præhensione, & carceratione, & hoc casu sine controuersia non præsumitur commissio hæc, & mandatum Iudicis, ita Bald. in l. si quando nu. 12. C. de testibus, & in l. consentaneum C. quomodo & quando Iudex & ibidem Bart. num. 14. Salycet. in l. nullus C. de exhibend. reis, & Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 14. num. 5. vers. & hoc procedit, ea enim est ratio, quia hæc citatio magnam causæ cognitionem requirit, quæ quidem non præsumitur.

SVMMARIVM.

1 *De criminibus de quibus quis semel fuit absolutus non potest accusatio replicari.*
2 *Appellatio interposita suspendit sententiam.*

Iudex Ecclesiasticus, an possit punire clericum effectum post sententiam prò delictis factis, ac patratis tẽpore quo erat laicus, si à prædicta sententia appellauerat.

DECISIO CCCII.

1 Facti series ita se habet, quidam N. nonnulla delicta perpatrauit, ob quæ fuit recognitus à Magna Curia Vicariæ, tamquam suo competente Iudice, dum erat laicus cum igitur per eandem fuisset condemnatus ad exulãdum extra Regnum per septennium á qua sententia cunque appellasset, & hac appellatione interposita fuisset ab eadem Mag. Curia habilitatus, & intra tempus habilitationis cum effectus esset clericus, dicta Magna Cur. amplius non potuit se intromittere, durante itaque tempore clericatus nonnulla alia facinora commisit, de quibus inquisitus, & pariter captus in nostra Curia tanquam clericus, cum igitur fisci patronus vellet ipsum condemnari ob delicta etiam patrata tempore quo non erat clericus, fuit ex parte d. N. responsum non posse iterum condemnari ob illa prima delicta, quia iam condemnatus fuerat à Magna Curia, tunc suo competente Iudice, fiscus replicabat, dictam sententiam Magnæ Curiæ fuisse suspensam per appellationem ab ipso interpositã, & proindè nullius roboris extitisse, fuit dubitatum penes Dominos, an nostra Curia potuisset dictum clericum punire ob delicta patrata tempore quo erat laicus stante appellatione interposita in sua condemnatoria, & prima consideratione videba-
1 tur negatiuè respondendum ex eo, quia de criminibus de quibus semel quis fuit absolutus non potest accusatio replicari ad tex. insignem in cap. de his de accusat. & in l. si cui §. ijsdem ff. de accus. Rom. cons. 213. Felyn in d. cap. de his de accusat. Marant. in spec. in 6. & vlt. part. rub. de inquisit. princip. nu. 34. & ita dicunt communiter Doctores, vt testatur Angelus de maleficijs in verb. & ad querelam nu. 90. nam de eiusdem hominis delicto sæpius quærendum non est Mant. cons. 251. lib. 1. sequitur de Amicis cons. 37. in prima reg.

Cæterum contrariũ fuit resolutũ, posse s. nostram Curiam illũ punire de delictis patratis tempore quo erat laicus, quia licet semel fuerit sententiatus, & condemnatus à suo Iudice, tñ dictæ sententiæ non acquieuit, nã si acquieuisset, & pœnæ impositæ satisfecisset dicta sententia esset transacta in rem iudicatam, & procul dubio ei cõpeteret exceptio rei iudicatæ Foller. in pract. criminal. canonic. fol. 30. nu. 3. subdens, hanc esse veram, & magis receptam opinionem ab omnibus ap-
2 probatam, cum igitur appellationem voluerit interponere dicta sententia suspenditur, ac proindè est, ac nulli nullius valoris tex. in l. 1. ff. ad Tertull. & per consequens delicta multa remanerent impunita, quod maximum Reipublicæ damnum.

Neque obstat firmata illa conclusio, quod reus de eodem crimine absolutus amplius molestari non potest, quia procedit quando esset lata sententia absolutoria diffinitiua, & ideo secus est ab obseruatione Iudicij, tunc enim potest iterum inquiri, & accusari Decian. in suo tract. criminal. tom. 1. lib. 3. cap. 30.

SVMMARIVM

1 *Cap. Bullæ Cœnæ contra impedientes verificatur in impedientibus literas delegatorum.*
2 *Literæ delegatorum non dicuntur propriè Apostolicæ.*
3 *Appellatione mandatorum Apostolicorum, veniunt mandata delegatorum.*

An Caput Bullæ Cœnæ Domini contra impedientes exequutionem literarum Apostolicarum, procedat etiam contra impedientes exequutionem literarum Delegatorum.

DE

DECISIO CCCIII.

CVm quidam impediuisset exequutionem literarum Delegatorũ, & cum fiscus instaret illum declarari incurrisse in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & ipso replicante caput Bullæ Cœnæ loqui de impedientibus exequutionem literarum Apostolicarum, non autem Delegatorum, fuit igitur dubitatum an deberet excommunicari, & Domini concluserunt, dispositionem
1 dicti Cap. verificari etiam contra eos qui literas
2 Delegatorum impediunt quamuis tales literæ nõ dicantur propriè Apostolicæ adeo quod faciens aliquid contra eas non incidat in pœnas in quas incidit committens contra literas Apostolicas de quibus in cap. ad falsariorum de crimine fals. Abb. in cap. olim ex literis in secũd not. de rescript. per Host. & alios in cap. ex literis de fid. instrum. Tandẽ dicebatur, Exequutores literarũ Apostolicarũ, cum tenderent ad exequutionẽ causæ commissæ per literas Apostolicas, & Bulla non loquatur simpliciter cõtra impedientes ipsas literas Apostolicas, sed contra impedientes illarum exequutionem, & Exequutores, & per consequens impediens literas Delegatoru n Sedis Apostolicæ dicebatur impedire exequutionem literarum Apostolicarum, & præsertim quia in d. cap. non solum dicitur de impedientibus exequutionem literarum prædictarum tantum, sed etiam mandatorum
3 Apostolicorum, quorum appellatione veniebant mandata Delegatorum c. cum in Iure peritus ibi auctoritate qua fungitur de off. delegat. & est maior quocunque ordinario cap. pastoralis §. fin. de off. ord. imo ad eius mandatum tenetur Ordinarius exequi illius sententiam siue iustam siue in iustam cap. pastoralis §. qui verò sæpè eod. tit. de off. delegat. & hoc inoleuit practica, quod in mandatis Delegatorũ ponitur clausula nostris huiusmodi imò verius Apostolicis semper obedire mandatis.

SVMMARIVM.

1 *Res de facili reuertitur ad sui naturam.*
2 *Res præsumitur potius allodialis, quam feudalis.*
3 *Res nunquam præsumitur serua.*

Affrancatio an præsumatur, Emphiteutam affrancasse, ob antiquitatem temporis.

DECISIO CCCIV.

EMphyteuta qui defecerat à solutione canonis per septuaginta annorum spatium aduersus petitionem Domini directi excipiebat se ad nihilum teneri ex eo, quod affrancauit iuxta pacta apposita in concessione emphyteusis cumq; opponeretur vt exhiberet instrumentum affrancationis, & illo non apparente an præsumatur affrancasse, & ego resolui in quadam causa
1 mihi delegata affirmatiuè ex eo, quod res de facili reuertitur ad sui naturam, & sic ad libertatem l. si vnus §. pactus ne peteret vbi omnes communiter ff. de pactis res .n. potius præsumitur libera, & sic affrancata quam serua l. altius ff. de seruitutibus,
2 prout à simili res potius præsumitur allodialis, quam feudalis Host. in cap. nimis de Iure iurando & ibi Ioan. Andr. Petrus de Anchar. Card. Imol. & Abbas col. 1. & seq. Curt. Senior cons. 76. Paris. cons. 23. col. 1. vbi hanc communem appellat, &
3 prædictorum adducitur ratio illa, quod quælibet res nũquam præsumitur serua, & alicui oneri subiecta Bald. cons. 351. col. 2. vol. 1. & cons. 310. vol. 3. Paulus de Castro cons. 163. col. 1. vol. 1. res autem feudalis non dicitur libera, cum seruitutem contineat, vt per glos. communiter receptam in l. si cuius §. si vsusfructus in verb. oporet ff. de vsufruct.

SVMMARIVM.

1 *Cap. Bullæ Cœnæ contra impedientes, an procedat contra non obtemperantes.*

An Caput Bullæ Cœnæ contra impedientes exequutionem literarum Apostolicarum, procedat contra non obtemperantes ipsis literis.

DECISIO CCCV.

1 IN eadem causa superius relata, fuit dubitatum an caput Bullæ Cœnæ cõtra impedientes exequutionem literarum Apostolicarum procedat etiam contra non obtemperantes ipsis literis, & resolui omninò admittendam esse defensionem per procuratorem, & non debuisse aliquo modo moneri ad personaliter comparẽdum, cum pœna adiecta in d. Bulla excommunicationis esset ciuilis, quæ nec procuratorem repellebat ad not. per Bart. & alios in vulgata l. pen. §. crimen ff. de public. Iud. l. si seruum quoque §. publicè interest ff. de proc. per Bald. & alios in l. reos ff de accusat. latè per Socc. in repetitio. capituli veniens col. 10. vers. 2. quæro & col. 21. & 27. vers. 3. quæro de accusat.

Et in vim clementinę non possunt moneri nisi qui executioni literarum ipsarum impedimento forent.

Quia vt apparebat ex illius proœmio ex quo colligebatur intentio finalis dispositionis ad l. fin. cum simil. de hæred. instit. & toto illius tenore colligebatur, quod clementina intenderat tantum prouidere, quod libera esset exequutio, & nullum impedimentum Exequutoribus, vel alijs in ipsa exequutione præstaretur, non autem contra non obtemperantes literis Apostolicis, inducere nouam pœnam, vel aliam quam esset expressa in ca su contrauentionis in ipsis literis Apostolicis.

SVMMARIVM.

1 *Non potest institui ad beneficia dignus, omisso digniori sine peccato mortali.*
2 *Beneficia sunt præmia meritorum.*
3 *Beneficia sunt instituta in præmium laborantium.*
4 *Patroni laici possunt dignum præsentare.*
5 *Quæ qualitates faciant aliquem digniorem.*
6 *Gratificatio non potest fieri in disparitate vocum.*

An gratificare possit Episcopus digniorem habentem minores voces, quam habet dignus.

DECISIO CCCVI.

SVpponatur in facto in Diœcesi Bisacien. vacasse quodam Iuspatronatus, ad quod fuerũt præsentati duo æque idonei reperti, sed alter minores voces habẽs fuit reputatus magis dignus stante quod erat senex, & Confessarius, fuerunt igitur ad me transmissa acta, vt scriberem aliquid, & allegarem, prout de Iustitia erat necessarium, vnde dixi, posse dictum Episcopum talem digniorem gratificare, prohiberi enim præsentatores, seu instituentes ad beneficia præsentare, seu instituere dignum, omisso notabiliter digniore nõ pôt sine graui peccato mortali Couarr. in reg. peccatum 2. part. §. 7. numero 4. & 5. Paleott. de sacri Consistorij consultationibus 4. part. q. 1. in princ. Genuens. in praxi Archiep. cap. 65. nu. 8. vbi docet, quod omnia beneficia debent dari dignioribus sub peccato mortali, quibus pro confirmatione accedit Sac. Conc. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 1. ibi, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles iudicauerint, quod decretum posset fundari, quia dimittendo digniorem sine causa debita violatur Iustitia distribuitiua, ex quo beneficia sunt etiam bona cõmunia, & præmia meritorum, & committitur peccatum acceptionis personarum, quod illi contrariatur, & est mortale genere suo, & hæc est ratio communis Theologorum violatur etiam secundum Sot. Aragon. Salon. & Bannes iustitia cõmutatiua, quæ in beneficijs distribuendis præcipuè spectatur, cum primario, & principaliter sint instituta in stipendiũ laborãtium & Ecclesia habeat meliores ministros, nam elector, seu prouisor beneficiorum cum non sit dominus, sed dispensator, & administrator institutus in bonum Ecclesiæ tenetur ex officio, & fidelitate debita Ecclesiæ, & ex iustitia commutatiua consulere vtilitati Ecclesiæ, adeo vt de optimo ministro ei prouideatur, vt inquit Rebell. de oblig. iustit. par. 1. lib. 3. q. 4. nu. 11. & 12. qui tenet, quod peccatum est lethale regulariter digniorem prætermittere.

4 Contrariam verò sententiã amplexus fui, eamque probo, iuxta quam fuit postea exequutum, non potuisse dictum Episcopum, vel eius Vicarium gratificare, nam patronus laicus non tenetur præsentare ad beneficia digniorem, sed sufficit, vt sit dignus, vt probat textus in cap. Monasterium 16. q. 7. & Conc. Trident. sess. 25. cap. 9. ibi ad hæc liceat Episcopo præsentatos a patronis si idonei non fuerint repellere, melior textus sess. 24. cap. 18 vbi Concilium facit differentiam inter patronos Ecclesiasticos, & laicos, vultq; vt Ecclesiastici teneantur præsentare digniores, laici vero si præsentauerint idoneos admittantur Lambert. de Iurepat. part. 1. lib. 2. q. 10. art. 3. ad finem, quinimo in patronis laicis videtur sufficere dignum præsentare etiam ad curata ex d. cap. Monasterium, & docet Lambert. ibi nu. 17. & dicunt probabile Bannes q. 63. art. 2. dub. 4. conclus. 3. Rodriq. cap. 106. sub nu. 8. Nec obstat Concilium Tridentinum in loco superius allegato, nã ibi loquitur de Episcopatibus, & Curatis, & de alijs non dicit, quod dentur dignioribus, nam beneficia non videntur bona communia, & præmia meritorum, nec est præceptum quod dentur dignioribus, ita Pet. à Nauar. cap. 2. nu. 172. quem sequitur Guttierrez can. quæst. lib. 2. n. 12. dicens, quod si aliud diceremus omnes ferè Prælati essent in statu damnationis prouidentes beneficia simplicia dignis, prætermissis dignioribus, quæ acerbissima esset profectò sententia, hinc Vega part. 2. cap. 17. cas. 1. in fin. ait q; Episcopi qui sunt distributores beneficiorum simplicium non tenentur eligere digniorem, sed sufficit quod eligant dignum, etiam, quod sit præsens dignior petens beneficium, probat etiam Bannes d. quæst. 63. art. 2. dub. 5. pag. 301. vbi multos refert nec etiam lædi Iustitiam distributiuam, & commutatiuam, nec committi peccatum mortale voluit glos. in cap. licet ergo 8. q. 1. Rochus de Iurepat. verb. honorificum q. 15. ad finem subdens, quod eligendo dignum omisso digniori non fit iniuria Ecclesiæ, ex quo datur ei idoneus minister digniori prætermisso, ex quo beneficia non sunt præmia meritorum, sed stipendia laborantium.

5 Nec obstat, quod gratificatus sit senex, & Confessarius, nam hæ qualitates non faciunt hominem digniorem, quia ille dicitur dignior altero, qui est doctior, vel potentior, vel diligentior ad defendendum iura Ecclesiæ, vt optimè deducit Valer. in suis diff. vtriusq. for. in verb. electio diff. 1.

6 Nec deniq; talis gratificatio potuerit fieri, cum simus in dispari ate vocum, nam hæc gratificatio est à Iure improbata, conceditur tamen quando sumus in paritate vocum arg. tex. in cap. cum autem de Iurepat. vbi supponit textus, præsentatos esse in pari voce, imò ex decreto Concilij Tridentini gratificatio non pertinet ad Episcopum, sed ad patronum præsentantem, quod voluit Nauarr. con. 5. & 6. de Iurepatr. de quib. facit mentionem Sayr. decis. 5. de Iurepatr. & ita fuit reuocata sententia gratificationis prædictæ.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia non possunt tenere laici.*
2 *Beneficium est quid spirituale.*
3 *Renuncians clericatui, censetur tacitè renunciasse beneficio.*

An

An Bulla Pij V. prohibens Episcopis conferre beneficia in manibus eorum resignata consanguineis resignantium, habeat locum, quando resignans renunciat clericatui, ex quo vacat beneficium.

DECISIO CCCVII.

IN causa mihi commissa ab Episcopo Nolano cuius factum præsupponitur, quod quidam clericus beneficiatus renunciauit clericatui, & effectus fuit secularis, ex quo vacauit beneficium Reuerendissimus Episcopus volebat illud conferre consanguineo dicti clerici, stante quod non renunciauit specialiter beneficium, sed de facto reliquit habitum, vnde fuit dubitatum, an præfatus Episcopus potuisset id facere absque incursu pœnarum Bullæ Pij V. in quo articulo dicebam posse præfatum Episcopum dictum beneficium conferre dicto consanguineo, ex quo beneficium vacauit ipso Iure, non autem fuit renunciatum, quod
1 probatur, nam habentibus beneficia omnino est contrariũ actus esse seculares, vt sentit Andreas in cap. 1. vers. ex hoc de beneficio familiæ Ann. allegat. 98. to. 2. & ideo clericus habitum relinquendo amittit beneficium glos in cap. 1. de cler. coniug. subdens rationem, quia facit actum contrarium beneficiato se laicando, vel vxorãdo, hinc est quod beneficia Ecclesiastica à nemine obtineri possunt, nisi sit clericus, etiam si conferatur à laico Paris alios referens de confident. beneficial. q. 17. nu. 7. & q. 9. nu 63. & q. 34 nu. 43. Menoch. in tract. de arbit. cas. 201. num. 33. Nauar. cons. 1. de præbend.
2 quia cum beneficium sit quid spirituale cap. dilecto de præbendis laici sunt spiritualium penitus incapaces, & præcipuè beneficiorum Ecclesiasticorum Craueit. cons. 134 Zerol. in sua praxi Episcop. in verb. beneficium.

Cæterum contrariam sententiam sequutus fui & tamquam probabiliorem libenter consulo am-
3 plectendam esse, nam renuncians clericatui censetur tacitè renunciasse beneficio Abbas in d. c. 1. col. 1. & 2. vbi dicit quod ratio perditionis beneficij est renunciatio tacita faciendo actum contrarium habendo beneficium pro derelicto, quæ renunciatio cum sit indirectè facta non obstat, quia dicta Bulla prohibet omninò collationes beneficiorum resignatorum, tam directè, quam indirectè, vt probatur in §. cæterum eiusdem Bullæ.

SVMMARIVM.

1 *Duo beneficia incompatibilia retineri non possunt.*
2 *Renunciatio est Iuris proprij spontanea refutatio.*
3 *In Pœnalibus non datur extensio.*
4 *Constitutio Gregorij XIII. de publicandis, non habet locum in beneficijs vacantibus per adeptionem aliorum.*

An Bulla Pij V. prohibens Episcopis conferre beneficia in manibus eorum resignata consanguineis resignantium, habeat locum, quando beneficium vacat per assecutionem alterius.

DECISIO CCCVIII.

1 PRæsupponebatur in facto in Ciuitate Auellinen. quendã clericum beneficiatũ de nouo impetrasse aliud beneficium incompatibile, & cum sit clarum, quod duo beneficia incompatibilia retineri non possint ad not. per Card. & Imol. in cap. referente de præbẽd. vacauit primum beneficium, & cum Reuerendissimus Episcopus dictæ Ciuitatis volebat illud conferre cuidã consanguineo dicti clerici, dubitabat quin remaneret suspensus à collatione, stante quod Bulla Pij V. prohibet omnimodo collationes beneficiorum resignatorũ in manibus Ordinarij ꝙ fiant in personas consanguineorum, vel affinium resignantium, quamobrem quæsiuit votum meum, an di-
2 cta Bulla compræhenderet præcedens factum, & dicebam, quod non, quia renunciatio est iuris proprij spontanea facta refutatio Ias. in l. si quis in conscribendo C. de pactis, sed in hoc non dicitur sponte facta renunciatio, imò est necessaria, cum duo beneficia incompatibilia retineri non possint ex decreto Concilij Tridentini cap. 17. sess. 24. & facit, nam dicta Bulla est pœnalis, consequenter odiosa, & in pœnalibus, & odiosis non datur ex-
3 tensio vulgat. tex. in cap. odia, & ibi omnes ff. de regul. iuris, maxime quando adest diuersa ratio, vt est in casu nostro, qui vllo modo potest compræhendi in dispositione dictæ Bullæ, vt est videre in §. cæterum, nam ibi loquitur quando quis resignat, quod non est idem, cum consequitur aliud beneficium, Hinc Rota Rom. in causa Feltren. Pa-
4 rochialis 10. Nouembris 1606. coram Domino Lancellotto resoluit, constitutionẽ Gregorij XIII de publicandis non habere locum in beneficijs vacantibus per adeptionem aliorum, iuxta decretum apponi solitum de dimittendo liberè in manibus Sanctissimi intra duos menses, quia hæc constitutio solum loqui videtur de resignationibus in fauorem, arctando resignatarium ad publicationem intra tempus, & non de vacationibus, seù dimissionibus simplicibus Paris. de resignat. beneficior. lib. 11. q. 5. & 7. nu. 48.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum expirat morte mandantis.*
2 *Voluntas cessat morte.*
3 *Exequutor datus in gratia factis, potest vti sua iurisdictione, etiam mortuo Papa.*
4 *Regula quod gratia finitur morte concedentis quomodo intelligatur.*

An monitoria concessa à Pontifice sub forma, significauit, commissa Vicario Ordinatij, expirent morte ipsius Pontificis.

DECISIO CCCIX.

QVidam impetrauit monitoriũ, ad effectum reuelationis à Summo, Pontifice sub forma significauit, & in eo cõmisit Summus Pontifex Vicario Ordinarij loci, vt si ita esset excommunicaret, & antequam dictum monitorium publicaretur mortuus fuit Summus Põtifex, quare fuit dubitatum in nostra Archiepiscopali Curia, an dictum monitorium expirasset, expirato Summo Pontifice & dicebamus, expirasse dictum
1 monitorium, nam regulariter mandatum expirat morte mandantis l. mandatum C. mãdati cap. si gratiosè de rescript. Menoch. lib. 2. præsumpt. 36 nu. 28. Marsil. sing. 44. quia cum morte concedentis extinguatur voluntas ipsius, consequenter fatendum est etiam expirare licentiam, & gratiam ab eo concessam, cum non dicatur quis habere voluntatem alicuius post eius mortem, cum volun-
2 tas morte cesset l. 4. ff locati §. deinceps auth de nupt. collat. 4. quod eo magis procedit in casibus odiosis, inter quos est hic casus noster monitorij in quibus facultas, & licentia excommunicandi expirat morte concedentis Granut. Theorema 18. Couar. in cap. cum in officijs de testament. nu. 8. vt in simili videmus, facultatem, seu licentiam testandi concessam Episcopo à Romano Pontifice expirare morte concedentis Socc. Iun. in cons. 89. nu. 34. lib. 1. & rationem desumi ex glos. communiter recepta in cap. à nobis il primo de sententia excommunicationis, quia est casus odiosus Sarmient. de redditibus Ecclesiæ par. 4. cap. 4. nu. 2. & facit, nam Papa committendo Vicario Ordinarij loci, si ita est excommunices non facit gratiam, sed est facienda, & ideo subintrat casus textus singularis in cap. si super gratia de off. delegat. in 6. vbi Io. And. in summ. dicit, quod executor super gratia facta datus à Papa, mortuo Papa etiam gratiam exequitur, sed glos. subdit secus esse super gratia facienda, tunc enim exequutor mortuo Papa non posset vti sua iurisdictione cap. sicut de præbend.

Cæterum, contrariam sententiam sequuti fuimus, melius ponderatis verbis commissionis dicti Vicarij, nam tota vis consistit in illis verbis (si ita est excommunices) per quæ verba gratia dicitur sub conditione, qua vera existente, prout existit
3 gratia dicitur facta, & consequenter exequutor datus in gratia facta potest vti sua iurisdictione Abbas in cap. cum ad hoc nu. 9. de cler. non residentibus, cum enim gratia fuerit concessa à Principe qui habuit potestatem eam concedendi cum sit perfecta in gratiam, & fauorem petentis, ita quod ex sola concessione recipiat suam essentiam merito debet durare vltra tempus concedentis idem Abbas in cap. fin. num. 9. de off. delegat. Guttierrez in pract. lib. 2. q. 74. nu. 1. vers. nihilominus, nec valet illa opinio, quod licentia, & facultas testandi concessa Episcopo à Papa expirat morte concedentis, nam omnino eam reprobat Guttierrez in pract. lib. 2. q. 75. in princ. argumento sumpto ex dicto cap. si super gratia de off. delegat. in 6. & ex dicto cap. si gratiosè de rescript. eod. lib. 6. vbi dicit concludendo, dictam facultatem non expirare morte concedentis.

4 Et quando dicimus, gratiam finiri morte concedentis nõ censetur extincta, tamquam reuocata sed tamquam cesset voluntas concedentis, & in hoc casu nostro non potest dici defecisse voluntatem concedentis, quia suam voluntatẽ commisit Vicario dicti Ordinarij illis verbis, si ita est excõmunices, & cum non deficiat voluntas, quia est alijs commissa, gratia non dicitur finita Peguer. decis. 227. n. 4. vbi allegat Bar. in l. more maiorum nu. 17. de iurisd. omn. iudit.

SVMMARIVM.

1 *Prima dispositio semper debet attendi.*
2 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
3 *Conditiones appositæ in Iurispatronatus fundatione seruari debet.*
4 *Prius vocatus censetur magis dilectus, vt in successione præferatur.*
5 *Qualitas hereditaria est necessaria in successione Iurispatronatus.*

An qualitas masculinitatis apposita in fundatione Iurispatronatus, possit per successores alterari.

DECISIO CCCX.

FActi series ita mihi proponitur. Fuit inita quedã transactio inter de Labinis in Ciuitate Bitonti super aliqua beneficia ad ipsos spectanta causa lites mouendi in præsentationibus ad dicta beneficia, quæ transactio confirmata per assensum Apostolicum suum sortita fuit effectum, & cum partes essent concordes peruenit ad Franciscum Antonium Labinum Iuspatronatus constitutum ab Antecessoribus etiam de Labinis in Cappella Sancti Io. Euangelistæ sita in Cathedrali Ecclesiæ dictæ Ciuitatis. Cum igitur ad mortem peruenisset dictus Franciscus Antonius disposuit, quod Ius præsentandi in dicto Iurepatronatus spectaret ad Santorum eius filium, & eo mortuo succedat primogenitus masculus, quo deficiente veniat secundogenitus, & deficiente denique linea Masculina de Labinis dictum Ius spectaret ad filias fœminas eiusdem Santori, eo modo, & conditione quo disposuerit vltimus de dicta linea masculina, cumque mortuus esset dictus Santorus successit dicto Francisco Antonio Auo Nepos Cæsar de Labino filius dicti Santori instituens in suo vltimo testamento Io. Mariam eius filium secundogenitum hæredem pro medietate, & pro alia medietate Antoniã, & Beatricem Labinam filias Io. Donati Labini primogeniti sibi premortui, cui hæreditati fuit renunciatum per dictam Antoniam, & pariter disposuit, quod Ius præsentandi in dicto Iurepatronatus spectet ad Ioan. Mariam eius filium, eiusque descendentes masculos, & vt fuit dictum in testamento primi

Funda-

Fundatoris dicti Francisci Antonij, & deficientibus tam masculis, quam fœminis d. Io. Mariæ vocauit ad præsentationem dicti Iurispat. filias fœminas dicti Io. Donati Latini sui primogeniti, quod fuit confirmatum in vltimo testamento dicti Io. Mariæ, qui reliquit Ius præsentandi in dicto Iure filiabus fœminis suis, & exclusit omninò filias fœminas Io. Donati primogeniti.

Possumus nunc quæri de tribus, Primo, an clausulæ, & leges appositæ circa præsentationem in testamento dicti Francisci Antonij potuissent per eius successores alterari, vel aliquo modo variari.

Secundo, An Io. Maria potuerit alterare dictas leges, stante, quod in testamento dicti Francisci Antonij habetur, prout voluerit, & disp. fuerit vltimus de linea masculina.

Tertio, & denique, an in renunciatione hæreditatis dicti Cæsaris facta per dictam Antoniam veniat renunciatum Ius præsentandi.

1 Ad primam conclusionem, omni dubio procul est affirmandum, clausulas, seu leges circa præsentationem in dicto Iurepatronatus in testamento dicti Francisci Antonij, vt primi fundatoris appositas omnino esse seruandas, nec aliquo modo variandas, seu alterandas esse, nam prima dispositio, vt radix, & fundamentum omnium sequentium est inspicienda arg. l. qui id quod ff. de donationibus Cephal. cons. 3. nu. 1. & cons. 12. eod. nu. 1. lib. 1. Rolandus à Valle cons. 55. num. 32. lib. 3. vbi ait debere præcisè attendi formã primæ dispositionis, á qua nullo modo est receden lũ vt tradunt Curt. Senior cons. 50. nu. 5. Tiraq. in l. si vnquã verb. libertis nu. 9. & seq. C. de reuocãd. donationib. sicut videmus in priuilegijs, & alijs concessionibus initium, seu originem primæ dispositionis spectari cap. porro, & cap. præcepimus de priuileg. & probat textus in l. creditoris ff. de pignorat. act. ibi (si originem rei probare potest) Afflict. decis. 195. nu. 5. Roland. à Valle cons. 32. nu. 10. & 31. lib. 3. & in tantum hoc est verum, quod si fortè varietur præsentationis forma contra tenorem primæ dispositionis ei antiquissima consuetudo non sufficiet, vt affirmat Baldus cons. 82. Decius in cõs. 193. incip. pro tenui facultate mea nu. 4. eo maxime in graue præiudicium alicuius, vt est in casu nostro, nam dicta Antonia Labina in defectum masculorum legitimè descendentiũ a dicto Santoro prima dicitur inuitata ad successionem, quia ex tenore primæ dispositionis apparebat vocata, nam alias iustè opponeretur dũ non loquitur substitutio, vt inquit Io. Andreas in addit. ad Speculat. tit. de testament. §. 1. sequuntur Socc. cons. 62. nu. 4. vers. & in primis lib. 3. Crauetta cons. 161. nu. 16. lib. 1. Rubeus cons. 28. nu. 1. Syluan. cons. 15. nu. 34. & seq. & ideo quia iam in primo testamento circa præsentationem in dicto Iurepatronatus deficientibus masculis reperiantur vocatæ fœminæ, & sic est, quod hodie deficientibus masculis reperiatur dicta Annia filia primogenita dicti quondam Io. Donati Labini primogeniti dicti Cæsaris, qui formam mutauit reliqui sunt exclusi, nec habent Ius aliquod,

2 quia inclusio vnius est alteri s exclusio l. cum prætor ff. de Iudicijs cap. nonne de præsumptionibus Suarez cons. 10. nu. 63. & propterea dicta forma non potuerit mutari, stante maximè graui præiudicio alterius Cephal. cons. 15. nu. 23. to. 2. Alex. cons. 75. incip. videtur in presenti nu. 13. lib. 5. & ideo hæc resolutio sic disputata nullam habet contrariam opinionem, quæ dictæ Antoniæ possit refragari.

Secunda resolutio hæc pendet à prima, nec cõtrouersiã habet, vnde dicendũ vllo modo potuisse dictum Io. Mariam in suo testamento disponere, Ius præsentandi in dicto Iurepatronatus spectare suis filiabus fœminis dicẽdo, succedere debere masculos primogenitos quib. deficiẽtib. dictũ Ius transeat ad filias fœminas primogeniti, & sic dicta Antonia Labini filia primogenita d. Io. Donati filij primogeniti dicti Cæsaris est successibilis in præsentatione facienda in dicto Iurepatronatus deficientib. masculis Brun. cons. 11. num. 2. vbi ex multis probat, quod quando aliquod Ius est transitoriũ ad fœminas non potuit ita alterari, vt soli masculi admittantur, quod etiam voluerunt Neuizan. cons. 10. num. 2. Natta cons. 322. num. 3. & 4 latè Surd. cons. 105. num. 15. lib. 1. Morot cons. 30. num. 14. quos refert, & sequitur Mastrill. decis. Regni Sicil. 56. numero 2. in fine tom. 1. & maximè quando tractatur de graui præiudicio Iurispatronatus, in quorum præsentationibus, & institutionibus forma contenta in fundatione seruari

3 debet, & conditiones appositæ in ea sunt custodiendæ quam maximè diligenter, vt resoluit Rota Romana in vna Cæsaraugustana Cappellaniæ 16. Martij coram Illustrissimo Seraphino, & alias in vna Vlixibonen. patronatus, tenuit, conditiones appositas in translatione Iurepatronatus esse ad vnguẽ seruandas, vt patet in decis. eiusdem 1414. & quod omissio formæ in fundatione Iurispatronatus præscripta præsentationes ipsas, Institutionesq; annullet tenuit ead. Rota teste Seraph. decis. 1270. hinc est, quod si in fundatione fuerit apposita conditio, quod præsentetur ad Ecclesiam persona de genere Fundatoris omninò adimpleri debet Franciscus Marcus decis. 1152. part. 1. & adeo hoc est verum, quod Farinacc. in decis. 582. scribit Rotam præsentationem factam de quodam contra voluntatem Fundatoris, qui beneficium descendenti à se conferri voluit non admisisse per text. in cap. decernimus 16. q. 6. & ab hoc casu non abhorret casus quæstionis nostræ, in qua primus Fundator vocauit filias fœminas primogeniti, non autem secundogeniti, & cum ea concordant casus decis. Mohed. 1. de Iurepatr. & Putei 268. lib. 1.

Nec pars aduersa (si aliqua extat) potest se fundare in illis verbis testamenti dicti Francisci Antonij (prout voluerit, & disposuerit vltimus de linea masculina de Labinis) & sic forma dispositionis fuerit bene mutata à dicto Io. Maria habita facultate à primo testatore vti Fundatore, qui bene potest formas apponere prout ei libuerit, nam replicatur, dictum Io. Mariam habita huiusmodi facultate in illis verbis expressa, prout disposuerit vltimus de linea masculina, nec etiam potuisse excludere filias fœminas primogeniti dicti Io. Donati, nam testator ibi præsumitur intellexisse, quod vltimus de dicta linea disponat, prout libuerit inter filias fœminas primogeniti Santori, & sic est vocata dicta Antonia, & repræsentat patrẽ Io. Donatum

natum primogenitum Cæsaris qui fuit primogenitus dicti Santori, nô aût sunt vocatæ filiæ secundogeniti, cêsetur enim magis eas dilexisse ex quo
4 subintrat regula, quod magis dilectus, & omnes eius descendentes censentur potius vocati, & in successionibus præferuntur minus dilectis l. si seruus plurium §. fin. ff. de legat. 1. l. si fuerit ff. de reb. dubijs l. publius §. fin. ff. de condit. & demonstrationibus l. Centurio vbi Albericus in summa ff. de vulgari, & pupill. substitut. & ideo foret iniquum excludere dictam Antoniam vocatam, & propinquiorem primo institutori propter remotiores, & non vocatos, quod dicendum non est, quia dispositio non est eo modo interpretanda, quod minus dilectus præferatur magis dilecto in successione, et si verba improprientur, vt ex d. l. publius §. fin. tradunt Doctores in l. 1. ff. de vulgari, & pupill. substit. Alex. conf. 93. nu. 7. & 20 lib. 3. Guttierez conf. 18. nu. 41. Cœphal conf. 126. nu. 20 tom. 1. Ruin. cõs. 111. nu. 16. lib. 1. & conf. 150. nu. 8 lib 2. Roland. à Valle conf. 58. nu. 77. lib. 3. imo non solum ipsa, sed etiam eius descendentes debent præferri in dicto Iure, & extingui, antequam admittantur descendentes partis prætendentis in dicto Iure, argumento textus singularis in l. cum ita §. in fideicommisso ff. de legat. 2. quem textum dicit ibi summè ponderandum Paul. de Castro in verb. post eos omnes, determinans per eum, quod prius debent totaliter extingui primo nominati, quam ad vlteriores descendat aliqua successio, etiam si primi nominati sint remotioris gradus Bald. in l. cum antiquioribus nu. 11. vers. 9. C. de Iure deliberand. Paul. Castr. conf. 164. nu. 4. & 5. lib. 2. Cœphal. cõs. 53. nu. 63. lib. 1. & conf. 158. nu. 26. lib. 2.

Pro tertia, & vltima resolutione erit concludendum, renunciationem hæreditatis factam a dicta Antonia non comprehendere Ius præsentandi in dicto Iurepatronatus, & consequenter non dicitur
5 à se abdicatum dictum Ius, nam licet qualitas hæreditaria in Iuspatronatus successione requiratur & sit necessaria vt succedere quis valeat in illo, vt ex multis refero Ego ipse fuisse decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana decis. 71. to. 2. nihilominus hoc procedit in renunciatione generali, tûc enim hæres hæreditatem non potest repudiare. & Iuspatronatus tacitè in hæreditate comprehensum acceptare, Card. in clem. 2 q. 5. de Iurepatronatus, quod secùs est in casu nostro, nam dictæ Antoniæ fuit relictum Ius tamquam legatum particulare, & quando renunciauit hæreditati non renunciauit dicto legato, imò in renunciatione dictę hæreditatis fuit dictum reseruare sibi omne Ius tam præsens, quam præteritum, quam futurum, quod sibi ex ea nunc competere, & in futurum competere potest ex quo clare venit dicendum dictum Ius præsentandi non fuisse renunciatum, quod discordantiam aliquam non habet in Iure, ad quod excludendum potest, etiam adduci, quod dicta Antonia fuit specialiter vocata ad dictum Iuspatronatus, & per consequens specialis renunciatio est necessaria, & ideo non habet locum decisio nostra supra relata, quia procedit, quando nô apparet de personis vocatis ad Iuspatronatus, sed constat simpliciter fuisse erectum, & tunc præsumi debet ea mente fuisse fundatum, vt ad illud nô admittantur nisi hæredes, videatur igitur, quia faciliter ad nostram fauorem potest retorqueri.

Ex his omnibus, & alijs similibus, dictam Antoniam Labinam pluries compatronam vocatam in processu, & præcipuè in quadam sententia Curiæ Metropolitanæ Barensis, quæ transiuit in rem iudicatam venire, & esse declarandam veram, & legitimam patronam dicti Iurispatronatus siti in dicta Cappella Sãcti Io. Euangelistæ, maximè stantibus duabus præsentationibus factis a dicto Io. Maria filio, & Lucretiæ Scaragiæ eius matris administratricis, & tutricis dictæ Antoniæ, cuius fuit hæres dictus Io. Maria, nam licet non fecerit dicta Antonia dictas præsentationes, tamen censentur nomine suo factæ, quia erat pupilla, & proinde manutenendam censeo in dicta possessione, seù quasi, & veram dominam, & patronam esse habendam, prout ex Iuribus supra relatis apertè patet nam de Iure hoc procedere censeo, & iuxta hoc votum meum fuit decisum in Episcopali Curia Ciuitatis Bitonti.

SVMMARIVM.

1 *Falsitatis crimen est grauius homicidio, & veneficio.*
2 *Per crimen falsitatis amittitur nobilitas.*
3 *De minimis non curat Prætor.*
4 *Non punitur affectus, nisi sequatur effectus.*

Falsificans apodixam Banchi, quantitatis nouem ducatorum, an possit puniri ordinaria pœna falsi.

DECISIO CCCXL

1 Falsitatis crimen quanto grauius sit homicidio, & veneficio videas Marsil. in rubr. ff. ad l. Cornel. de fals. nu. 12. & seq. Alber. in rubr. C. eod. ad l. Cor. num. 1. vbi quod falsi hoc crimen Imperatori odiosum Cirill. in sum. crim. part. 2. rubr. de publ. iudic. §. 8. nu. 11. ad fin. vers. crimenquidem falsi, & immane etiam videtur Luc. de Penn. in l. 1. nu. 35. C. vt nemo ad suum prætor. lib. 11. & prædictum falsi crimen, adeo est legi inimicus, vt propterea falsi remedia dicantur veris periculis grauiora Neuizan. con. 8. num. 36. Foller. in pract. crim. in verb. item quod cômisit falsitatem, nu. 56. Tiraquellus de pœnis temperandis cas. 31.
2 nu. 23 & seq. nullumque est crimen, quod ita vituperat famam, & statum hominis, sicut crimen falsi, ex quo perditur nobilitas, & nobilitatis priuilegium, homo remanet sine fide, & ad nihilum reducitur, atque alia similia ex alleg. per Marsil. rubr. ff. ad l. Corn. de fals. nu. 17. Castr. conf. 130. nu. 1. post princ. vers. nàm est grauissimum crimen Afflict. decis. 404. nu. 3. & propter huius criminis atrocitatem multa specialia à Iure in eo inducta fuerunt, de quibus per Marsil. ibid. num. 12. & seq. Goffred. in summ. de crim. fals. nu. 12. Hostien. in sum. eod. tit. nu. 6. & in hoc crimine diligentem esse faciendam indignationem voluit Imperator in

l. vbi

l. vbi falsi C. eod. al l. Corn. & ibi Cyn. nu. 1. Host. in cap. licet numero 8. verb. diligens extra de crim. fals. & ibi Anchar. n. 6. Quare cum fuerit dubitatum in nostra Curia Archiepiscopali, an falsificans apodixam ducatorum nouem veniret puniendus ordinaria pœna falsi, prima facie videbatur affirmatiuè respondendum ex rationibus su praedictis, tamen his, & similibus non obstantibus contrarium fuit decisum in dicta nostra Curia,
3 scilicet non posse puniri, tum quia de minimis non curat prætor vulgata l. scio ff. de in integr. restit. & quod præiudicium, seu nocumentum in re minima non est considerabile secundum Ann. cons. 12. nu. 4. & 5. vers. & ideo concludo, Anchar. cōs. 173. nu. 1. vers. nō prætextu primæ falsitatis, vt pariter nō dicitur transgressor mādati limitati tempore, si in modico tēpore transgreditur, iuxta Bald. in l. fin. C. de ædilit. edict. facit tex. in l. si quis in graui §. si conditioni, & ibi Bald. ff. ad Sill. vbi si hæres non impleuit conditionem in diem implendi, potest postea implere post diē si processit, quia non potuit propter prohibitionem legalem, qua de causa meritò alias in nostra Curia Archiepiscopali fuit decisum, morā modici tēporis Canonici absentis post sex menses eum excusare quo minus Episcopus non valeat priuare Canonicatu, vt in decis. 208. par. 2. tum etiā quia per falsitatem
4 non erat facta exactio pecuniæ, quo casu succedit regula non puniri affectum, nisi sequatur effectus, vt per Gram. in decis. 2. & Nouarium in collect. decis. ad Pragm. Regn. 1. sub rubr. de ictu sclopp. etæ, qui in collect. decis. ad Pragm. sub rubrica de sindic. official. meminit de ista decisione.

SVMMARIVM.

1 *Mala conuersatio mulieris tollit præsumptionem virginitatis.*
2 *Persona, quæ vnicum actum turpem commisit, non potest dici inhonesta.*
3 *Grassator viarum, qui semel fuit furatus, gaudet immunitate Ecclesiæ.*
4 *Ad pœnam infligendam, requiritur frequentia delinquendi.*
5 *Ex vnico actu meretricio non potest mulier à vicinia expelli.*

An mulier, quæ passa est semel osculari ab aliquo, & quandoquidem conuersata cum læna, dicatur turpis persona.

DECISIO CCCXII.

Non leuis controuersia fuit in nostra Curia Archiepiscopali, si mulier quandoquidem cum læna conuersata, & ab aliquo semel osculata posset vocari turpis persona, ad effectum si deinde fuisset rapta, rapiens posset puniri crimine raptus, & dicebatur, conuersationem tollere
1 præsumptionem virginitatis, vt quia virgo conuersetur cum Iuuenibus in domibus meretricum cum lænonibus, & similibus, & postea virginē reputari, nec dum difficile, sed impossibile est, nam conuersatio cum iniquis iudicium præbet iniquitatis, sic voluit Marsil. in pract. crim. § expedita num. 91. Abb. in cap. cum oporteat de accusat. num. 1. & Triuis. in decis. 26. num. 26. verum consensuit nostra Archiepiscopalis Curia, iuxta Fabr. in §. soror de inoff. test. quem refert, & pro singulari sequitur Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4.
2 casu 328. nu. 14. Ann. in sing. 338. & Caroc. decis. 128. vbi persona, quæ vnicum actum turpem cōmisit non potest nuncupari persona inhonesta, cum de sure parcendum sit ei, qui semel crimen commisit arg. text. in l. solent vbi Bald. & reliqui communiter ff. de pœn. hinc est, quod licet grassator viarum non gaudeat immunitate Ecclesiæ cap. inter alia de immunit. Eccles. & extat Bulla Greg. XIII. tamen grassator qui semel in strata
3 publica, vel in silua furatus fuit, & aufugit in Ecclesiam à qua violenter extrahitur gaudet immunitate Ecclesiæ, ita punctualiter decidit Peguera in decis. 40. cuius ratio est, quia non dicitur talis, nisi pluries id patrauerit, secundum Cepoll. in auth. sed nouo Iure nu. 106. C. de seru. fugit. ita intelligens tex. in l. capitalium §. famosos ff. de pœn. & quod requiratur frequentia, & consuetudo delinquendi tenet Fulgos. in cons. 57. num. 3. in hanc eamdem inclinant sententiam Remig. de immunit. Eccles. reg. 2. fallent. 3. Clar. quæst. 30. vers. quæro nunquid Oltrad. in cons. 154. & Peguer. citat. decis. 40.
4 Et supradictis addendum videtur adeo verum esse, vt ad pœnam infligendā requiratur frequentia delinquendi, ita vt vnicus actus minimè sufficiat vnde meretrix non dicitur, nisi quæ pluries admisit, vt est textus in cap. vidua 34. disti. vbi Archidiac. ac Præposit. & Turrecremat. dicunt illud verbum, pluries, intelligi secundum subiectam materiam, & Socc. in cons. 54. col. 3. vol. 3. dicit adminus esse debere tres, sequitur Peguer. in decis. 12. super quo est videnda pulchra distinctio Ripæ in cap. 1. colu. pen. vers. item nota extra de iudic.
5 nec ex vnico actu meretricio posset quis puniri Rubin. decis. 91. & consequenter expelli de vicinia honesta, ad rradita per Doctores communiter in l. cunctos populos C. de Sum. Trinit. & fid. Cathol. & Capyc. in decis. 44. & consequenter vtilis Dominus Gabellæ meretricum Ciuitatis Neapolis, qui ex priuilegio Iurisdictionem obtinet in meretrices, & lænones non habebit talem Iurisdictionem in illas mulieres, & lænones, qui vnicum actū supradictorū perpetrarunt: vt notat Franch. in decis. 63. quam refert, & sequitur Nouarius in collect. decis. ad Pragm. Regn. 1. sub rubr. de læno. vers. an autem læno.

SVMMARIVM.

1 *Præstatio temporalis non inducit obligationem.*
2 *Tempus non est modus inducendi, vel tollendi obligationem.*
3 *Quietatio probat creditum.*
4 *Si aliquis soluerit Canonem per longum tempus probatur quod res sit emphyteotica.*

V An

An quietatio certarum vſurarum facta à creditore debitori, probet creditum amiſſo inſtrumento.

DECISIO CCCXIII.

EVer it quod N. cum eſſet debitor T. ducatorum mille, pro hiſque ratione intereſſe quinquaginta ſolucret. & quia pluribus annis di-
ctas tertias ſoluerit prædictus T. fecit ei quietatio-
nem dictæ ſolutionis, fuit dubitatum in noſtra
Curia Archiepiſcopali, an hæc quietatio facta à
T. N. probet creditū, ſtāte quod d. T. amiſerat in-
ſtrumentum, & non poterat alio remedio vti, &
dicebatur, hanc quietationem non poſſe inducere
creditum, iuxta text. in l. ſi certis annis C. de pact.
1 vbi habetur, quod præſtatio temporalis nōn indu-
cit obligationem, & per conſequēs nullo tempo-
3 re præiudicatur ſoluenti, ratio enim videtur, quia
tempus non eſt modus tollendæ, vel inducendæ
obligationis l. obligationum §. placet ff. de act. &
oblig. it. & ſicut ſufficit præſtatio triennalis ad in-
ducendam obligationem in caſu fauorabili l. r. C.
de fideicom. m, ita ſufficere ad inducendam libe-
rationem in caſu odioſo vſurarum, voluit textus
in l. aduerſus iunct. gloſ. 2. in fin. & ibi notat Bald.
3 C. de vſur. Tamen ſecundum meum votum con-
trarium fuit deciſum, ſcilicet, quietationem pro-
bare creditum, iuxt. text. in l. cum de in rem ver-
ſo ff. de vſur. & ſi aliquis ſoluit canonem emphy-
4 teoticum per longum tēpus, tunc probatur, quod
res emphyteotica ſit, quod ſeruit ad idem, quando
inſtrumentum eſſet perditum Dec. conſ. 146. in 1.
dubio, & conſ. 164. nu. 1. 2. & 3. & conſ. 284. quem
refert Mangrella in addit. ad ius ciuil. in l. cum de
in rem verſo ff. de vſur. & eo magis ità iudicaui-
mus, quia quietatio prædicta à perſona publica
facta erat, cui ſemper credendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Intruſus non eſt citandur, intellige nu. 2.*
3 *Executoriales literæ ſunt perſonaliter intimandæ.*
4 *Executor cum clauſula, vocatis vocandis aſſumit partem Iudicis.*

Executor Apoſtolicus datus, vt immittat aliquem in poſſeſſionem alicuius beneficij, an teneatur citare notorium intruſum.

DECISIO CCCXIV.

CVm eſſem exequutor Apoſtolicus deputatus, cum clauſula, vocatis vocandis ſuper gratia facta cuidam Præsbytero Ciuitatis Litterenſ. de quodam Canonicatu eiuſdem Ciuitatis, quatenus ſi ita eſſet immitterem in poſſeſſionem dicti Canonicatus dictum Præsbiterum, verificatis igitur narratis, & cum vellem immittere dictum Præsbiterum in præfatam poſſeſſionem inueni quemdam Canonicum intruſum, dictum Canonicatum poſſidentem, ex quo fuit coram me dubitatum, an deberem dictum Canonicum intruſum citare, & cum Aduocati vtriuſque partis in hoc multum inter ſe oppugnabant dixi, nullo modo dictum intruſum debere citari, ex eo
quia quando executori conſtat, quod poſſeſſor eſt
1 notoriè iniuſtus, ſeù notorius intruſus non tene-
tur eum citare, vt per Celſum conſ. 89. nu. 4 Lan-
cell. in tract. de attentat. par. 1. cap. 3. num. 69. qui
nu. 82. contra intruſum etiam non citatum dixit
poſſe exequi mandatum, nec poteſt per hoc age-
re ſpolio, vt fuit tentum in vna Senenſ. Sancti Mar
tini 9. Martij 1554. ex quibus colligitur, intruſum
notorium non debere citari ex eis, quæ colligit
Caputaquenſ. deciſ. 287. incip. contra intruſum
part. 1. & eſt deciſio Creſcentij 142. incip. execu-
toriales, ex quibus optimè colligitur, intruſum
non eſſe citandum, & mandatum contra eum
exequi poſſe, nec eſſe reſtituendum, ſi non fuerit
citatus, voluit Menoch. in tract. de recuperand.
ren. 15. num. 463. Gomez in regula de triennali
quæſit. 10. fol. 235. in paruis.
2 Cæterum contrarium fuit obſeruatum, ex quo
iuſſi dictum Canonicum intruſum eſſe citādum,
& audiendum, nam regula illa, quod intruſus non
debeat citari intelligitur, & procedit, quando cla-
rè conſtat, executori aliquem eſſe notorium in-
truſum, & quando Iudex vult procedere abſque
citatione debet conſtare in proceſſu de notoria
intruſione, alias non valerent acta, vt per Rotā de-
ciſ. 7. de Iudic. in nouis, hinc eſt quod quando in-
truſio non eſt ita notoria, vel ſit intricata intruſus
debet citari, vt per Celſum, & Lancell. vbi ſupra
& facit deciſio Creſcentij 18. de ſentent. & re
3 iudicat vbi fuit dictum, Executoriales ſemper eſ-
ſe perſonaliter intimandas, item facit deciſio ſe-
quens eiuſdem in arg. vbi intruſus lite pendente
poſt intimationem executorialium debet inti-
mari, quod ſecurius cenſeo, alias per ſupremos
Iudices Regios faciliter declararetur vim fieri, eo
magis præcepi, dictum intruſum citari, quia in
4 commiſſione erat clauſula (vocatis vocandis) quo
caſu ſemper tenetur aſſumere partes Iudicis, &
citare partes Rota in nouis deciſ. 30. de reſcript.
vbi habetur, executores cum clauſula, vocatis vo-
candis eſſe veros Iudices, & cum cauſę cognitione,
ac vocata parte procedere debent, & ordine Iudi-
ciario ſeruato, vt in cap. exhibita de Iudicijs, & fa-
cit text. in cap. licet Epiſcopus de præbend. in 6.
vnde cum fuerit citatus, & non comparuit legi-
timè præfatus impetrans fuit immiſſus in poſſeſ-
ſionem.

SVMMARIVM

1 *Clericus ſuſpenſus gaudet priuilegio fori.*
2 *Character clericalis eſt indelebilis.*
3 *Suſpenſus ab ordine, non eſt ſuſpenſus à Iuriſdictione.*
4 *Clerici non deferentes habitum, gaudent priuilegio Canonis.*

DE-

Sufpenfus ab ordine, an gaudeat priuilegio fori.

DECISIO CCCXV.

FVit in Curia Archiepifcopali ob delictum
fufpenfus quidam clericus,qui durãte huiuf-
modi fufpenfione fuit per quofdam fuos cre
ditores conuentus coram Magna Curia Vicariæ
opponentes tamquã fufpenfum non gaudere pri-
uilegio fori,ex quo fifcus eiufdẽ Curiæ Archiepif.
inftanter petijt ipfos declarandos effe incurfos
in cap. tertium Bullæ Cœnæ contra trahentes, &
ante quam declararentur,fuit dubitatũ,an clericus
fufpenfus gauderet priuilegio fori,& fuit per om-
nes votatum, & nemine difcrepante refolutum
1 clericum fufpenfum gaudere priuilegio fori, &
cafu quo deberet conueniri conueniendum fuif-
fe coram Iudice Ecclefiaftico,nec obftare fufpen-
fionem, quæ cũ fit pęna regulariter non operatur,
nifi in prohibitis, nec in pœnalibus datur extenfio
cap. odia, & ibi omnes de regulis iuris, eo magis,
quia militat diuerfa ratio de ordine, qui durante
fufpenfione exerceri non poteft,fed non admitti-
tur ad forum quo fruitur clericus ratione ordinis,
& characterij Craff.de effect.clericat.effect.1.cir-
ca finem,fubdens,quod quando clericus priuatur
priuilegio clericali, non priuatur. nifi poffeffione
clericatus,nam dato,& non conceffo,quod priue-
tur priuilegio,nihilominus remanet clericus,quia
2 character clericalis eft indelibilis, & fic vbicumq.
clericus propter delictum amittit priuilegium
clericale,folam poffeffionem perdit, & non pro-
prietatem,feù ordinem,eo magis,quia in cafu no-
ftro amiffio priuilegij non cauatur ex delicto,fed
tantum remanet fufpenfus ordo pro certo tempo-
re,quem cum retineat,neceffario fequitur retine-
re priuilegium,per ea quæ notat Alexand. de Ne-
uo conf.62. nu. 6. imo ordo, & priuilegium refe-
runtur inter fe,nam dato, quod habeat quis ordi-
nem per confequens fruitur priuilegio fori, & fic
3 è contra hinc facit, quod fufpenfus ab ordine non
eft fufpenfus à Iurifdictione Viualdus in cande-
lab.aureo 2.part.in tit.de fufpenf. verf.tertio, vbi
voluit, quod & fi fufpenfus fit aliquis quoad ea,
quæ funt ordinis, non propterea fufpenfus dicitur
quoad ea,quæ funt iurifdictionis, licet Iurifdictio
detur per ordinem, & per confequens fufpenfo
ordine non fufpenditur priuilegium conceffum,
propter ordinem,quod nõ cenfetur fublatum, ni-
fi de eo expreffa mentio facta fuerit arg. l. præci-
pimus de appellat. & huc fpectat, quod licet cle-
rici in minoribus conftituti non deferentes ha-
4 bitum,& tonfurã priuentur priuilegio fori Conc.
Trident.feff.23.c.6. de reformat. tamen retinent
priuilegium canonis,quia nulla ibi canonis,fed fo-
ri tantum fit mentio, nam cum fint fauorabilia
femper debent ampliari, & introducta ad fauo-
rem non folum vnius clerici, fed totius ordinis
clericalis non fic de facili amittuntur per fu-
fpenfionem vnius clerici, per ea, quæ de renun-
ciatione dixit Roland.à Valle conf.4 nu.8.lib.1. &
in proprijs terminis voluit Nauar.conf.24. in no-
uis,quem refert,& fequitur Sayr.decif.26. de pri-
uileg.Cened.quæft.4. Anton.lib.3. variar.refolut.
cap.48.

SVMMARIVM.

1 *Bulla requiritur in collatione beneficij.*
2 *Gratia Papæ dicitur informis abfque Bullis.*
3 *Beneficium Ecclefiafticum non poteft abfque Bullis retineri.*

Beneficium Ecclefiafticum, an licitè poffit retineri abfque Bulla.

DECISIO CCCXVI.

IN Ciuitate Litteren. euenit,quod quidã im-
petratus eft Canonicatum à Romana Curia
qui poffidebatur ab altero,verum fine Bullis
& cum Ego fuiffem in hac caufa deputatus exe-
quutor Apoftolicus,decreui,reiciendum primum
poffefforem, & admittendum in poffeffionem
impetrantem,ex eo,quod Bullis carebat, & de Iu-
1 re in omnibus beneficiorum collationibus requi-
ritur Bullarum expeditio Silu.p.3. quæft.22.nu.3.
glof.in clem.dudum verf.verbo de fepult. Bald.in
l.humana C.de leg. Couarr.lib.3. cap.16. num.1.
var.refolut.& Gom.de expect.nu.7. & gratiæ, feù
collationes factæ à Papa nullo modo valent literis
non expeditis Gomez in quæft.1.& 9.in reg. de
non iud.iuft. for. suppl.quia Papa faciens gratiam
vel conferens beneficium intelligit leuatis Bullis,
feù expeditis literis Staph.fol.203.num. 10.& ratio
2 rationis eft, quia gratia Papæ dicitur informis,
& imperfecta, & adhuc exiftere in vtero ante lite-
rarum expeditionem, per quarum confectionem
poftea acquirit,& perfectionem, & æditur in lucẽ
decifio eft Rotæ 20. de conceff. præben. in nouis
vbi habetur,gratiã non valere literis non expeditis
adeft regula Cancellariæ de hoc, & Bulla Iulij I.
quæft.eft 33.fol. 534. nec gratia fuffragatur, vel
probatur in foro exteriori, nifi expeditis literis
Gom.in quæft. 1. d. reg. adeft extrauagan. 1. fub
tit.de elect. vbi habetur aliquẽ habere beneficium
non leuatis Bullis, & qui intrat poffeffionem be-
neficij literis non expeditis perdit omne Ius, nec
fola fupplicatio, fiue gratia fine literis dat canoni-
cũ titulum Felyn.in c.veniens col. 2.de accufat. &
hoc extenditur etiã ad Apoftolica breuia Gomez
tract.de breuib. num. 7. imò intrufus, fi cum fola
fignatura acciperet fructus, vel caperet poffeffio-
nem,nec facit fructus fuos Rebuff.in tit.de miff.in
poffeffion.verb.datum nu.8.Franc.decif.62.num.
12.& 15.Caputaquen.decif.267.Nauar.tract. de
fpol.§.7.nu.3.Felyn. in cap. veniens de accufat. &
Sacr.Congregat.declarat.525.in hęc verba,domi-
ni dixerunt ordinarios, non poffe fuper fupplica
tionibus tantum expedire literas, & minus poffef-
fionem tradere vigore fupplicationis tantum, &
hoc neque ex antiqua confuetudine, & declarat.
366. cenfuit in hæc verba, conquerenti Epifcopo
Lucenfi quofdam fuos Canonicos obtinere bene-
ficia,nec expedire Bullas vifum eft refpondendum
vt priuet, qui ita obtinent adhibitis Vicarijs qui

inseruiāt Ecclesiæ,&c. Quare ex his omnibus fuit dictum, beneficium Ecclesiasticum non posse licite retineri absque Bulla, & sic potuisse impetrantem admitti in possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio superueniens soluit sponsalia.*
2 *Qualibet dispositio siue legis, siue hominis, semper intelligitur rebus sic stantibus.*
3 *Si pater distulerit filiam maritare vsque ad annum vigesimum quintum poterit absque patris consensu nubere.*
4 *Legatum censetur adēptum. si inimicitiæ superuenerint inter testatorem, & legatarium.*

An dispositio textus in cap. quemadmodum de iureiur. procedat, quando mulier erat fornicata tempore sponsaliorum, & postea perseuerauerit.

DECISIO CCCXVII.

1 CAuetur ex dispositione textus in cap. quemadmodum de iureiur. quod per fornicationem superuenientem soluuntur sponsalia. Quare cum in hac Ciuitate esset contractum matrimonium per verba de futuro inter quosdam, quorum mulier illo tempore erat fornicaria, sciente ipso viro, cumque deinde perseueraret in illo crimine, recusabat vir ille matrimonium perficere, vnde instabatur in Curia Archiepiscopali ex parte mulieris, esse cogendum sponsum ad dictum matrimonium contrahendum, & quia Aduocatus partis aduersæ opponebat pro dissolutione spōsaliorum ad text. in d. cap. quemadmodum propterea fuit dubitatum si in istis terminis ille haberet locum, & vnanimiter iudicauimus affirmatiue, nam & si vir sciebat mulierem esse fornicariam, tamen præsupponendum est illam duxisse ne amplius crimen illud perpetraretur, enim in quolibet actu siue per vltimam voluntatem, siue inter viuos, etiam si cū iuramento factus fuerit sēper intelligitur clausula, rebus sic stantibus glos. in l. quod Seruius ff. de condit. ob causam, & ibi Bart. num. 4. l. continuus § cum quis ff. de verb. obligat. Alexand. cons. 107. col. 4. vol. 3. Ias. in l. quominus nu. 539. ff. de fluminibus Dec. cons. 335. & in cons. 475. nu. 5. in fin. nu. 6. & nu. 23. Alb. cons. 302. num. 9. & cons. 555. nu. 24. quod procedit etiam in iuramento, & statutis, ac priuilegijs Alexan. cons. 147. nu. 3. Roland. cons. 1. nu. 158. vsque ad num. 178. vol. 2. Menoch cons. 27. nu. 47. & seq. & cons. 156. nu. 3. & nu. 32. vbi limitat Crauett. cons. 90. nu. 3.
2 qualibet enim dispositio siue legis, siue hominis intelligitur rebus sic stantibus l. fin. ff. qui satisdare cogantur Carocc. de iuram. lit. decis. q. 59. q. princip. nu. 39. & 40. latē plurima cumulans huc concernentia Nouarius in alleg. insert. inter nostras Additiones ad Asciam decis. 20. vers. tandem non obstat, cogi potest igitur sponsus matrimonium perficere, hoc erit verum, rebus in eodem statu permanentibus, alias si commutentur, & maximè in deterius, prout in casu isto non tenebitur sponsus ad aliquam obseruantiam, & sic ad conficiendum matrimonium Nouarius de elect. & variat. for. quæst. 10. nu. 16. sect. 1.

Pro qua opinione in argumentum facere videtur l. si filium cum authen. ibi posita C. de inoff. testament. vbi filia tenetur seruare fidem de aliter
3 nubendo sine eius consensu, tamen si pater sit morosus, & differat patienter labi annum vigesimum quintum, poterit sine patris consensu se maritare, vt ibi notant Doctores, debet igitur sponsus sponsam in vxorem ducere, si sibi per sponsam fides seruetur, qua non seruata nec ipse tenetur seruare iuxta regulam in l. cum proponas C. de transact. quod frangēti fidem fides frangatur eidem, etiam si in modico non fuerit adimpletum Caball. de euictionibus nu. 34. cessante enim causa debet vtique cessare effectus.
4 Et sic it. quod legatum censetur ademptum si inimicitiæ superuenient inter testatorem, & legatarium l. 3. §. vltimo ff de adimendis legat. l. si inimicitiæ ff. de his quibus, vt indignis Mascar. de probat. conclus. 900. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 37. & quæ maior oriri potest animi cōturbatio, quam videre sponsam male morigeratam, & lubricam, inhonestamque vitam ducere qua de causa merito Carocc. de cis. 58. concludit, quod virginem stupratam si post deflorationem cognoscatur ab alio, stuprator nec desponsare, nec dotare teneatur, quod nota ad ornatum tex. in cap. 1. & 2. de adulter.

SVMMARIVM.

1 *Generalis suspitio non afficit, cū fraudulenta præsumitur.*
2 *Data suspitione omnium iudicum, potest eligi minus suspectus.*
3 *Fraus nemini debet patrocinari.*
4 *Electio fori non competit personis priuilegiatis, quotiescunque litigarent causa defatigandi litigantes.*

An omnia Conseruatoria, seù Templa possint allegari suspecta pro exploratione puellarum, causa matrimonij contrahendi.

DECISIO CCCXVIII.

SEruat nostra Curia Archiepiscopalis, quod quando agitur in ea de matrimonio contrahendo. & est suspitio, nè puellæ inferatur violentia, & consensus eius non sit liber ponit eam in aliquo loco tuto, nempè Conseruatorio mulierum ad finem explorandi eius voluntatē, quare cum in facto dubitaretur, nè violentia inferretur cuidam puellæ, ordinatum fuit in Conseruatorio non suspecto reponendam illam esse, & quia per vnam

ex partibus generaliter allegabantur suspecti omnia Templa, & Conseruatoria huius fidelissimæ Ciuitatis, propterea fuit dubitatum in eadem Curia, si hoc de Iure procedere posset, & iudicauimus, esse reiiciendam talem generalem suspitionem,
1 generalis enim suspitio non afficit, cum fraudulenta præsumatur, vt allegare omnes Sapientes Ciuitatis, vel Prouinciæ, vt de Nigr. in cap. Regni prolixitatem nu. 46. Laurent. de Iudic. suspect. cap. 3. num. 21. cum seq. Nouarius in suis collectaneis collect. ad prag. 1. in fin. de suspic. offic. vnde euenit,
2 quod data generaliter suspitione omnium Iudicum, potest eligi vnus melior ex illis Sapientibus, iuxta doctrinam Alex. in l. dedit nu. 4. ff. qui satisdar. cogant. Ias. in l. iusiurandum ad pecunias §. qui iusiurandum nu. 6. ff. de iureiur. Aret. in §. sed si ex testamento nu. 1. de satisdat. tut. Auendan. de exeq. mandat. Reg. 2. part. cap. 16. num. 13. Capyc. decis. 138. tanto magis si causa non posset mitti comodè extra Ciuitatem, vt in casu nostro Niger in d. cap. Regni, sequitur Apicella de suspic. official. nu. 34. fol. 161. vbi etiam quod si plures sint dati Iudices delegati in aliqua causa non possunt omnes vti suspecti recusari allegat Puteu de sindic. versic. suspitio col. 4. in princ. qui dicit
3 non esse admittendam talem suspitionem, cum præsumatur facta in fraudem, & fraus nemini debeat patrocinari, vt per Nouarium in sua praxi elect. & variationis for. quæst. 42. numero 2. sect. 2. vbi ex hoc, & quamplurimis alijs huc concer-
4 nentibus concludit, & affirmat, electionem fori nõ esse concedendam vbicunque apparet priuilegiatas personas hoc facere causa defatigandi collitigantes, & meritò, nam alias esset aperire viam fraudibus, & dolo, quod non est permittendum.

SVMMARIVM.

1 *In dubio industria personæ censetur electa in delegatione.*
2 *Hæres hæredis potest alienare bona, non obstante prohibitione testatoris in persona hæredis sui.*
3 *Cui committitur nudum ministerium exequendum potest vices suas alteri subdelegare, si fuerit Legatus Sedis Apostolicæ.*

Absolutio censurarum delegata Ordinario, an ab eo possit subdelegari.

DECISIO CCCXIX.

1 QVamuis industria personæ in dubio censeatur electa regulariter, vt ait Angel. in §. vsusfructus sub nu. 1. & tradit Bologn. in cons. 6. num. 10. Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg. 57. nu. 10. & Nouarius in suis collectaneis collect. ad prag. 14. sub rubrica de officio Sacri Regij Consilij num. 2. eò magis quando diceretur per te ipsum cognoscas, quia per talem clausulam censetur electa industria personæ, & propterea subdelegare non potest Ias. in l. à Iudice sub num. 19. C. de Iudic. Vant. de nullitat. process. in tit. nullitat. ex defect. iurisd. deleg. sub nu. 21. Eugen. cons. 86. nu. 15. vol. 1. cum dictio. ipse. sit personalissima, nec personam ipsam egrediatur, imò personam, veluti ad oculum demostrat glos. in §. fuerat in verbo cum ipsa instit. de act. Menoch. cons. 106. num. 196 Bald. cons. 304. vol. 5 Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. glos. 6. nu. 25 vnde euenit, quod si in alienationis prohibitione testator dicat, & volo, & prohibeo, ne ipse hæres meus bona alienet, ista prohibitio non est perpetua, sed ipsum tantum
2 hæredem comprehendit, non autem hæredem hæredis, & ita per ipsum hæredem hæredis potest fieri alienatio, quia illa demonstratio, ipse, personam ipsam grauatam veluti ad oculum demonstrat, nec eam egreditur Roland. cons. 59. vol. 3. cum alijs relatis per Cened. in singul. 22. vbi quod dictio, ipse, est personalissima, neque potest per alium adimpleri Cæphal. cons. 43. Moron. de pace, & tregua quæst. 57. nu. 1.

Tamen in Curia Archiepiscopali iudicauimus potuisse Illustrissimum, cui erat delegata Absolutio cuiusdam censuræ, illam subdelegare, per textum aureum in cap. quoniam §. cæterum de officio delegat. vbi quod is cui committitur nudum
3 ministerium exequendum potest vices suas alteri committere si fuerit Legatus Sedis Apostolicæ. eò magis, quia in Bulla absolutionis aderat clausula per te, quo casu non intelligitur electa industria personæ. vt non posset fieri subdelegatio Ias. in l. 1. nu. 30. ff. de offic. eius, quia pronomen, tu, ponitur ad demonstrandum, non ad cohortandum, vt diximus supra in decis. 88. sub num. 5. versic. secus part. 1.

SVMMARIVM.

1 *Non dicitur impedire qui ab impedimento voluntariè desistit.*
2 *Petens debitum solutum non incidit in crimen stellionatus, nisi effectualiter exegerit.*
3 *Non infligitur pæna ordinaria, nisi deuentum fuerit ad actum proximum.*

An tentans impedire executionem literarum Apostolicarum, possit excommunicari.

DECISIO CCCXX.

DVm essem Executor Apostolicus ad admittendum quemdam præsbiterum in possessione Canonicatus Ciuitatis N. illuc misi subdelegatum, vt exequutio literarum Apostolicarum fieret, & quia dum intendebat ipse possessionem tradere fuerant plures Canonici renitentes & tentantes impedire illam possessionem, & si tãdem capta fuit ortũ est dubium si ego posuissem illos excommunicare, nam subdelegatus meus porrexit memoriale, vt excommunicarentur, afferendo pro hac parte excommunicationem contra impedientes executionem literarum Apostolicarum procedere in omni casu præstiti cuiuscunque impedimenti, quia licet simus in pœnalibus,

tamen est sic seruandum, ne elusoria redderetur cap. si ciuitas de sent. excommun. cap. quamquam de vsur in 6. Felyn. in cap. Rodulphus col. 1. & seq. de rescript.

Cæterum contrariū iudicaui, & ad excusationē illorū hæc dicebā. s. nō incurrisse in pœnā, quæ ita demū incurrebatur si non sequuta fuisset effectua
1 lis possessio, quam ipsimet deinde dederunt, non dicitur enim impedisse, qui deinde ab impedimento voluntariè desistit, eò magis quia de consuetudine totius Italiæ non punitur affectus, nisi sequatur effectus, iuxta tradita per Nouarium in pragmatica Regni 1. de ictu scoppictæ, & facit,
2 nam petens debitum solutum non incidit in crimen stellionatus, nisi effectualiter exegerit, vt post alios tradit Federic. in resolut crim. 36. nam vt dixi de generali consuetudine totius Italiæ non punitur affectus non sequuto effectu, nisi pœna extraordinaria, seu arbitraria, etiam in atrocissimis, vt post alios dixerunt Thesaur. decis. 243. Maluas. cons. 112. Hond. cons. 106. nu. 54. & cons. 108. lib. 1. vbi de crimine læsæ Maiestatis Ceual. comm. quæst. 540. & quæst 901. nu. 48. qui loquitur in assassinio Tiraq. de pœn. legū caus. 38. Bertaz. cons. 158 num 7. Farinac. post infinitos quæst. 17. num. 48 & 49. vbi etiam de quocunque atrocissimo delicto etiam qualificato Bursat. cons. 94. num. 31. Hipol. Rimin. cons. 360. Ioseph. Ludouic. decis. Luec. 15. nu. 25. cum seq. qui ait hanc esse communem opinionem, & ita ipsum multoties iudicasse, & iudicatum vidisse, subdens, quod tradita per Menoch. in tract. de arbitr. cas. 360. non seruantur Polidor. Rip. in tract. de noctur. temp. cap. 22. nu. 70. vers. etiam amplius, quod procedit etiā in crimine assassinij Amad. de sind. circa fin. vbi refert, ita pluries fuisse iudicatum Rogger. cons. 31. nu. 13. & 14. Mars. cons. 105. nu. 2. 20. 31. & 44. vbi etiam si ad actum proximum deuentum fuerit Clar. in §. assassinium vers. scias, & in §. fin. q. 92. vers. scias tamen, subdens diuersimodè practicatum vidisse, & sic Iudicis arbitrio relinquendum attenta qualitate facti, & personarum eorumque circumstantijs ad not. per Couar. in clem. si furiosi in initio par. 2. nu. 9. Math. Brun. cons. 64. num. 51. vbi ait quod non debet torqueri Mascard de probat. conclus. 138. num. 2. & 8. Pedamont. decis. 19.
3 Menoch. dict. cas. 360. nu. 39. qui licet prius teneat quod in assassinio, quando deuētum fuit ad actum proximum puniatur pœna ordinaria postea verò nu. 92. tenet generaliter contrarium, stante dicta consuetudine Gramm. decis. 2. nu. 25. dicens, quod per 30. annos in Magna Curia Vicariæ semper ita practicatum vidit & decis. 74. nu. 15. & melius in constitut. terminum vitæ.

SVMMARIVM.

1 *Acquisita per Religiosos sunt ipsius Religionis.*
2 *Religiosi non possunt aliquid elargiri pro eorum anima.*
3 *Religiosi prætendentes aliquid habere, vel possidere, peccant mortaliter.*
4 *Milites Hierosolymitani dicuntur verè Religiosi.*
5 *Tria vota scilicet castitatis, paupertatis, & obedientiæ faciunt quem verum Regularem.*
6 *Professi in ordinibus militaribus, sunt verè Religiosi.*
7 *Milites Hierosolymitani prohibentur alienare in præiudicium Religionis.*

An Milites Hierosolymitani sint verè Religiosi, ad effectum, ne possint de fructibus Commendarum, vel de alijs eorum bonis quomodocumq; acquisitis in vita in alium disponere, vel donare.

DECISIO CCCXXI.

1 Ex textu in authent. ingressi C. de sacros. Eccles. clarè patet, omnia acquisita per Religiosos esse ipsius Religionis, & consequenter à Religiosis donari nequeunt, prout firmat latissimè Valer. in diff. inter vtrumque forum in
2 verb. munera, & nec aliquid elargiri pro anima, vel ad alios pios vsus vndecunque quæsitū, quoniam in his nullum habent dominium, nec possessionem ad finem disponendi, imò si prætenderent
3 habere, vel possidere aliquid proprium peccarent mortaliter, cum omnia sint, & acquirantur Religioni, vt habetur per Canonistas in cap. cum ad Monasterium de stat. monac. & per Spec. eod. tit. Abb. in cap. quanto de offi. ordin. nu. 2. & Zabar. cons. 17. qui loquitur de parua donatione supellectilium facta per monialem alteri moniali eiusdem monasterij cum licentia sui Ministri, & ipsam prædictis, & alijs rationibus improbat, ex quo non interuenit assensus Abbatissæ eius Superioris, & habetur etiā per Doctores in d. auth. ingressi, & in auth. si qua mulier C. de sacros. Eccles. Nauarr. in tract. de regular. super cap. non dicatis 12. quæst. 1. & inter alia allegat Concilium Tridentinum hoc idem prohibens in sess. 25. cap. 3. de regular.
4 Quare cum fuisset dubitatum, an Milites Hierosolymitani dicantur verè Religiosi, ita quod cōprehendantur sub d. auth. conclusum fuit appellari veros Religiosos, & in consequentiam nil posse disponere in præiudicium dictæ Religionis, & hoc pluribus rationibus fulcitur.

Primo, quia in eadem Religione Hierosolymitana per Sedem Apostolicam approbata illa
5 tria substantialia vota emittuntur, scilicet castitatis, paupertatis, & obedientiæ, quæ faciunt verum, & Regularem Religiosum, vt de eisdem militaribus Religiosis dixit Abb. in rubr. de regul. nu. 4. & expressius Nauar. in tract. de reddit. beneficior. Eccles quæst. 1. monitor. 55. nu. 5. & 6. to. 1. f. 295.
6 Secundo, quod profess. in ordinibus militaribus sunt verè Religiosi, vt affluenter demonstrat post plures alios, quos allegat Graff. de effect. clericat. effect. 1. num. 109. & sequ. abundè Bamacar. multas rationes adducens in cap. 1. §. qui clericus quæst. 2. si de feud. defunct. & ita tenet etiam Rot. Romana in vna Interamnen. bonorum Lunæ 15. Maij

Maij 1603. coram Illustrissimo Cardinali Bononien. nunc Dei gratia Summo Pontifice, & tales milites venire appellatione clericorum post alios, quos allegat voluit d. Grass. in suo præludio num. 256. & gaudere omnibus priuilegijs, quibus gaudent clerici, & quod in omnibus sunt tractati, & reputati vti verè Religiosi plura per Gratian. discept. fol. 457. per tot. lib. 3.

7 Tertio, & vltimo, quia eisdem militibus hoc idem expressè prohibetur per statuta d. sacræ Religionis per eamdem Sedem Apostolicam approbata vt in tit. de contract. & alienat. cap. 10. & 11. & in cap. 1. de prohibit. & pœn. & in cap. 6. eod. tit. de contract. in Generali Capitulo ordinato de mense Martij 1603. similiter à Summo Pontifice approbato, in quibus, nedum prohibentur donationes, & aliæ quæcumque alienationes, & obligationes inter viuos, & in vltima voluntate quorumcumq; bonorum per eosdem milites acquisitorum, sed etiam annullantur, & cassantur omnes donationes, alienationes, & translationes secularibus, vel alijs personis factæ absque licentia Magni Magistri, & Capituli Generalis eiusdem sacræ Religionis, vt in cap. 12. eod. tit. de contract. & in cap. 1. de prohibit. in quibus comprehenduntur etiam bona eisdem militibus peruëta ex legato, vel successione parentum vt in cap. 20. eiusdem Capituli Generalis in tit. de magistr.

SVMMARIVM.

1 *Fauore Religionis, & Ecclesiæ cogitur quis vendere.*
2 *Pro ampliatione Monasterij cogitur quis vendere.*
3 *Pro Ecclesia ædificanda cogitur etiam quis vendere.*

Dispositio textus in l. si quis sepulcrum ff. de religios. & sumpt. funer. an locum sibi vendicet in Ecclesia construenda.

DECISIO CCCXXII.

1 Fauore Religionis, & Ecclesiæ officio Iudicis quis cogitur ad vendendũ, iuxta textum in l. si quis sepulcrum ff. de religios. & sumpt. funer. & ibi Florian. num. 1. & in l. 3. §. locus eod. tit. & Bald. in l. 1. num. 19. ff. solut. matrim. vbi Angel. num. 12. Cepoll. de seruit. Vrban. cap. 82. num. 5. Ias. in l. 2. nu. 4. ff. solut. matrim. Gram. decis. 75. num. 1. Gomez in l. 46. Taur. nu. 9. Franc. Marc. decis. 534. num. 3. cum seq. Franc. decis. 223. nu. 5. & seq. Rota in vna Neapolitana Monasterij 29. Aprilis 1601. coram Lancellott. & in alia Romana Palatij de comitibus 16. Ianuarij 1611. coram Damasceno, nec illam esse communem negãt, sed potius fatentur Costa de remed. subsid. remedio 77. de Monte de empt. & vend. q. 11st. 3. nu. 39. in
2 fin. vers. fauore Religionis, quod procedit etiam pro ampliatione, vt per citatos Doctores de quibus meminit Farin. decis. 213. par. 1. to. 1.

3 Ex quibus, cum fuisset dubitatum in Curia Archiepiscopali, an dispositio prædictæ legis, qua cauetur cogi vicinum ad vendendum pro Ecclesiæ ampliatione procedat, & dictum priuilegium competat etiam Ecclesiæ, non dum constructæ, & licet pro parte negatiua allegabatur textus in cap. ad au lientiam de Eccles. ædific. vbi rei, quæ non dum est priuilegio caret, & textus in l. si non dum C. de fur. & seruo corrupt. vbi destinatio rei non habet priuilegium eiusdem rei, vt sequitur Tiraquell. in tract. cessan. caus. ampliat. 7. nihilominus fuit dictum, & resolutum contrarium.

Primo, per decisionem Rotæ in vna Ianuen. domorum 15. Maii 1615. coram Azinedo, vt patet in collectis per Farin. in decis. 676. par. 1. to. 2. vbi nedum Ecclesiæ constructæ, verum et construendæ officio Iudicis cogere, vt vicinæ domus sibi vendantur, iuxta terminos d. l. si quis sepulcrum, & iterum eadem Rota coram eodem Azinedo in vna Romana prætensæ demolitionis domus 19. Februarij 1608. vbi vendere domum suam quisque cogi potest fauore Ecclesiæ, Religionis, & nõ solum pro amplianda Ecclesia, sed etiam pro ea ædificanda, vbi etiam fuit dictum dictam regulam procedere pariter si domus non esset contigua Ecclesiæ, verum adesset via intermedia.

Secundo, ex quo adest eiusdem rationis identitas, in vtroque casu versatur enim tam in constructa, quam in construenda fauor publicæ vtilitatis, quo casu limitatur textus in l. nec emere de iur. deliber. vt probaaur in l. item si verberatum ff. de rei vendic. l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. l. 2. §. sunt qui putant ff. ne quid in loc. public. l. si locus quemadmodum seruit. amitt. Flor. in d. l. si quis sepulcrum Fab. de Monte vbi supra num. 38. vers. secundo ratione publicæ vtilitatis, Alex. cons. 92. nu. 2.

Denique huic sententiæ adstipulatur Couarr. var. resolut. cap. 14. num. 7. lib. 3. qui nonnullas rationes adducendo tenet, textum in d. l. si quis sepulcrum procedere etiam pro Ecclesia ædificanda.

SVMMARIVM.

1 *Iudices recusati coguntur ad eligendos arbitros.*
2 *Episcopo negligente in aliquid agendo, potest Archiepiscopus compellere ipsum ad id agendum, & vide nu. 3.*
4 *Episcopi immediatè sunt subiecti Metropolitano.*
5 *Metropolitanus habet omnimodã, & plenam iurisdictionem in suffraganeos.*
6 *Iurisdictio deuoluitur ad Archiepiscopum ob negligentiam Episcopi.*

An Archiepiscopus possit cogere suffraganeum recusatum suspectum ad eligendum arbitros.

DECISIO CCCXXIII.

1 Regulariter de Iure Sanctorum Canonum Iudices recusati suspecti possunt cogi ad eligendos arbitros, qui de causa suspitionis cognoscere valeant cap. legitima de appellationibus in 6. cap. suspitionis de offic. delegat. Quare fuit dubitatum in Curia Archiepiscopali, an Illustrissimus

strissimus noster Archiepiscopus cogere posset quemdam suffraganeum recusatum suspectum ad eligendos arbitros, & fuit resolutum affirmatiuè, nam si Episcopus est negligens in eo, quod
2 facere debet, Archiepiscopus potest ipsum compellere Abbas in repetit. cap. si quis cōtra clericum nu. 7. & 40. de for. compet. & in cap. pastoralis in principio de off. ordinarii, & in cap. auaritiæ de præbendis in cap. cum Bertoldus de re iudicat. nu. 10. & potest in eum exagerare pœnas Fely. in cap.
3 pastoralis nu. 6. vnde videmus Archiepiscopum cogere debere Episcopum negligentem in erectionem Seminarij eiusque conseruatione si suam portionem soluere detractauerit ex decreto Sacri Concilij Tridentini sess. 23. cap. 18. de reformat. Archiepiscopus enim est Ordinarius Iudex Episcoporum suæ Prouinciæ cap. quia cognouimus 10. q. 3. cap. pastoralis in principio vbi Abb. nu. 2. de offic. ordinar. & latè dixi in mea praxi part. 3. in praxi potestatis Archiepisc. & ad eumdem effectum allegatur ibi cap. sollicitudinem de appellationibus, & cum recusent facere quod de Iure est faciendum possunt cogi per suum Iudicem Archiepiscopum arg. eorum, quæ notat Abbas in cap. excommunicato nu. 13. de rescript. & Geminian. in c. venerabilibus in principio nu. 4. de sent.
4 excom. in 6. & ratio adducitur per eumdem, nam Episcopi immediatè sunt subiecti Metropolitano Zabarella in clement. abusionibus sub nu. 8. de pœnit. & remis. idem Gemin. & Franc. in cap. vt litigantes de off. ordinarij in 6. & Metropolitanus
5 habet omnimodam, & plenam Iurisdictionem in Episcopos suffraganeos, & eorum officiales, vt est textus in cap. pastoralis in princip. & cap. Romana
6 de off. ordinarij in 6. & hinc propter negligentiam Episcopi deuoluitur potestas ad Archiepiscopum Afflict. in cap. Imperialem §. præterea num. 33. de prohib. feud. alienat. per Feder. & est textus in cap. pastoralis in princip. de off. ordinarij, & in c. sicut olim de accusat. & in cap. fin. de supplend. neglig. prælat. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Creditur asserenti aliquid circa suum officium, & sic dicitur in Notario nu. 2.*
3 *Fraus & dolus nemini debet patrocinari.*
4 *Electio fori non est concedenda personis priuilegiatis eligentibus forum, causa defatigandi colligantes.*

Medico Curiæ attestanti, inquisitum non posse torqueri propter sputum sanguinis an sit credendum, si ex cedulis Aromatario missis appareat deseruire alijs infirmitatibus torturam non impedientibus.

DECISIO CCCXXIV.

Cum essent torquendi quidam clerici per nostram Archiepiscopalem Curiam ob plura facinora commissa, produxerunt fidem cuiusdam Medici nostræ Curiæ attestantis non posse torqueri propter sputum sanguinis quo laborabant, cum que per celeberrimum Iurisconsultum, in negotijsque peragendis præstantissimum Episcopum Alexandrum Boschum Vicarium nostrum fuisset ordinatum, quod viderentur rizzectæ, fuit visum, dictas rizzectas nō deseruire prædictæ infirmitati, sed alijs torturam non impedientibus, quare fuit dubitatum, an attestationi dicti Medici sit credendum, & pro parte affirmatiua videbatur concludendum, cum ageretur de his, quæ spectant ad officium Medici, enim
1 creditur aliquid asserenti in his, quæ spectant ad officium suum Rot. coram Cardinali Serafino In Roman. de Pichis 1. Iunij 1585. & ideo Notarius
2 deponens testatorem voluisse legare etiam futura probaret plusquam semiplenè, quamuis verba legati ad illud tempus futurum non extenderentur, quasi tunc deponat de spectantibus ad eius officium Aym. conf. 178, nu. 7. quem sequitur Rot. per Cardinalē Blanchett. in Roman. deuolutionis vineæ 1. Iulij 1573. coram Reuerendo Coccin. Viterbien. fideiussionis 20. Iun. 1600. & Rom. legati della Porta 3. Decembris 1601. & hinc emanat Notarij testimonio licet singulari credi de gestis à se ipso, vt si attesteiur aliquid à se scriptum Cyn. in l. si quis decurio in 18. opposit. & ibi Saly. in 4. opposit. C. de fals. Alexan. in l. 2. §. si absens nu. 11. ff. si ex noxal. caus. ag. & in conf. 192. nu. 13. lib. 6. Herc. in tract. de proband. neg. 2. nu. 217. & Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 1. nu. 3.

Contrarium tamen iudicauimus, stantibus rizectis Aromatario missis, ex quibus videbatur talem morbum non adesse, cum medicamenta illic ordinata non essent applicabilia tali morbo impedienti torturam, quare fuerunt ipsi torti, & acriter ob præsumptum etiam dolum, & fraudem procuratę fidei falsæ à Medico ad euadendam torturam & habuimus rationem ad illam Iuris Regulam,
3 qua cauetur, fraudem, & dolum nulli debere patrocinari, & sic ex hac Regula, firmo aliam electionem fori non esse concedēdam personis priuilegiatis, vbicunque appareret hoc ipsos facere causa defatigandi colliti gantes.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta apta ad fabricandam monetam reperta penes aliquem quando faciunt inditium ad torturam, & nu. 2. 4. & 5.*
3 *Eijcientes ictum scoppictæ puniuntur pœna vltimi supplicij licet non sequatur affectus de Iure Regni.*
6 *Verba debent intelligi cum effectu.*
Lex vbi non distinguit nec nos distinguere debemus ibid.
7 *Notarius quando excusetur à falsi pœna.*
8 *In dubijs mitior pœna est sequenda.*

An instrumenta pro fabricanda moneta, non dum perfecta, faciant indicium ad torturam.

DECISIO CCCXXV.

1 SVpposita illa conclusione, quod instrumenta
ad fabricandum monetam reperta penes ali-
quem faciant indicium ad torturam contra
3 ipsum latè de Franchis in decis. 240. fuit dubi-
tatum in Curia Archiepiscopali, an idem pro-
cederet, quando instrumenta non sunt iam apta,
2 & perfecta, & dicebatur, facere indicium ad tor-
turam, nam vt dicit idem de Franchis nu. 4 in cri-
mine falsæ monetæ non requiritur, quod actus sit
consumatus, & sic non requiritur quod in instru
mentis sint impressi cunei, ita Bar. in l. qui falsam
ff. ad legem Corneliam de falsis, & ita alias iudi-
casse Sacrum Consilium refert Gram. in decis. 74.
vbi dicit, quod cudens monetam si adhuc non im-
pressit imaginem Principis debet puniri pœna
mortis, licet delictum non appareat perfectum, vt
pulchrè dicit Salycet. in l. si quis furtio circa prin-
cipium C. de furtis, & facit pro corroboratione
huius opinionis pragm. 1. de ictu scoppictæ, vbi
punitur, quis ex ictu scoppictæ, licet non sit fequu
tus effectus.

4 Cœterum, Domini aliquibus discrepantibus
contrarium deciderunt & sic quod non faciant
indicium ad torturam instrumenta, in quibus non
dum in eis fuerunt impressi cunei, & alias proba
tiones à fisco desiderabantur ad hoc, vt delinquēs
potuisset torqueri, & moti fuerunt cum quibus
pariter ego ex illa clara Iuris conclusione, quod
statutū faciens mentionem de falsa moneta, intel-
ligitur de ea, quæ est habilis ad vsum, argumento
eorum, quæ á contrario scribit Speculator in tit.
de solut. & oblat. sic etiam à simili possumus di-
cere, quod Iura adducta per de Franchis in d. de-
cis. 240. volentia, instrumenta apta ad fabricādum
5 monetam reperta penes aliquem facere inditium
ad torturam non debent intelligi, & trahi ad in-
strumenta imperfecta, quia verba sunt cum effe-
6 ctu intelligenda l. 3. §. hæc verba ff. quod quisque
Iuris, & vbi lex non distinguit, nec nos distingue-
re debemus, vulgata l. de pretio ff. de public. in
rem actione, & latè Nouarius in sua praxi electio-
nis, & variat. for. q. 5. sect. 2. num. 4. & ad nostrum
7 propositum valdè consonat, quod Notarius non
tenetur pœna falsi si incepit falsum instrumētum
& non perfecit, vt plenissimè contrarijs respon-
dendo tractat Lucas de Penna in l. fin. C. vt ne-
mo ad suum patro. lib. 11. col. 2. & ad dictum
Salycet. in d. l. si quis furtuo C. de furt. respondetur
procedere, quando res est perniciosi exempli, vt
refert Gram. d. decis. 74. sed de dictis instrumentis
fuit dictū in nostra Curia potuisse ad alium vsum
deseruire, & pragm. Regni eamdē pœnam impo-
nat ferientibus cum scoppicta non sequuto effe-
ctu quam sequuto effectu, tamen de Iure cōmuni
aliter est ordinatum, vt per multas decisiones pro
bat ibi Nouarius in coll. decis. insuper cum pun-
8 ctus sit dubius semper debet sequi benignior
pars, ad textum in l. merito ff. pro socio, &
in pœnalibus mitior pars semper est sequenda
arg. cap. odia de reg. iur. in 6. & ex Franch. dicta
decis. 240.

SVMMARIVM.

1 *Clericus gaudet immunitate Ecclesiæ, sed vide num. 5.*
2 *Ecclesia est propria domus clericorum. & magis tuetur clericos [illegible] num. 3.*
4 *Priuilegium, ne quis extrahatur ab Ecclesia est cōcessum ipsis templis.*
6 *Episcopus [illegible] habeatur pro [illegible].*
7 *Statutum Episcopi non ligat subditos extra Diœcesim.*

Opinio illa, quod clericus non gaudet immunitate ecclesiæ, quando persequitur ab eius Episcopo, an locum sibi vendicet, dum degit in Ecclesia Regularium, & sic exempta.

DECISIO CCCXXVI.

OB enormia delicta patrata per quemdam
clericum, visus est confugere intus Eccle-
siam quorumdam Regulariū; Quare cum
tractaretur in Curia Archiep. de captura eiusdē
obijciebatur pro eius parte; minime de Iure capi
potuisse in ipsa Ecclesia; ex infrascriptis, tum quia
clericos inspecto iure communi immunitate Ec-
1 clesiæ gaudere ab eaque inuitos extrahi non
posse: quod Rom. bis respondit in consilio 223. &
in cons. 235. cuius opinio his præsertim confir-
firmari potest rationibus. Primo per tex. in cap.
inter alia de immunit. eccles. & in cap. fin. eod. tit.
& in l. præsenti, & in toto tit. de his qui ad eccles.
confugiunt, & per alias leges, & canones, quæ ge-
neraliter loquuntur, & indefinité confugientem
ad ecclesiam tutum esse, nec distinguunt laicum
à clerico: ergo nec nos distinguere debemus l. de
pretio ff. de publ. in rem act. præsertim cū maior
ratio sit, ne clericus extrahatur, quam laicus; cum
2 Ecclesia sit propria domus clericorum, nec in
domo propria neminem capi proclament tex. in l.
plerique ff. de in ius vocādo l. nemo ex domo ff. de
reg. iur. Peschius de [illegible] cap. 6. nu. 3.

Secundo pro hac opinione viget tex in c. nullus
clericorum 17. q. 4. qui est desumptus ex quodam
Concilio [illegible], vbi dicitur, quod nullus clerico-
rum seruum suum, vel discipulum fugientē ad ec-
clesiam extrahere audeat, vel flagellare præsumat
si ergo non licet clerico seruum proprium, in quo
habet ius vitæ, & necis extrahere, nec discipulum
flagellationes tantum timentem, etiam disciplinæ
gratia extrahere, & tamen poterat esse discipulus
tam laicus quam clericus: quanto ergo minus li-
cebit clericum delinquentem extrahi à Iustitia
Ecclesiastico? Cum Ecclesia multo magis tueri
teneatur clericos, & subditos suos, quàm alienos,
vnde priuilegium datum laicis, non debet dene-
gari

gari clericis, quos magis tueri debet argumento tex. in cap. 1. de nat. ex liber. ventre.

4 Tertio facit, quia hoc priuilegium, & immunitas ecclesiæ, quod in ipsa nemo capi possit, non personis, sed templis à Canonibus concessa est, propter honorem, & reuerentiam, quæ locis sacris diuinoq; cultui dicatis debetur, Couarr. lib. 2. variar. r. sol. cap. 20. in principio Decian lib. 6. cap. 26 nu. 1. ergo comprahendit omnes personas, quæ ad dictam ecclesiam confugiunt, siue sint clerici, vel laici, argumento cont. quæ traduntur á Roman. in d. cons. 235 & ibi Manoel. in add. Romani opinionem sequitur. Quas etiam rationes referunt Ber. Diaz in prax. cap 123. Farinac. in quæst. crim. quæst 28. nu. 7. Decian. lib. 6. cap. 26. nu. 1. Remig. Gon. de immunit. eccles. fol. 21. pag. 339 qui omnes frequentiori Scribentium calculo, hāc opinionem veriorem, & receptam esse testantur. Idemq. affirmant Iul. clar. §. fin. quæst 30 nu. 16 Guttierrez lib. 3 pract q. 3. nu. 1. ad finem, & relati à Bouadilla lib. 2. cap. 14. n. 57. Zerola in prax. episcop. 1 p. §. immunitas ecclesiastica vers 9. subdens ideo gaudere hac immunitate, quia clerici nō sunt deterioris conditionis quam laici.

5 Cæterum, supradictis minimè in contrariū facientibus Curia Archiepiscopalis censuit potuisse Illustrissimum Dominum nostrum Ordinarium mandare capiendum dictū clericum, non obstante quod prædictus clericus degebat intra ecclesiā Regularium, ex quo clerici non gaudent immunitate ecclesiæ contra eorum Ordinarium, vt ex pluribus fundamentis tradiderunt Guttierrez lib. 2. quæst. 6. Cened. lib. Canonic. quæstionum q. 42. facit ad hoc, quod alias esset sic his aditus clericis facinorosis discedendi ab obedientia suorum Superiorum, iuxta considerationem glosæ in clem. 1. de for. competenti.

6 Non obstat, quod Episcopus egrediens Diœcesim suam, & si in loco exempto habeatur pro priuato l. 3. de offic. præsid. Gemin. in cap si Abbatem nu. 4. de electione in 6. & ideo prohibetur iurisdictionem exercere extra suam Diœcesim c. Episcoporum 9. q. 2. c. 2. de constitut. in 6. l. fin. de iurisdict. omn. iud.

7 Et statutum Episcopi quemadmodum non ligat delinquentes extra suam Diœcesim, sic etiam non comprahendit eos, qui delinquunt in locis exemptis existentibus in Diœcesi. Turrecrem. in c. 2. §. statuto de constitut. in 6. Castr. & Ias. in l. fin. de iurisd. omn. iud.

Quia respondetur, quod locus exemptus, est in Diœcesi, & proinde situatur in territorio Episcopi ex quo oritur iurisdictio l. pupillus §. territorium ff de verb. signif. Cardinal. Vital. & alij in clem. 1. de foro compet. Abb. in cap. Apostolicæ nu. 3. de donat. Rota diuers. decis. 107. nu. 2. part. 2. Felin. in cap. graue nu. 2. de off. ordin.

SVMMARIVM.

1 *Pendente accusatione criminali, quis non est promouendus ad nouos honores.*

2 *Notarius accusatus de falso, potest interim conficere instrumentum.*

3 *Accusatus accusatione pendente, non debet priuari possessione sui officij neque suspendi, & nu. 4.*

5 *Non debet quis inauditus, & causa non cognita priuari.*

An Religiosus, inquisitione pendente habeat vocem actiuam, & sic ius eligendi.

DECISIO CCCXXVII.

PRima consideratione, videbatur affirmatiuè resoluendum, tum quia ante suspensionem nullo modo constituisset de delicto, nec leui quidem informatione, tum quod delictum non esset tale, vt etiam probato priuandus esset officio, pro qua opinione adducitur text. in l. libertus
1 §. in quæstionibus ff. ad municipalem, vbi neminem quidem pendente accusatione criminali ad nouos honores promouendum esse, sed pristinam interim dignitatem retinere, facit etiam quod tradit Felyn. in cap. omnipotens Deus de accusa-
2 tionibus vbi ait, quod Notarius accusatus de falso potest interim conficere instrumentum idemque sensit Aufrer. ad Capp. Tholos. in
3 decis. 370. vbi ait, quod accusatus accusatione pendente non debet quis priuari possessione sui officij aut suspendi, nisi propter criminis enormitatem, vel scandalum, non enim facilè indulgendum est malitijs accusatorum, & in materia suspensionis ab officio pendente, & temperatè procedendum est, cum suspensio famam sugillet apud probos viros, & dedecus quodam incurrat, vnde Cruell. in decis. 60. dixit notabiliter iuri consen-
4 taneum esse, neminem officio suo posse priuari quin culpa aliqua contracta illud demeritus sit, aut aliqua iusta causa subsit, vt egregiè docet Arius Pinell. in prima parte rubricæ nu. 31. C. de rescindenda venditione, vbi alios refert, præser-
5 tim vero causa infamante non debet quis inauditus, & causa non cognita priuari, Papon. arrest. 8. per textum in leg. quæ omnia §. 1. ff. de procuratoribus, Sed his non obstantibus contrarium fuit ex voto meo decisum per quemdam Superiorem Regularem, pro cuius meæ opinionis comprobatione adducebam Vgolin. tabula 4. cap. 7. §. 3. & cap. 8. §. 9 numero secundo, & Tolet. in summa lib. 1. cap. 14. quos refert, & sequitur Sayr. de censuris lib. 5. cap. 5. & facit Cruell. d. decis. 60.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pœna ordinaria falsi non habet locum in eo, qui commisit falsitatem in re modica.*
2 *Furtum in re modica punitur pœna leuiori.*

Quæ dicatur modica quantitas, ad effectum excusandi quem à pœna ordinaria falsi.

DECISIO CCCXXVIII.

1 Fvit dictum in Curia Archiepiscopali, pœnam ordinariam contra committentem falsum à Iure inflictam minimè sibi locum vendicare contra eum, qui in modica re falsitatē patrauit, dicitur enim tunc leue delictum, etiam quod dolus interuenerit, & propterea leuiter puniendum est, Aym.cons.46. num.12. & in fine, & cons.75.nū.16.Roland.cons.38. nu.36. lib.1.prout hos sic referendo sequitur Baiard. ad Clar.in §. falsum nu.273.& seq.vbi ex Aymone in loco præcitato declarat in proposito, rem modicam videri, quando non excedit summam duorum aureorum Bertaz.cōs.8.nu.67.Menoch.de arbitr.qu.est. lib.2.casu 306.nu.35.vbi tamen, quod in isto casu imponitur pœna extraordinaria Addent.ad Alban. cons.224.litera D.in principio, & in fin. addit. & litera H. vers. & quod suspitio falsi, Rolan. cons. 38.nu.36.lib.1.vbi loquitur, quando agebatur de falsitate commissa in causa quatuor scutorum Iacob.Port.Imolen.cons.95.nu.11.vers.non affirmarem, vbi, quod modicum præiudicium ex falsitate resultans non excusat à pœna falsitatis. Sracc.in addit.ad Aymon. d.cons.46.num.4.& 5. vbi cum Menoch.in loco præcit.tenet pro falsitate commissa in re modica posse imponi pœnam extraordinariam, & ita declarandus est Alciat. in cons.22.nū.3. & 4.to.2. lib.7. dum voluit, falsum
2 committi, etiam in re modica, sic furtum, vt scilicet puniatur aliqua pœna leuiori, & extraordinaria iuxta quantitatem rei furatæ, non autem ordinaria, & cum hac declaratione benè etiam procedit proposita limitatio.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio est odiosa, arida, & arcta & nu.6.*
2 *Dispensati sad obtinendum, non dicitur dispensatus ad retinendum, sed vide nu.3.*
4 *Dispensatus ad dignitates, non censetur dispensatus ad beneficia.*
5 *Dispensatio est stricti Iuris.*
7 *Reus est remittendus cum processu.*
8 *Verba debent aliquid operari.*

Literæ Nomine Sanctissimi directæ Illustrissimo Ordinario, vt absque timore Irregularitatis possit tradere laicos Curiæ seculari, quos apparebat esse clericos inquisitos de moneta, an extendātur vt ēt cū eis consignetur processus, si de ipsius consignatione nulla fuerit facta mētio.

DECISIO CCCXXIX.

1 Dvbitabant Domini pro incursu Irregularitatis propter naturā dispensationis, quam esse odiosam, & vulnerare ius commune tradiderunt Rot.Roman.decis.140.& 451.parte prima in nouissimis, ideoq; dicitur ārida, & arcta dispensatio Fely.ad cap postulasti nu 8 de rescriptis, quia intelligitur respectu strictæ interpretationis, quoad dispensatum, vt minus derogetur iuri communi, non quatenus ad dispensantes Rot. Roman.d.loco & decis.533.parte prima in nouissimis Mandos.cons.54.nu.4. Osasch. cons.63. nu. 31.Surd.cons.453.nu.4.vol 3.& cons.523. nu. 26. vol.4. ante alios Monach.ad capitul. 1. de fil. pres-
2 byter.in 6. proinde dispensatus ad obtinendum non intelligitur dispensatus ad retinendum Rot. Roman.decis.233.nu.25.parte prima Anton. lib. primo resolut. 19. nu. 14. Insuper dispensatio intelligitur de prima vice Anchar.cons.404.num.8.
3 cum sequenti, nisi agereiur de actu variabili sine Tertij præiudicio, vt in indulto testandi concesso Cardinal. quod non consumitur in primo testamento, explosa opinione Decij cons. 512.vt apud Costam ex Curt. Iun. Gabriell. Ruyn. Granut, &
4 alijs in tract. de facti scient. & ignorant. inspect. 23 nu.2.tom.1.dispensatusq.ad dignitates non cēsetur ex hoc dispensatus ad beneficia Innoc. ad capit. dilectus el terzo de præbend. & Fely. ad capit. veniens columna prima de accusat. sic dispensatus ad ordines non propterea cēsetur dispensatus ad beneficia Panormitan ad capit. literas nu. 6 de filijs presbyter.& dispensatus ad Curata non propterea cēsetur dispēsatus ad simplicia Rebuff. in prax. benefici. tit.de dispensat.ad plur. benefic. nu.64.& Dec.in l. non debet cui quod plus 21.nu.
5 6.ff.de regul.iur.ex quo dispensatio est stricti iuris Natta cons.179. nu. 27. vbi quod in ea non fit extensio ad casum, in quo sit maior ratio dispensandi, vt est sancitum in capit. vlt. de translat.prælat. Felyn.ad capit.postulasti nu.8.in fin.& nu. sequen te de rescriptis, vbi etiam Hostiens. & certum est, vt ex verbis literæ clare apparet, Papā dispensare ab Irregularitate quoad cōsignationē personæ, vn de illa dispensatio non debet extendi ad consigna-
6 tionem processus, cum dispensatio vti odiosa, neque extendatur ad consecutiua, capitulo primo de fil. presbyter. in 6. quod verum est, etiam si adesset maior ratio Host. in capit. postulasti de rescript. Dec. cons. 512. Nauarr. de reddit. Eccles. quæst.tertia mon. to. nu. 1.

Cæterum, supradictis minimè obstantibus cōtrarium fuit decisum in Curia Archiepiscopali propter præsumptam scientiam Pontificis, voluisse pariter comprehendere præstationem processus, ex quo non dubitabatur, per solam consigna-
7 tionē personæ nullā contrahi irregularitatem, cū de iure reus semper remittendus sit cum suo elogio, siue processu l.diuus l. non dubium ff de custodia reorum, Decian.tractat.crim.to. 1.lib.quar to cap.19.num.21.& sequent.& talis videtur esse mens Summi Pontificis, tam ratione cōnexitatis, quam vigore dispensationis, lege beneficium ff.de constitution.Princip.

Et facit, quod si aliter diceremus eueniret, quod verba

verba illa, absque timore irregularitatis, nihil operarentur, quod de iure est absurdum, cum verba
8 regulariter debeant aliquid operari l. si quando ff. de leg. primo l. fin. ff. Ne quid in loco publico cap. si Papa in fine de priuileg. in 6. cap. si à Iudice de appellat. eod. lib.

SVMMARIVM.

1 *Faciens se Doctorem, cum non sit, incidit in pœnam falsi.*
2 *Gerens se pro milite, cum non sit, tenetur pœna falsi idem in illo, qui se facit Comitem Palatinum, vt num. 3.*
4 *Faciens se Sacerdotem, cũ nõ sit, punitur pœna falsi.*

Pœna falsi tenetur qui se inscribit Doctorem, cum non sit.

DECISIO CCCXXX.

1 Censui, quemdam Vicarium incidisse in falsi pœnam, qui pluries se inscripsit V. I. D. cum non esset, per doctrinam Bart. in l. eos §. qui se pro milite ff. ad l. Cornel. de falsis, & ibi Alexan. in addit. declarat hoc procedere, quando non solum appellat se Doctorem, cum non sit; sed quando etiam facit aliquos actus ad Doctorem spectantes: alias enim sine istis actibus eo solum, quod facit se Doctorem nuncupari, non punitur pœna falsi, sed pœna extraordinaria, vt ibi per eũ. Nicas. in §. item lex Cornel. de fals. nu. 4. instit. de public. iudicijs, & ibi etiam Ioan. de Plat. col. 4. post principium vers. item gerens Marian. Socc. in cap. ad falsariorum nu. 37. extra de crimine falsi Bonifacius de Vital. in rubrica de falsit. num. 3. versic. vsu committitur falsum, Bossius in titulo de falsit. nu. 131. Iodoc. in practica crim. cap. 123. rubric. de falsit. per abusum sub num. 10. Vantius de nullitate ex defectu inhabilitat. nu 68. practica Corrad. rubrica de falsit. n. 23. vbi declarat intrare pœnam falsi, quando facit aliquem actum Doctori congruentem, alias sola nominatio non facit quem puniri pœna falsi, sed tantum extraordinarie, & ita etiam declarat Hyeron. Giacc. in add. ad Clarum in §. falsum litera E, la seconda, in verbo dissigilans vers. item fingens se Doctorẽ Menoch. casu 318. num. 23. Monticell. reg. crim. 15. num. 55. & Menoch. vbi supra nu. 22. quemadmodum
2 dicimus in gerente se pro milite, cum non sit qui etiam tenetur pœna falsi. Alberic. in rubr. ff. ad l. Cornel. de falsis nu. 10. & est text. in l. eos §. qui se pro milite gessit ff. eod. vbi tamen videtur imponi pœna arbitraria, & ibi glos. in verb. pro milite, & Alberic. num. 3. Bellaper. in l. 1. vers. posset dici C. ad l. Cornel. de falsis Nicas. in §. item lex Cornelia de falsis numero 4. vers. item etiam dicens se militem, institut. de publ. iudic. & ibi etiam Misinger. n. 7. vers. denique, & ille, Ioan. de Platea col. 4. post princip. vers. item gerens se pro milite, Azo. in summ ad l. Corn. de falsis nu. 6. ver. milites etiam, Goffred. de crimine falsi nu. 5. vers. item qui se pro milite gessit Host. in summa eod. tit. num. 2. vers praeterea vsu Marian. Socc. in cap. ad falsariorum num. 37. extr. de crim. falsi Gand. in tit. de falsit. sub num. 1. Bonifacius de Vital. in rubrica de falsit. nu. 1. vers. vsu committitur falsum, Iodoc. in pract. crim. cap. 123. rubr. de falsit. per abusum nu. 10. Vantius de nullit. in tit. de nullitati ex defectu inhabilitat. nu. 69. pract. Corrad. in rub. de falsitat. nu. 23. Montic. reg. crim. 15. nu. 55. Petrus de Gregor. in Syntagm. iuris lib. 36. cap. 8. rub. de mutato nomine, idem de eo, qui se facit Comitem Pa-
3 latinum, creat Notarios, & legitimat spurios, cum non sit, ponit Anan in cap accedens nu. 12. in fi. de crimine falsi, vbi, post Bald. quem alleg. in l. data opera, C. qui accusare non possunt dixit, esse pœnam mortis, Pract. Corrad. rubr. de falsit. num. 27. vers. sic inquit Iason vbi, quod punitur pœna mortis, Hieron. Giaccar. in addit. ad Clarum in §. falsum litera E, la seconda verb. dissigilans ver.
4 item de illo, qui dicit se Comitem, idem de faciente se Sacerdotẽ, vel Diaconum, cum non sit, ponit Alberic. in dicta l. eos, §. qui se, nu. 3. ad l. Cornel. de falsis, & ibi infert ad obtinentem beneficium clericale, cum clericus non sit, Goffred. in summa rubr. de crimine fals. post nu. 5. Hostiens. in summa eod. tit. nu. 2. vers. idem in eo, qui cum non sit clericus, Anan. in cap. accedens nu. 12. in fin. de crim. fal. Bonifac. de Vital. in rub. de fal. num. 2. vers. vsu committitur falsum Pract. Corrad. rubr. de falsit. nu. 23. post princip. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 318. nu. 12. & casu 538. nu. 7. vbi videtur concludere, quod tàm de iure ciuili, quàm canonico pœna sit arbitraria.

FINIS.

SVMMARIVM.

1 *Occupator bonorum ecclesiæ excommunicatur.*
2 *Occupans bona ecclesiastica non potest vti rescripto Apostolico propter repugnantiam excommunicationis in qua incidit.*
3 *Extensio fit etiam in pœnalibus, ex identitate rōnis.*

Dispositio Conc. Trid. sess. 22. canon. fin. de reform. contra bona Ecclesiæ occupantes, an locum sibi vendicet vbi non fuerunt applicata occupanti.

DECISIO CCCXXXI.

1 EXcommunicatur occupator bonorum ecclesiæ, cap. quicunque 12. q. 2. & cap. attendendum 17. q. 4. extrauag. ambitiosæ de reb. eccl. non alien. & cauetur in Sacr. Conc. Trid. sess. 22. cap. fin. de reform. ibi, is anathemati tamdiu subiaceat quamdiu bona, fructus, & redditus ecclesiæ, siue beneficiato integrè restituerit, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit, Lap. alleg. 64. nu. 4. Caualc. dec. 30. nu. 50. p. 2. & dec. 27. nu. 39. p. 3. hinc est, quod occupans bona ecclesiæ adeo incidit in censuras, vt non possit vti
2 rescripto Apostolico, nec erit audiēdus, nisi prius relaxatis bonis detentis, vt testatur Maceraten. resolutionum lib. 1. c. 56. & prędictæ cēsuræ subijciuntur tàm vsurpantes iura, & bona ecclesiæ, quam mandantes, consulentes, & quoduis auxilium præbentes, vt per eundem in cit. lib. resol. 73 & idem in resol. 76. quibus sic pro articuli cognitione enarratis. Cum fuisset in Curia Archiep. dubitatum, an supraenarrata Concilij dispositio locum sibi vendicaret quando bona occupata occupans non sibi applicauit; & fuit in Curia Archiep. dictum, locum sibi habere etiam si sibi non applicasset dicta bona occupata ex identitate rationis, quo casu extensio fieri potest de casu ad casum, per regulam quod vbi est eadem ratio ibi debet esse idem ius, probat tex. in l. illud ff. ad l. Aquil. l. à Titio ff. de verb. oblig. l. non possunt, & l. seq. cū ibi notatis per glo. & DD. ff. de legib. Euerard. in loco à ratione legis larga nu. 76. & in loco à simili nu. 1. & 2. vbi hanc probat conclusionem, & illius plura ponit exempla Corset. in sing. verb. extēsio il primo, nu. 1. Cott. in memorab. in vers. rationis identitas, vbi quod rationis identitas operatur, quādo in dispositione fit mētio de vno, talis mentio censeatur facta exemplificatiuè, & non restrictiuè, Simoncel. de decret. lib. 2. tit. 6. nu. 19. Mandell. cons. 771. nu. 31. lib. 4. Villag. in tract. de extēs. leg. rub. de extens. ll. non correct. nu. j. & seq. quia ratio legis, vel statuti quando est amplior, & generaliter, dispositione tūc ex illa ampliatur etiam dispositio, eaq. extēditur ad amplitudinem rationis, l. regula §. fi. & ibi Bart. & Bal. ff. de iur. & fact. ignor. l. 2. §. si mater vers. quid si curatores, & vers. quid si decesserint ff. ad Tertull. Rolan. cons. 14. nu. 22. & seq. lib. 3. Cephal. cons. 16. nu. 7. cons. 30. nu. 35. & cons. 134. nu. 33.
3 Immo extensio & in pœnalib. conceditur à maiorirate rōis, l. qui indignus ff. de Senat. l. cui pacto ff. de seru. export. l. relegatorū §. pōt ff de interdict. & relegat. Bal. in l. transigere in 8. oppos. C. de trāsaction. Rip. in rub. extra de iudic. nu. 22. vers. non obstat secundo; & extensio fit ad euitandam fraudem, quia talis dispositio reputatur fauorabilis, & non odiosa, Alex. in loco relato per Aymon. de antiq. tempor. par. 4. in princ. nu. 136. vbi plurib. Et ad comprobationem prædictorum, & propriè in casu nostro, cum agatur de fauore ecclesiæ locum habet extensio c. 1. §. fi. extra de postul. prælat. in verb. priuatè, gl. in cap. sciant cuncti in verb. alios de elect. in sexto, & ibi Gemin. in fi. & Frāc. col. 2. vers. in eadem glo. Euerar. in loco à ratione legis larga n. 50. sic & idem vbi agitur de salute animæ, prout in casu nostro pariter, vt euitetur peccatum glo. in l. omnes la 2. in ver. Apostolicæ C. de ferijs, Bart. in auth. sacramenta puberum nu. 19. C. si aduers. vendit. Io. Andr. in cap. ex tenore col. 2. vers. dic ergo extra qui fil. sint legit. cum alijs plurib. allegatis per Villagut in tract. de extens. leg. rubr. de extens. ll. correct. & pœna simul. nu. 80.

SVMMARIVM.

1 *Insignia dicuntur signa nobilitatis, aut famositatis.*
2 *Quilibet potest sibi assumere insignia.*
3 *Episcopus potest constituere nouas dignates in aliqua Ecclesia absque authoritate Apostolica.*

An Episcopus possit concedere insignia Canonicis suæ Ecclesiæ Cathedralis, an vero dictum ius spectet ad Pontificem Maximum.

DECISIO CCCXXXII.

1 PRO supradicti articuli cognitione præmittendum est, quod insignia videntur dici signa nobilitatis, aut famositatis, sicut insignis dicitur valdè nobilis, & famosus etiam in malo, vt Barabas, inde consueuerunt insignia dici Arma siue distributiua signa quæ consueuerunt vt plurimum esse nobilium, & inuenta extitere ad cognoscendas res, familias, & agnatioces distinguēdas, & denique ad euitan:'s confusionem, argum. l. ad cognoscendum C. de ingen. & manum. Dec. in cap. causam matrimonij nu. 6. & seq. de prob. Guliel. de Bened. in cap. Raynutius in vers. Raynutius de clera nu. 57. de testam. Tiraq. de nobilit. c. 6. nu. 17. & ratio ea est, quoniam ex signo cognoscuntur signata, l. signata vbi Ioan. de Platea C. de fabricens. lib. xj. Bal. in l. dos data C. de don. ante nupt. Affl. dec. 23. nu. 3. Octauian. Cacher. dec. 48. nu. 3. Cassan. in Cathal. glor. mund. in 1. par. consider. 38. concl. 41. Anton. Ciossus cons. 18. vt dilucidus nu. 7. & seq. volu. j. vbi planum nempè facit ex Historicis in vna, eademq. familia, & agnatione plures familias extitisse diuersis nominibus appellatas etiam quod origine non differant. His sic præmissis in casu proposito videbatur affirmatiuè resoluendum, tunc quia potest quilibet sibi

X assu-

2 assumere insignia, & arma, secundum cõmuniter
per DD. vt refert Panor. in cap. dilecta de excessib.
prælat. sicut & nomen assumitur ad placitum, vt
quis agnoscatur ab alio, insti. de ingen. & manum.
omnino potest quis assumere sibi insignia alte-
rius, secundum eũdem ibid. sicut & nomen, quod
verum limitat, nisi ille cuius sunt prætenderet ali-
quod damnum, puta si facinorosus assumeret ar-
ma alterius posset ille loco facinorosi offendi, de
quo plenè Ruyn. in cons. 99. num. 17. volu. j. plenè
Delfin. q. 582. nu. 4. Paris. in cons. 19 nu. 36. volu. 2.
vnde talis implorare potest officium Iudicis, & il-
le potest prohibere, quia spectat ad illum quies
populorum, l. j. §. quies ff. de offic. Præfect. vrb. &
idem dicitur vbi interest reipublicæ sicut si quis
accepit insignia boni artificis, qui con est ita bo-
nus, & ita populi decipiuntur, de quo per Bart. in
tract. de insig. & arm. tum etiam quia Episcopus
3 potest constituere nouas dignitates in aliqua Ec-
clesia, vel Cathedrali sine authoritate Apostoli-
ca, Innocent. referens glos. in cap. cum olim in
verb. concessimus de consuetud. & Silua 1. par.
quæst. 4. num. 18. & 4. quæst. 7. num. 20. cas. 116.
vbi dicit quod sic, quod confirmat ex Bert. in
tract. de Episcop. 2. notab. lib. 4. & ex Specul. in
tit. de dispens. vers. 107. tandem dicebatur, Epi-
scopum posse constituere nouos Canonicos, vel
veteres extinguere absque Sedis Apostolicæ fa-
cultate, per cap. fin. & ibi glos. in verb. excreuis-
se de verbor. signific. & per sacrum Concilium
Trid. sess. 24. c. 15. de reform. habetur posse Epi-
scopum cum consensu Capituli propter tenui-
tatem introituum, prout ibi, & à contrario sensu
etiam nouos constituere, Caputaqu. dec. 221. par. j.
vide Boer. dec. 62. nu. 7. & cap. ex parte, & glo. in
1. notab. de constit. & c. 1. & 2. de instit. cap. ex parte
de concess. præb. & Silua 4. par. q. 7. nu. 26. vers. 115.
& in creatione nouorũ Canonicorum quomodo
sit procedendum, vide de Franch. dec. 2. num. 18.
& 19.

Cæterum supradictis minimè obstantibus cõ-
trarium fuit decisum per Curiam Archiepiscopa-
lem, & fuit seruatum tẽpore fel. mem. illius Illustr.
Cardinalis Aquauiuæ qui ob eius incomparabi-
les virtutes mortuus viuet, nam cum tractaretur
de concedendis insignijs Hebdomatarijs nostræ
Ecclesiæ Cathedralis, fuit dictum, adeundum esse
Summum Pontificem pro prædicta gratia obti-
nenda, & proinde fuit tentum pro verissimo
non potuisse prædictum nostrum Illustrissimum
Eroem concedere prædicta insignia suis Hebdo-
matarijs, & sic pariter fuit seruatum in Ciuitate
Abellini, vt relatum mihi fuit.

Non obstat, quemlibet posse sibi assumere Insi-
gnia, & Arma, secundum Panorm. in cap. dilecti
de excess. prælat. quem refert, & sequitur Viui. de-
cis. 324. Capy. dec. 27. nu. 4. & Aloys. de Leo in
l. j. in 1. col. in prin. C. vt nemini liceat, quia respõ-
detur procedere vbi id fieret absq. aliorum præiu-
dicio, Cassan. in Cathal. glor. mund. in 1. par. con-
sider. 38. concl. 23. in fi. Bened. in cap. Rainutius
in verb. Rainutius de clera in 1. par. num. 58. cum
alijs seq. de testam. cum alijs citatis per Viuium
in sua Silua opin. 540. nu. 15. lib. 2. Nec potest quis
assumere insignia dignitatis, nisi habeat illam di-
gnitatem, alias est falsarius, l. eos ff. de fals. plenè Pa-
ris. in cons. 29. nu. 17. vol. 1. & facit cap. 1. de cleric.
non ordin. plenius Afflict. in Const. Iustitiarij de cæ-
tero nu. 3.

Non obstat, Episcopum posse nouas constitue-
re dignitates, vt supra diximus, quia respondetur
contrariam opinionem esse veriorem, ac iuris cõ-
sonã, vt ex pluribus probat Hartamanus lib. j. ob-
seru. forens. c. 27. per glo. in cit. cap. cum accessissẽt
de constit. & glo. in cap. cum olim in verb. conces-
simus de consuet. & Silua 1. par. num. 18. & 4. q. 7.
nu. 20. cas. 116. vbi dicit quod sic, quod cõfirmatur
ex Bert. in tract. de Episcop. 2. par. lib. 4. & ex Spe-
culat. in tit. de dispens. ver. 107. Abb. in d. clem. au.
12. & in cap. transmissę nu. 5. de verb. sign.

SVMMARIVM.

1. *Titulus putatiuus sufficit, vt quis faciat fructus suos.*
2. *Fructus sunt liquidandi à die motæ litis.*
3. *Vbi titulus non est reprobus bona fides excusat à restitutione fructuum.*
4. *Temperatur quando possessor ignoraret factum.*

Prouisione collationis beneficij ab Ordinario facta, & declarata nulla, teneaturnè Prouisus ad restitutionem fructuum perceptorum ei qui à veris patronis fuit postmodum præsentatus.

DECISIO CCCXXXIII.

FVit decisum in Curia Archiepiscop. minimè
teneri ex decis. Rotæ 320. par. 2. vbi ad ef-
fectum faciendi fructus suos dicitur suffi-
1 cere talem qualem titulum etiam inualidum, &
putatiuum, dummodo non sit reprobus, & benè
etiam Rota decis. 528. num. 7. in recent. vbi dici-
tur, quod quęlibet causa etiã temeraria, & bestia-
lis excusat à restitutione fructuum, & ibi etiam
dicitur talem qualem occasionem possidendi suf-
ficere, quod etiam fuit dictum in Elboren. fru-
ctuum 16. Februar. 1618. coram R. P. D. Remoldo
vbi dicitur sufficere opinionem erroneam non
solum in facto, sed etiam in iure, quod etiam fir-
mat Peregr. de fideicom. ar. 49. nu. 118. & ad com
probationem facit decis. Rot. apud Ludouisium
2 74. vbi quod fructus liquidandi sunt à die motæ
litis, quando adsit mala fides, Rot. dec. 4. sub nu. 1.
de restit. spoliat. Ægid. in cap. grauis nu. 4. circa
med. eod. tit. & fuit dictum coram Gipsio in vna
Romana fructuum 20. Nouembr. 1585. in vna
Salamantina fructuum 9. Martij 1587. coram
Reuerendo Decano, in Salaman. dimidiæ por-
tionis 1. Aprilis 1591. Mala fides autem ante
litem non probatur, maximè si nõ appareat quod
prouisus ab Ordinario non habuerit scientiam
reseruationis, & reseruatio non sit clausa in cor-
pore iuris, vel super certo corpore beneficij, aut
alias indubitata, & notoria, ita vt eius ignorantia
allegari non posset, Put. dec. 180. lib. 3. & fuit di-
ctum in Romana Canonicatus 7. Decemb. 1584

coram

coram Ludouico, Cassad. dec. 2. & eo magis in casu nostro, cum titulus non fuit reprobus, & consequenter bona fides excusat à fructuum restitutione, Seraph. dec. 1006. ex quo quando titulus est reprobus, puta si saperet vsuram, Seraph. d. decis. 1006. sicut etiam idem esset, si lex ab initio resisteret acquisitioni rei, Bar. in l. sed & si §. scire nu. 4. ff. de pet. hæred. Boer. dec. 98. nu. 3. & admisit Rota in Mantuana fructuum 31. Ianuarij 1618. coram
4 Vbaldo, vbi tamen id reperatur si possessor ignoraret factum ex quo oritur dicta iuris resistentia, & circa hanc materiam est videndus Menoch. de recuperan. poss. remed. 15. à nu. 378. vsq. ad fin. qui plenissimè illam tractat.

SVMMARIVM.

1 *Delicta publicè puniri debent.*
2 *Paritas delicti paritatem pœnæ requirit.*
3 *Delicta in suos authores tenere debet.*
4 *Doctoratus dignitas dicitur.*

An Iudex, ad effectum vt reus sumat gradum Doctoratus possit decernere, vt deleatur titulus delicti è processu.

DECISIO CCCXXXIV.

1 Videbatur prima consideratione negatiuè resoluendum, cum delicta puniri publicè intersit, & expedit Reipublicæ ne maneāt impunita, & ne plāciantur, l. ita vulneratus §. quod si quis vers. cum neq. impunita ff. ad leg. Aquil. l. licitatio §. quod illicitè ff. de publican. l. congruit ff. de off. Præsid. l. stichum §. tametsi ff. de solut. cap. est iniusta 23. q. 4. c. vt famę 35. §. de sent excom. Gram. dec. 36. Tho. de Thomas. reg. 103. Azeued. l. 14. nu. 1. tit. 9. lib. 3. Flamin. de resign. tom. 2. lib. 14. q. j. nu. 17 Cabed. dec. 75. nu. j. p. j. Cardos. in praxi Iudicum, & Aduoc. verb. delictum n. 9. & 10. Bellet. disquis. cleric. p. j. tit. de disciplin. cleric. §. 15. à n. 86 pag. 112. Tusc. tom. 2. lit. D. concl. 157. & iuxta delicti mensuram futurus est plagarum modus, cap. non afferamus 24. q. 1 iunctis traditis per Menoc. de arbitr. lib. j. q. 9 nu. 38. Menoch. illustr. quæst. 8. nu. 51 & c. 24. nu. 15. paritas enim delicti parita-
2 tem pœnæ requirit, l. nihil interest ff. de adult. l. si quemquam in fi. C. de episc. & cler. Vt scilicet delicti pœna timeatur, & supplicium vnius, exemplum possit esse multorum, vt ait text. in l. j. C. ad leg. Iul. repet. vnde oderūt peccare mali formidine pœnæ, cap. ita fragibili §. cæterum vbi gl. in verb. metu pœnæ de offic. Ordin. & delictum debet
3 tenere suos authores, vt per Rodolphi. var. quæst. lib. 2. q. 44. nu. 5. Bellet. disquis. cleric. par. j. tit. de fauor. cleric. anonis. §. j. nu. 43. pag. 177. & fraus, & dolus nemini debet patrocinari, Menoc. de arbitr. lib. 2. cas. 182. nu. 60. & cons. 121. num. 5. & cons. 136. nu. 8. & cons. 198. nu. 13. Couar. variar. lib. j. cap. 1. Tusc. lit. F. tom. 4. concl. 474.

Addebatur insuper pro comprobatione prædi-
4 ctæ conclusionis, Doctoratum esse dignitatem,

cap. super specula ne cler. vel monac. l. si quis in conscribendo, vbi Bald. & communiter omnes C. de pact. à qua dignitate excludi debent delinquentes, iuxta terminos tex. in l. infamib. de reg. iur. l. vnic. C. de infam. lib. 10.

Cæterum supradictis minimè obstantibus contrarium fuit dictum per Curiam Archiep. posse scilicet præcipere Iudicem, vt deleatur titulus ex processu, constito, quod fuerat licentiatus pro sumendo gradu Doctoratus.

SVMMARIVM.

1 *Pacta, seu promissiones in dubio sunt seruanda.*
2 *Iudex studiosè agere debet, vt promissa obseruentur.*
3 *Promittens aliquem ratificari in casu inobseruantiæ ad interesse tenetur, contrarium nu. 4.*
5 *Decisio Sacri Consilij.*
6 *Quis faciendo suum posse, à pœna excusatur.*

Procurator ad exigendum, qui promisit nomina debitorum exigenda pro exactis habere, an teneatur, si illa cum effectu exigere nequiuit.

DECISIO CCCXXXV.

Series facti taliter proponitur, quidam fuit constitutus Procurator ad exigendum omnia nomina debitorum cuiusdam, promisitq; se per instrumentum obligando omnia supradicta nomina cum effectu de realiter exigere, etiam quod essent inexigibilia, addēdo insuper prædictæ obligationi, vt ipse teneatur, ac si omnia exigisset; quare fuit dubitatum stante prædicta promissione, si dictus Procurator teneatur ad aliqua nomina quæ minimè exigi possunt, & dubitationem faciebat pro affirmatiua opinione, quod
1 pacta, seu promissiones in dubio sunt seruanda, l. j. ff. de pact. quantumcumq. nuda essent c. 1 eod. tit. Ias. in l. iurisgētium §. igitur nudam ff. de pact. & in cons. 16. vol. j. idem in cons. 39. eod. volum. & graue est fidem fallere, l. j. ff. de const. pecun. vnde
2 Iudex debet studiosè agere, vt promissa adimpleantur, cap. qualiter eod. tit. & in cap. Salmista ibi, quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita, verba enim cum effectu sunt intelligenda, cap. relatum de cler. non resid. imò nec sufficit promissio nisi sequatur effectus, c. j. de re iud. cap. à nobis cū vulgar. de bigam. & in contractibus qui ab initio sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis, l sicut cum similib. C. de act. & oblig. Bal. cons. 13. vol. j. & in cons. 70. nu. 3. & seq. eod. vol. Alex. cons. 15. Castren. cons. 338. vol. 2. cum alijs apud Mandell. cons. 22. vol. j.

Cæterum supradictis minimè obstantibus contrarium fuit resolutum ex voto meo in quadam Curia Archiep. cuius decisionis ratio inter cætera illa mihi optimo iure persuadebatur ex eo, quod promittere habere pro exacto id quod est inexigibile, est promissio facti alieni, quæ de iure reprobatur, l. stipulatio ista §. alteri ff. de verb. obl.

Non

Non obstat, quod promittẽs aliquem ratificari
3 in casu inobseruantiæ ad interesse teneatur, prout tenet Soccin. in cons. 288. circa primum in 2. vol. num. 29. Dec. in cons. 325. & 439. numi. 8. Gozad. in cons. 27 nu. 6. quando fuissent opposita illa verba realiter, & cum effectu hoc idem Ias. in l. stipulatio ista de verb. oblig. Bertran. in cõs. 214. vol. 3.
4 nam contrarium tenet Felyn. in cap. ex rescripto de iure iur. Afft. in dec. 295. Dec. cons. 313. & in reg impossibilium de reg. iur. fol. 155. moti ex eo, quod ad impossibile nemo tenetur, Ferrat. in cau. 43. & quis faciendo suum posse, à pęna excusatur, Capyc. dec. 93. Ruy. in cons. 67. vol. 4. Afft. in d.
5 dec. 295. pro qua opinione semper Sacrum Consilium iudicauit, & maximè in quadam causa inter Nobilem Ioannem Dominicum Tramontanum Actuarium eiusdem Sacri Consilij, & matrem illorum de Marantia, quæ promiserat Anellum, & alios suos filios de Marantia ratum habituros instrumentum cuiusdam venditionis massariæ ad Pausilipum, quia probauit fecisse suum posse, non fuit aliter mediante decreto Sacri Consilij dicta mulier molestata, cuius causę Actuarius fuit Anibal Cęsarius. Ex quibus omnibus clarè apparet, quod licet prædictus Procurator obligauerit se, cum effectu, & realiter omnia nomina creditorum exigere, quia huc ex facto alieno de-
6 pendebat, & fecit suum posse ad illa exigenda, ad aliquam pœnam non tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata post legitimam appellationem dicitur nulla.*
2 *Conditionalis appellatio non deuoluit causam.*
3 *Sententia declaratoria excommunicationis potius habet vim interlocutoriæ, quam diffinitiuæ.*
4 *Appellatio generalis à iure reprobatur.*
5 *Friuola appellatio non defendit appellantem.*

Emanata citatione per Episcopum ad dicendum causam quare &c. si Procurator compareat protestans se velle audiri in quacumque actu, alias appellat, an si subsequatur postea excommunicatio, dicatur nulla, tanquam lata post legitimam appellationem.

DECISIO CCCXXXVII.

1 REgulariter excommunicatio lata post legitimam appellationem dicitur nulla, cap. cõtingat, & ibi Panor. & c. 2. de off. deleg. cap. per tuas, & ibi glo. in verb. in quibus casibus, & ibi Panor. nu. 3. de sent. excom. cap. venerabilibus §. sed si ex causa tit. eod. lib. 6. quia per appellationem suspensa est Iudicis iurisdictio, sententia vero excommunicationis vt valeat in inferente iurisdictionem non impeditam requirit, & sic nõ solum per expressam, sed etiã per tacitam appellationem procedit, cap. ad audientiam de appell. Zabar. & Io. And. in c. 1. de appell. in 6. & siue appellatũ sit in iudicio, siue extra iudicium cap. dilecti filij 2. & ibi Panor. nu. 2. de appell. Imò et si dubitatur, an appellatio valeat, nec ne dummodo ex legitima causa interposita sit, aut ex ea, quæ si vera esset pro legitima, & sufficienti haberetur, quãuis deinceps non probatur, argum. cap. vt debitus de appell. ideo sententia excommunicationis, tanquam à non Iudice lata, statim nulla est, nec valida efficitur, ex eo, quod appellatio postea fuerit deserta, vel appellationi renonciatum sit, quod .n. ab initio non valet tractu temporis non conualescit, l. quod ab initio ff. de re iud. & in reg non firmatur de reg. iur. in 6. & idem est si appellatio fuit interposita post sententiam latam sub conditione ante conditionis existentiam, vt habetur in cap. præterea 2. & ibi glo. in verb. impedire, & Panor. nu. 7. de appell.

Quibus sic suppositis, cum fuisset dubitatum in Curia Archiep. an supradicta procederent in casu supraposito, & fuit negatiuè resolutum, ex eo, quod appellatio coram Iudice à quo fuit conditionaliter interposita; & conditionalis ap-
2 pellatio non deuoluit causam, vt fuit resolutum in Rot. Roman. teste Put. decis. 351. lib. 3. & Achill. de Grass. decis. 14. de appell. & coram Iudice ad quem non fuit interposita in termino decem dierum, & sic dicta appellatio non impediuit publicationem, Achill. de Grass. dec. 4. de sent. ex-
3 comm. & ista sententia declaratoria excommunicationis potius habet vim interlocutorię, quam diffinitiuæ, quia idem Iudex illam reseruare põt, Put. dec. 123. & 388. lib. 2. & regulariter appellari non potest ante diffinitiuam sententiam, Gonzal. de nullit. nu. 176. nec potest appellari à futuro grauamine, cap. ante sententiam 11. q. 6. Præterea ap-
4 pellatio fuit generalis ibi, à quocumque actu appellat, quæ à iure reprobatur, cap. inter cætera de appell. Bal. cons. 16. vol. 1. & cons. 123. eod. vol. cum alijs apud Monald. cons. 70. vol. 2. Item quia non fuerunt petiti Apostoli sępius, & instanter, prout canones requirunt, clem. quamuis de appell. quod adeo verum est, vt simplex petitio annullet processum, cap. ab eo cum concord. cit. tit. in 6. tãdem dicebatur prædictam appellationem fuisse friuolam, & proinde excommunicationem postea latam non esse nullam, cap. cum de appellationibus cum similib. sæpius cit. tit. in 6. friuola enim ap-
5 pellatio non debet defendere appellantem, cap. sollicitudinem, & ibi Panor. de appell. cap. pastoralis §. verbum quia nu. 14. de offic. deleg. & clem. 1. de dolo, & contum.

Et ex his fuit resolutum in dicta Curia, prædictam appellationem non fuisse legitimam, & proinde Cedulones amotos, esse iterum affigendos, & hoc in causa Reuerendissimi Episcopi Acerrarum.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS OMNIVM,

Tàm rerum, quàm verborum scitu, & notatu dignorum, quae in hisce Decisionibus continentur, ordine alphabetico digestus.

A IO. DOMINICO BOVE NEAPOLITANO.

A

Archie-

B

INDEX.

Con-

D

Distri-

Emptor,

I N D E X.

Episco-

F

b Fidei

I N D E X.

Furtum

Litera

I N D E X.

M

&,

Moni-

Onus

Prædia

Proba-

c bus

S

Sacer-

Taciti,

I N D E X.

T

V

Verbum

INDEX.

FINIS.

INDEX RERVM DECISIONVM 331. 332. 333. 334. 335. & 336. in calce additarum.

FINIS.